MAGNA
BIBLIOTHECA
VETERVM PATRVM,
Et antiquorum SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

PRIMO QVIDEM A MARGARINO DE LA BIGNE
EX ALMA SORBONÆ SCHOLA CELEBERRIMO THEOLOGO
Doctore Parisiensi composita,

POSTEA STVDIO DOCTISSIMORVM COLONIENSIVM
Theologorum ac Professorum aucta:

NVNC VERO ADDITIONE DVCENTORVM
CIRCITER AVTHORVM, TAM GRÆCORVM QVI IN EDITIONE
Coloniensi, quam LATINORVM qui in Parisiensibus desiderabantur, locupletata,
Accuratissimè emendata, & in XVII. Tomos distributa:


Nec non perfectiori ordine disposita, materiarum enim, de quibus scripserunt authores, seriem complectitur & Historicam methodum per singula sæcula quibus vixerunt, in indice Chronologico copiosissimo continet.

TOMVS DVODECIMVS.






PARISIIS,
Sumptibus Ægidij Morelli Architypographi Regij.
M. DC. XXXXIV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.



INDEX OPERVM QVÆ IN HOC XII. MAGNÆ BIBLIOTHECÆ VETERVM PATRVM TOMO CONTINENTVR.



PANDECTES SCRIPTVRÆ DIVINITVS INSPIRATÆ VENERANDI PATRIS ANTIOCHI ANTE ANNOS quidem abhinc nongentos ab Authore editus: Godefrido Tilmanno Carthusiæ Parisiensis Monacho interprete.

Fuit iste Antiochus Monachus Palæstinus Lauræ S. Sabæ Abbatis, vir sanctitate et doctrina insignis, qui sub Heraclio Imperatore vixit, et sub cladem Hierosolymitanam, qua, vrbe capta, signum S. Crucis à Chosroe in Persidem abductum est (incidit ea in annum salutis 614.) scripsisse videtur, vt apparet ex Homelia 107. et aliis locis, præsertim in exomologesi, quæ est ad finem homeliarum in epistola dedicatoria. Occasionem verò et institutum scribendi hoc opus, ipsemet Antiochus exponit initio Homeliæ 66. De eodem plura exhibent tibi Annales Ecclesiastici, Tom. 8. Anno 614.


Ex eiusdem Godefridi Tilmanni Præfatione in suum Antiochum nuncupatoria.

SVNT qui maiore eloquentia scripserint, permulti: at pauci perspicuam huius (de sancto Antiocho loquitur) breuitatem fœliciter assecuti sunt. Rarenter hæc vna dos vnicuipiam contingit: amabilis plurimùm nostræ istius ætatis hominibus. Quàm decorè conseruauit, τὸ πρέπον: hoc est, ordinis decorum, in his digerendis Homeliis libet compendio perstringere. A fide orditur telam sui operis: quæ Christianæ religionis virtutúmque omnium solidissima crepido est, & basis totius spiritualis fabricæ. Siquidem teste Aurelio Augustino vbi deest agnitio veritatis æternæ, falsa est virtus omnis, etiam in optimis moribus: Fidei adiungit indiuiduam comitem, Spem; Fabricæ istius fastigium, Charitas est: quæ hominem rectà ad regnum prouehit: quare Charitatem & regnum, ad calcem operis relegauit. Iacto proinde fidei ac spei fundamento, amolienda primùm veniunt quæ impedimento esse possint; in quorum censu primas tenet Gastrimargia, teste Cassiano cap. 3. lib. 5. Remolitus primùm vitia, mox progreditur ad virtutum substructionem. Sed & hoc illi perpetuum est: Nullam non harum 130. Homiliarum finit desinens εἰς τὴν Θεοῦ δοξολογίαν. Et quidem hæc de opere. Ad

tertium flectendus mihi est calamus. Hic mihi cum primis commonendus videre Lector, vt ne præproperam feras sententiam si quid inter legendum se offeret tuis auribus insolens, quod in speciem præferet notam curiosæ nouitatis. Habuit hic pius cum magno Athanasio commune illud διδακτικόν : *genus vtique docendi pressum & adstrictum, ab omni ostentatione & affectatione prorsus abhorrens. Sex occurrerunt ex versione & relectione, quæ rudem linguæ Græcanicæ & crassioris iudicij lectorem offendere possent. Primum est: Intercisæ aliquot, pendentes & inabsolutæ se obtulerunt sententiolæ: Et has absolui, mutuatus quod deerat e biblijs Aldinis: quæ quidem Græca feruntur esse è 70. editione: ego veriùs crediderim Theodotionis esse, ex collatione locorum Hieronymi in Prophetas maximè. Et hæ perquam paucæ: vt illa est ex homil. 91.* Omnis sermo ἄξιος. *Et sub medium sequentis ex Job: desit nonnumquam negatio,* μή. *Alterum est, quod nisi nanciscetur æquum temporis & rerum æstimatorem, nota illi inuretur nouitatis. Duo proferam insigniora. Prius, homil. 98.* Οἰκέτην *famulum, vel populum, seruum: pro quo Aldus,* ἱκέτην *supplicem habent: Alterum homil. 119. sub finem:* θήραν venationem eius benedicens: *pro quo Aldus,* θύραν, *ianuam, Ecclesia,* χήραν viduam. *Facilis trasitus,* τ, *in* χ. *Lege Hieron. & August. Tertium occurrit: propria Hebraica, quam nos Latini corruptiùs inducit. Et hoc illi commune est cum cæteris Græcis Doctoribus. In Prologo, & Homil. 2. de Spe:* Sunamitis *profert & interpretatur Cœlestem, quasi à schamain, cæli etymum sortiatur: quum Sunamitis sit dicendum à Suna oppido: nempe Abysay:* Σαραφθία *Hom. 20. pro Sareptana vidua: Jothor pro Iethro. Similia passim apud Chrysostomum & Nazianzenum Hom. 74. Nabuthe, pro Naboth: vt & Basilius:* Qui Nabuthe Israëlitam perdidit? Nonne Achaaz cupiditas vineæ? *Quin & Ambrosius Græcanicæ dictionis æmulus, librum scripsit de vinea Nabuthe. Horum gratiam arbitror nos debere secundùm Deum vni Hieronymo. Quartum est, in amplificandis virtutibus & exaggerandis vitiis censeri poterit immodicus: sed & hoc illi commune est cum veteris Ecclesiæ Doctoribus, præsertim Joanne Chrysostomo. Crediderim Antiochium à puero exercuisse ingenium in scribendis Panegyricis, Encomiasticis & Epidecticis & orationibus. Quintum est: negari non potest quin alicubi lapsus sit de memoria: vt quum Hom. 78. pro Abacuc, inducit Sophoniam: pro Malachia, Micheam sub finem 107. pro Ecclesiastico, iterum Sophoniam. Sed hæc leuicula ascribenda amanuensi scribæ & exceptori, cui forsan de memoria dictabat. Superest sextum, quod vt plus habet cæteris momenti, eoque plus periculi: ita & de hoc mihi differendum est consultiùs. Vbi enim maius vertitur periculum, ibi magis est consulendum: li. ff. 14. de Carboniano edicto. l. 1. § 2. Nec enim præcipitandum est consilium, quando res ipsa exigit vt maturiùs agamus; dist. 5.* Ponderet. *Dixeris: quid illud est? Paucis accipe. Quanti fuerit periculi per omnes omnium ætatum gradus, abúsque initio primigeniæ & primùm exorientis Ecclesiæ quiduis in apricum depromere è locupletissimo penu eloquiorum diuinorum, testari abundè potest vnus ille Christianæ religionis acerrimus propugnator Gregorius Nazianzenus, quo præceptore noster Hieronymus gloriari non vno loco solet. In Apologetico etenim suo docet id perspicuè triplici ex modo oriri, è sensu, è sermone, ex ipso auditu. At quanto est hodie aleæ periculosioris scribere: aut quod in antiquario quopiam Doctore editum iam olim sit, in alienam transfundere linguam, ac proinde ad communem omnium vsum typis committere, quando quicquid quamlibet sanctè dixeris, rapi id soleat in pessimam partem? A nouatoribus istis veterum hæreseon, nihil necesse sit vt doceam quàm obliquè cuncta detorqueantur, quando non Petro, non Joannis parcunt, non viuido illi organo Spiritus sancti Paulo, ac ne Euangelio quidem. Sed & hoc malum quod ad nos attinet, vtcumque tolerabile videri possit. Quum enim sint insanabiles, præcipiti fuga præuertendi veniunt, iuxta Pauli doctrinam, & modis omnibus vitandi.*

Maior

Maior eorum cura est, qui priuata non item publica authoritate nomen sibi sumunt Theologorum qui frontem habent tam effrontem ac præfractam, & eò reciderunt temeritatis vt quasi quidam Aristarchi eorum sibi vindicent functionem Theologorum quos penes honorarium pendet iudicium expendendi Scripturas, num legitimæ sint monetæ, an adulterinæ aut supposititiæ. Eiusmodi præproperi adeò sunt & præcipitis iudicij, vt de quouis nondum maturè lecto censere ausint ac magna cum libertate pronunciare. Liberet dictum hoc meum duplici experimento confirmare, vt admonitus Lector (si quis tandem continget) pios iuxta ac doctos non satis æquo iudicij libramine expensos prospiciat, ne damnet immeriti erroris, hac præsertim ætate omni tragœdio-graphia superiore. Quod priore loco hîc dicendum fueras, visum est differre in recognitionem operis imperfecti Ioannis Chrysostomi in Matthæum. Iam ad id descendo quod me propiùs vrget. Initio statim primam αὐτοσχεδίασιν vix versam, amiculo dedi legendam, docto quidem, sed (vt exitus docuit) argutiori, quàm in euoluendis Biblijs diligentiori. In ipso aditu eius quæ de fide est, aclutum impegit. Lecto siquidem loco: Fides enim in sæculum stabit, apprehenso mordicùs labro inferiore, restabat quasi in salebra hæreret. Mox subiicit: Hic locus sapit Hæresim: certò tibi persuade, nunquam admissuros esse eum Theologos, quos penes libella cnosistit iusti examinis: quamobrem è re tua fuerit, vbique consules, si ducta litura interleueris. Huic ego: Apostolum scio Apostolicè scripsisse Fidem & Spem casuras, Charitatem verò æternùm constaturam: imò, nulli explicabile incrementum accepturam in patria, iuxta Esaiæ oraculum dicentis: Viuit Dominus, cuius ignis in Sion, & caminus in Ierusalem: Fides enim actus est rei nondum visæ: Spes, nondum habitæ. Consequens sanè fit quòd quum videbitur sicuti est & habebitur, euacuabitur quod vtrumque ex parte est, & perficietur quod est fabricæ spiritualis apex & fastigium. Est nihilominus Chatolica hæc propositio; Fides in sæculum stabit. Quod est Hebræis עולם hoc Græcis αἰών, nobis sæculum, vox cuique linguæ polysema, testibus, Hieronymo in Prophetas & Joanne Damasceno, cap. 1. Libri, 2. nunc hominis ætatem, nunc sæculi finem, vt hoc loco, signat. Sed & locum indico, vnde præscriptis verbis id axioma desumptum sit: nempe è 40. cap. Eccles. Tunc primum ab eo scrupulum hunc excussi. Neque hoc velim existimes eò à me dictum, quòd damnem D. Theologorum pios labores in explorandis Scripturis, num legitimæ sint & lectore Christiano dignæ. Quin adeò non damno, vt etiam tuendæ fidei orthodoxæ, ante Senatusconsultum in hanc rem sancitum & editum, necessarios censuerim semper & eadem ratione, vulgi atque Lutheranorum negligendos contemptim rumusculos, peruicaciæ tantùm & temeritatis Dathanicæ & Abironicæ perquam plenos. De suo opificio pronunciat quiuis opifex, sutor, sartor, piscator, pellio: de Theol. re omnium quæ in terris sunt, augustissima, soli isti eius rudissimi censebunt opifices: vni Theologo non licebit in suomet campo pronuntiare? Et hæc tam multis libuit scribere, vt intelligas in quantis hodie versetur periculis quisquis scribit. Ad ea & pauca venio, quæ nonnihil desiderant lucis qua illustrentur & splendescant, & hæc, in quàm paucissima conferam, quandoquidem vrget prælum vehementer. Locus qui se offert discutiendum, primus ille est in ipso Prologi vestibulo è Canticis Salomonis depromptus, quo Libros Bibliorum (eximiæ inter cæteros authoritatis) parabolica collatione confert sexaginta Reginis, cùm neutiquam totidem sint Libri. Cæterùm non numerum hîc attendis, sed authoritatem siue dignitatem: quod sat est ad eliciendam veritatem Homœoseos, cuius species tres sunt, Εἰκών, καὶ παράδειγμα, καὶ παραβολή. Homil. 26. quòd hortatur Monachos, manibus strenuè vt laborent; idem Hieronymus ad Rusticum, Benenedictus, & cæteri. Homil 49. arcet Simoniacos à iudicio, non qualicunque sed vsurpatorio, suspicioso, & temerario, maximè à iudicio reprobationis, quod solius est Dei: non item prohibet publicum siue contentiosum in hoc institutum, vt protegatur innocentia,



ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑΝΤΙΟΧΟΥ

ΜΟΝΑΧΟΥ ΤΗΣ ΛΑΥΡΑΣ ΤΟΥ ΑΒΒΑ ΣΑΒΑ ΠΡΟΣ ΕΥΣΤΑΘΙΟΝ ΗΓΟΥΜΕΝΟΝ

μονῆς Ἀτταλίνης, πόλεως Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας, περὶ τῶν ἐκ [illegible] ἁγίων πατέρων· ἐν ᾧ καὶ κεφάλαια ρλ΄. καὶ προσευχὴ ἐξομολογήσεως.

EPISTOLA ANTIOCHI

MONACHI LAVRÆ SABÆ ABBATIS AD EVSTACHIVM PRÆPOSITVM MONASTERII

Atalinæ, ciuitatis Ancyræ Galatiæ.

Lauram Neoterici Græci insigne dicunt Monasterium, pro magna hominum copia qui deuotionis ergò instar multarum aquarum eò confluunt.



ΠΕΙΔΗΠΕΡ γεγράφηκάς μοι, τίμιε πάτερ Εὐστάθιε, πολλὴν θλίψιν ὑπομεμενηκέναι, τόπον ἐκ τόπου, καὶ χώραν ἐκ χώρας ἀμείβοντα, φόβῳ τῆς ἐπικρατούσης Χαλδαϊκοῦ χειμῶνος, πείνης τε καὶ δίψης πειραθῆναι, οὐκ ἄρτου καὶ ὕδατος, ἀλλὰ κατὰ τὸ εἰρημένον, τοῦ ἀκοῦσαι λόγον Κυρίου· διὰ τὸ μήτε δύνασθαι ὑμᾶς βάρος βιβλίων ἐπιφέρεσθαι, μήτε ἐν τοῖς τόποις ἐν οἷς ἐπιδημεῖτε εὑρίσκειν εὐχερῶς τὰ ἐπιζητούμενα, ἐκελεύσατε τῇ ἐμῇ βραχύτητι ἐν συντόμῳ πᾶσαν συστεῖλαι τὴν θείαν γραφὴν παλαιάν τε καὶ καινήν, ὥστε μήτε ἄχθος ἡμῖν γενέσθαι βαστάγματος, (B) μήτε πάλιν ἐλλειφθῆναί τι τῶν τεινόντων ἐπ' ὠφέλειαν καὶ σωτηρίαν ψυχῆς, εἶξα προθύμως τῇ ὑμετέρᾳ κελεύσει, εὐθέως περιεργησάμενος πάντα τὰ παρ' ὑμῶν ἐκ τῆς θείας γραφῆς ἐπιζητούμενα, εἰς ἑκατὸν πεντήκοντα κεφάλαια ἡνωμένα τε καὶ διακεκριμένα ἀπ' ἀλλήλων, ὡς μὴ σύγχυσιν καὶ φυρμὸν ὑπομεῖναι τὸν ἀναγινώσκοντα. Ταῦτα ἔστειλα τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλείᾳ· ἅπερ δεχόμενος, τῷ μὲν Θεῷ τὴν πρέπουσαν δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν ἀνάπεμψον, τῷ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐν (C) ἀσθενείᾳ τελειοῦντι. ἡμᾶς δὲ ταῖς εὐπροσδέκτοις σου εὐχαῖς ἀντάμειβου, ὅπως κατὰ τὸ Θεῷ εὐάρεστον τὸ ὑπόλοιπον χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐκτελέσωμεν. εἰ δέ τι (ὡς εἰκὸς) εὕροις, συγγνώμην ἀποδοῦναι, καὶ τῇ ἰδιωτείᾳ καὶ τῇ σπουδῇ τῆς ἐπιτάγματος. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο ἔστειλ-

(A) CVM ad me scripseris, Eustathie pater venerande, te magna affici molestia, dum è loco ad locum & è regione ad regionem migrare cogeris metu vigentis Chaldæorum calamitatis: fame etiam ac siti laborare, non panis & aquæ, sed iuxta Euangelicum propheticum dictum, verbi Dei; cùm neque libros circumferre possitis, neque ita facilè in locis in quibus exulatis, quæ vultis inuenire valeatis: Cúmque meæ iusserit humilitati, vt epitomen aliquam diuinarum scripturarum ad te mitterem, quæ neque circumferendo grauis esset præ magnitudine, neque sui tenuitate in se aliquid eorum quæ ad vtilitatem & salutem animæ faciunt, desideraret; obtemperaui libenter tuis mandatis, & quàm primùm quod petis faciendum putaui. E sacra igitur scriptura centum quinquaginta excerpsi capita inuenta quidem simul, inuicem tamen ita disiuncta, vt qui ea legerit, nulla confusione trahatur. Et hæc tuæ misi pietati, quæ cùm acceperis, Deo, vt par est, gloriam & gratiarum actionem reddas, qui suam virtutem imbecillis impertitur, vt in infirmitate perficiantur. Tu verò cum tuis gratis precibus nos foueas, vt quod reliquum est nobis vitæ huius, iuxta Dei voluntatem peragere possimus: Si verò aliquid (vt facilè fieri potuit) imperfectum offenderis, ignoscas quæso te, meæ tenuitati, tum temporis angustiæ tribuas, quæ tuis mandatis voluit obtemperare: Quoniam verò illud præterea scrip-

sisti vt tibi aliquid diceremus de sanctis patribus A *nostræ Lauræ, an vera sint quæ à nonnullis audisse dicit, de eorum videlicet vita & nece, cùm vix illa credi possint, & sensum omnem superent, necessarium propterea duxi breuibus tibi priùs aperire quæ ad illos attinent, ea deinceps subiicere, quæ diximus sacræ scripturæ capitula.*

De laudabili autem vita eorum in præsentiarum agere id temporis non postulat, nec mea lingua illa posset facilè percurrere: illud tantùm dicam, quòd reuera homines erant diuini (si homines tantùm illos oporteat dicere potiùs quàm angelos) cùm in exercitatione spirituali & Monastica vita & laboribus B *quos pro pietate sustulerunt, à iuuentute sua insenuerint: senes quidem venerandi, & canos capillos habebant, sed mente magis præstabant & humilitate, honesti, modesti, veridici, irreprehensibiles, iusti, pij, ab omni turpitudine & prauitate alieni, omnibus bonis ornati, & diuino repleti amore: nonnulli ipsorum centum excesserunt annos & quinquaginta sex, in quieta & Monastica vita cùm peregissent, nec à Laura & Monasterio vnquam recesserunt: nonnulli verò neque ad Ecclesiam processerant, nec ciuitatem ampliùs viderant, ex quo vitam Monasticam semel fuerant amplexati,* C *varijs etiam virtutibus emicabant, terrestres scilicet Angeli & cœlestes homines. Quapropter hunc finem sunt adepti, & victoriæ præmium sunt consecuti:*

Cvm enim Ismaëlitæ ad nostrum accessissent Monasterium, vna septimana antequam S. Ciuitas fuisset occupata, & vniuersa sacra vasa Ecclesiæ iam diripuissent, plerique Patres aufugerunt quàm primùm, remanserunt autem in Monasterio qui fortiores Christi fuerant serui, sacrum illum locum destituere nullo pacto volentes: barbari verò cùm illos comprehendissent, D *& multos dies illos inhumanè tractassent, & tormentis afflixissent, pecunias hoc pacto sese inuenturos putantes, apud quos nihil huius seculi reperiebatur: Illi simul atque intellexerunt, sua se tandem spe ac proposito excidisse, in efferatissimam versi rabiem, ad vnum membratim beatos illos conciderunt, qui & lætitia incredibili perfusi ac proinde alacri vultu renidentes, omni cum actione gratiarum, animas reddiderunt Domino: quippe qui non ita pridem in votis habuerant resolui &* cum Christo esse *Corpora verò plusquam tragicè cæsa quum non paucos* E *dies in humum disiecta, sine sepulturæ beneficio iacuissent, ab Arabia illò vsque adproperauimus. Et quidem eximius Abbas Nicomedes spectaculum illud miserabile cæsorum patrum contemplatus, deliquio animi concidit, atque illinc relatus mortuus prope est. Modestus præterea, & ipse sanctissimus, aduentum nostrum quum anteuertisset, & Sanctorum illorum lustrasset priùs habitacula omnia, itidem angore animi contractus, multis se proluit lacrymis, ac sancta quæ eatenus resederant Lipsana* circumplexus, in Patrum superiorum deposuit conditoriis.*

Philip. 1.

Τὰ ἅγια λείψανα. *sanctas reliquias.*

A λας, τίμιε πάτερ, ὥστε σημαῖναί σοι καὶ περὶ τῶν ἁγίων πατέρων τῆς καθ' ἡμᾶς Λαύρας, εἰ ἀληθῆ εἰσιν, ἅπερ εἴπατε ἀκηκοέναι παρὰ πολλῶν, περί τε τῆς πολιτείας καὶ τῆς ἀναιρέσεως αὐτῶν, δύσπιστα ὄντα καὶ ἀκοὴν ὑπερβαίνοντα, ἀναγκαῖον ἡγησάμην πρότερον ἐν βραχεῖ σημᾶναι ὑμῖν τὰ περὶ αὐτῶν, εἶθ' οὕτως καθυποτάξαι τὰ τῆς θείας γραφῆς κεφάλαια. Καὶ περὶ μὲν τῆς ἐναρέτου αὐτῶν πολιτείας οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ οὐδὲ τῆς ἐμῆς γλώττης διηγήσασθαι. τοῦτο δὲ μόνον λέγω, ὅτι ὡς B ἀληθῶς ἄνθρωποι ἦσαν θεῖοι (εἴγε δεῖ ἀνθρώπους αὐτοὺς καλεῖν καὶ μὴ ἀγγέλους,) τῇ τε ἀσκήσει καὶ ἡσυχίᾳ καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας πόνοις ἐκ νεότητος ἐγγεγηρακότες, γηραλέοι, ἱεροπρεπεῖς, πολιοὶ τὴν τρίχα καὶ τὴν σύνεσιν, ἀγαθοί, ταπεινόφρονες, κόσμιοι, σώφρονες, ἀληθινοί, ἄμεμπτοι, δίκαιοι, θεοσεβεῖς, ἀπεχόμενοι ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος, ἀνελλιπεῖς πάντων τῶν ἀγαθῶν, πεπληρωμένοι δὲ τῆς θείας ἀγάπης. τινὲς αὐτῶν ὑπερβεβηκότες ἀπὸ πεντήκοντα καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν, μὴ ἐξερ- C χόμενοι παντοίως τῆς Λαύρας· τινὲς δὲ μήτε ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσιόντες, μηδὲ ἑωρακότες τὴν πόλιν, ἀφ' οὗ ἐμόνασαν, ἀρεταῖς παντοίαις κεκοσμημένοι, ἐπίγειοι ἄγγελοι, καὶ οὐράνιοι ἄνθρωποι· ὅθεν καὶ τοιοῦτον τέλος ἀπηνέγκαντο, καὶ τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἐκομίσαντο.

Ἐπελθόντων γὰρ τῶν Ἰσμαηλιτῶν τῇ ἡμετέρᾳ Λαύρᾳ πρὸ μιᾶς ἑβδομάδος τοῦ παραληφθῆναι τὴν ἁγίαν πόλιν, καὶ πάντα τὰ τῆς ἐκκλησίας ἱερὰ σκεύη διαρπασάντων, τὸ μὲν πλῆ- D θος τῶν πατέρων παραχρῆμα ὑπανεχώρησεν· ἀπέμειναν δὲ οἱ καρτερικοὶ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ Λαύρᾳ, μὴ βουλόμενοι καταλιπεῖν τὸν τόπον. οἱ δὲ βάρβαροι συλλαβόμενοι αὐτούς, καὶ ἀνηλεῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας βασανίζοντες, οἰόμενοι χρήματα εὑρίσκειν, παρ' οἷς μηδὲν τοῦ αἰῶνος τούτου ὑπῆρχεν, τέλος τοῦ σκοποῦ ἐκπεσόντες, ἐμμανεῖς γενόμενοι πάντας μεληδὸν κατέτεμνον. οἱ δὲ μακάριοι γηθήσαντες φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, εὐχαρίστως τὰς ψυχὰς τῷ Κυρίῳ ἀπέδωκαν, ὡς E ἐκ πολλοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἔχοντες ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι· ῥιφέντων δὲ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἀτάφων, ἐπικατελαβόμεθα ἡμεῖς ἀπὸ Ἀραβίας· καὶ ὁ μὲν Ἀββᾶς Νικομήδης θεασάμενος τὰ ἐλεεινὰ θεάματα τῶν πατέρων, λειποθυμήσας σχεδὸν εἰπεῖν ἤρθη νεκρός. Μόδεστος δὲ ὁ ὁσιώτατος προσελθὼν πάντα τὰ σκηνώματα τῶν ἁγίων συστείλας, ἔλουσε πολλά τε ἐπιδακρύσας, καὶ περιπτυξάμενος τὰ ἅγια καὶ καρτερικὰ αὐτῶν λείψανα, κατέθετο ἐν ταῖς θήκαις τῶν πατέρων.

ἐκτελέσας δὲ ἐπ' αὐτοῖς τὸν συνήθη κανόνα, ἐπεφθέγξατο αὐτοῖς τὸ τοῦ Ἡσαΐου λόγιον τὸ φάσκον, ἄνδρες δίκαιοι αἴρονται, καὶ οὐδεὶς κατανοεῖ· ἀπὸ προσώπου ἀδικίας ἦρται ὁ δίκαιος· ἔσται ἐν εἰρήνῃ ἡ ταφὴ αὐτοῦ. [καὶ, ψυχαὶ δικαίων ἐν χειρὶ Κυρίου· καὶ, οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος. ἔδοξαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἀφρόνων τεθνάναι, οἱ δέ εἰσιν ἐν εἰρήνῃ,] καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτῶν ἀθανασίας πλήρης· καὶ ὀλίγα παιδευθέντες μεγάλως εὐεργετηθήσονται, ὅτι ὁ Θεὸς ἐπείρασεν αὐτοὺς, καὶ εὗρεν αὐτοὺς ἀξίους ἑαυτοῦ, καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτοὺς, καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι· καὶ ταῦτα περὶ τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν εἰρηκὼς παρεκάλει πάντας ἡμᾶς μὴ ἐγκαταλείψαι τὸν τόπον ἡμῶν, ἀλλ' ὑπομεῖναι γενναίως ἐν τοῖς πειρασμοῖς μνημονεύοντας τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. καὶ τοῦ ἀποστόλου, ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. εἴξαντες οὖν τῇ παραινέσει αὐτοῦ ἐμείναμεν ἐν τῇ Λαύρᾳ ὡς ἐπὶ δύο μῆνας. καὶ πάλιν ἀκοῆς βαρβαρικῆς γενομένης φοβηθέντες κατεφύγομεν εἰς μοναστήριον πλησίον τῆς ἁγίας πόλεως, ὡς ἀπὸ σταδίων εἴκοσι, λεγόμενον τοῦ Ἀββᾶ Ἀναστασίου, μηδένα δὲ τηνικαῦτα ἔχον. καὶ ποιήσαντες ὡς δύο χρόνους ἐν αὐτῷ, πάλιν παρεκαλούμεθα ὑπὸ τοῦ εἰρημένου ὁσιωτάτου Μοδέστου ἐπανελθεῖν, καὶ οἰκῆσαι εἰς τὸν τόπον ἡμῶν. πεισθέντες οὖν τῇ ἀγαθῇ αὐτοῦ συμβουλίᾳ, οἱ μὲν παραχρῆμα ἐπανήλθομεν, καὶ οἰκήσαμεν εἰς τὴν Λαύραν, τινὲς δὲ καὶ μικρὸν βραδύτερον φόβῳ τῶν γειτνιώντων ἡμῖν Σαρακηνῶν, τινὲς δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μοναστηρίῳ ἀπεμείναμεν ἅμα Ἰουστίνῳ τῷ ὁσιωτάτῳ αὐτῶν ἡγουμένῳ, ἀποταξαμένῳ ἐν τῇ Λαύρᾳ, καὶ πλείστους χρόνους ἐν αὐτῇ πεποιηκότι, καὶ ἐν πολλαῖς ἀρεταῖς διαπρέψαντι, ὡς καὶ τῇ τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίᾳ αὐτὸν τιμηθῆναι. ὅστις θεοσεβέστατος Ἰουστῖνος πολλὴν συνοδίαν ἐν τῷ αὐτῷ μοναστηρίῳ τῇ τοῦ Χριστοῦ χάριτι περιεποιήσατο, κρατῶν τὸν κανόνα ἀπαραλλάκτως τῆς Λαύρας καὶ τὴν λοιπὴν κατάστασιν. καὶ οὐκ ἂν εὕροι τις ἐν ὅλῃ Παλαιστίνῃ ἢ ἐν ἄλλῳ κοινοβίῳ τοιαύτην πνευματικὴν κατάστασιν. ἀνθεῖ δὲ καὶ αὐξάνει καθ' ἑκάστην· καὶ προβαίνων κατὰ τὸν Ἰσαὰκ μέγας γέγονε, ὡς ἐκ τούτου χαίρειν ἡμᾶς στοχαζομένους καλῶς, ὅτι ἐν πάσῃ χώρᾳ διαλάμπει φωστήρων δίκην τὸ σπέρμα τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Σάβα. ἡμεῖς δὲ οἱ ταπεινοὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ σπουδῇ τοῦ προειρημένου ὁσιωτάτου Μοδέστου ἐν ἡσυχίᾳ καθήμεθα ὑπὲρ τὰ πρώην ἔτη,

A *Is ad hæc, ubi solennem persoluit & ex more consuetum Canonem, illud mox oraculum Esaiæ exerta voce deprompsit;* Viri iusti tolluntur & nemo recogitat: A facie iniquitatis sublatus est iustus. Erit in pace sepulchrum eius. *Et*, Spes illorũ immortalitate plena: In paucis vexati, in multis bene disponẽtur, quia deus tẽtauit illos, & inuenit eos dignos se, & quasi holocausti hostiã* accepit eos, & in tẽpore visitationis ipsorũ, splẽdescent ac refulgebũt. *Et hæc de sanctis illis nostris patribus quũ edisseruisset, vnũquemque nostrũm adhortari cœpit ne quò emigraremus, loci illius nostri desertores: magis verò eas quæ immine-*
B *bant tentationes generoso pectore perferremus, Dominicæ illius memores sententiæ.* Quia angusta est porta, & arcta via * quæ ducit ad vitam. *Sed & Apostoli dicentis;* Quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnũ cœlorũ. *Huius itaque admonitioni visum est gerere morem. eoque in Laura duos prope menses mansitauimus. Rumore enim rursus exterriti nouæ Barbarorum excursionis suffugimus in Monasterium sanctæ ciuitati propinquum, quòd quidem ab ea disparatur stadiis fere viginti, cui nomen Abbatis Anastasij: vbi neminem prorsus tum loci incolam inuenimus,*
C *Sed & ibidem loci, duos alios propè quum demorati essemus menses, rursum admoniti sumus sanctissimi superius dicti Modesti adhortatione, vt postliminio reuersi in proprio habitaremus loco. Illius itaque probo ac salutari consilio persuasi, & quidem nonnulli è vestigio in Laurense concessimus Monasterium ibidem loci habitaturi: quidam autem remigrarunt aliquanto seriùs Lauram timore exterriti gentis Sarracenicæ haud procul habitantis: alij contra in eodem permansere Monasterio, vnà cum sanctissimo suo præside Iustino, qui in Laura renunciarat mundo huic, quo loci plu-*
D *rimum exegerat temporis, ac tanto splendore inclaruerat virtutum, vt dignitate Presbyterij cohonestari promeruerit. Iustinus hic, Dei cùm sit sapientissimus cultor, in illo suo Monasterio, gratia præduce Christi, numerosam admodum confluentium eò loci adsciuit congregationem, sic tenax & obseruans Canonis ac cæterarum constitutionum Laurentij Cœnobij, vt ab his neutrobi euariet sui semper similis, adeo vt non facilè quis vspiam inueniat inter vitæ communis * professores qui sic tueatur ac seruet mordicus spiritualem viuendi sanctionem. Floret is, & quotidiana virtutum accessione succrescit, fitque magnus temporis progressu,*
E *vt ille olim eximius Isaac: ita vt & nos quoties aciem mentis in hunc vnum pressiùs intendimus, ac veluti ad scopum rectà collineamus, incredibili perfundamur gaudio. In omni circum regione, tanti Patris celebritas instar prælucidi luminaris intermicat, splendorémque suum eiaculatur. Semen est hic Sancti patris nostri Sabæ. Nos proinde humiles & abiecti, gratia primum Dei, deinde seria admodum & accurata diligentia præmemorati sanctissimi Modesti, sedentariam hanc exigimus vitam in liberiore & tranquilliore otio, pro his etiamnum quæ paulo contigère priùs,*

Esa 57.
Sap. 3.
* Ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας. quasi integrã oblationem hostia.
Matth. 7.
* Τεθλιμμένη ὁδός Via afflictionibus septa.
Act. 14.
Presbyterij dignitas.
Canon monasticus.
* Cœnobitica.

ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ
τῆς Λαύρας μονῆς Ἀτταλίνης.

ΦΗΣΙΝ ἐν τοῖς ᾄσμασιν ὁ σοφὸς Σολομὼν, ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. ἡμεῖς οὖν κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν τὰς μὲν ἑξήκοντα βασιλίσσας τὰς ἐγκρίτους λέγομεν εἶναι βίβλους, τουτέστι τὰς ἑξήκοντα τὰς ἐν διαθήκαις τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης· τὰς δὲ ὀγδοήκοντα παλλακὰς, τὰς μὴ ἐγκεκριμένας, τὰς λεγομένας ἀποκρύφους. παλλακαὶ δὲ ὀνομάζονται διὰ τὸ ἀπαρρησιάστους καὶ νόθους αὐτὰς εἶναι. τὰς μέντοι νεάνιδας τὰς ῥήσεις τοῦ νέου κηρύγματος τῶν τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων, διὰ τὸ ἀκραιφνὲς τοῦ λόγου αὐτῶν. αἱ γὰρ νεάνιδες ἁγναὶ ὀνομάζονται. φησὶ γὰρ, ζητησάτωσαν τῷ βασιλεῖ νεάνιδα παρθένον, καὶ ηὗρον τὴν Σουμανῖτιν, ἵνα θερμαίνῃ αὐτὸν, τουτέστιν, οὐράνια νοήματα καὶ μελῳδῶν ἔπη. ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. ἡ γὰρ Σουμανῖτις οὐρανία ἑρμηνεύεται. καὶ, σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος ὀδιάζων παρθένοις. οἱ γὰρ ἀκίβδηλοι ἐκ τῆς ἐπομβρείας τοῦ οὐρανίου ἄρτου τρέφονται, τοῦ μένοντος εἰς ζωὴν αἰώνιον· καὶ τὸ πόμα αὐτῶν ἐκ τοῦ κρατῆρος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου. καὶ ἁγνῶν ῥήσεις σεμναὶ, καὶ ῥήσεις δικαίων ἁγναὶ κατὰ τὴν γραφήν. ἀναρίθμητοι δὲ λέγονται διὰ τὸ πληθυντικὸν καὶ ἄμετρον τοῦ λόγου τῆς αὐτῶν διδασκαλίας. ἐκ τοῦ ἱστοῦ οὖν τῶν ἑξήκοντα βασιλίδων τούτων ὀλίγους στήμονας ἀνειλάμην, καὶ ἐποίησα περίζωμα εἰς θέρμην τοῖς μετὰ πίστεως ἐντυγχάνουσιν. ὥσπερ οὖν ὁ ἱστὸς πολυμερὴς ὢν εἰς μονομερῆ χιτῶνα ἀποτελεῖται· οὕτως καὶ πᾶσαι αἱ περιρρήσεις τῶν θεοπνεύστων γραφῶν εἰς τὸν τῆς οἰκονομίας δεσποτικὸν χιτῶνα κατέληξαν, ὃν ἀνείληφεν ἐκ τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· φθαρτὸν μὲν διὰ τὸ ὁμοιοπαθὴς ἡμῖν, ἀποτελέσας ἄφθαρτον· ἵνα ἡμᾶς τοὺς ὑπὸ τῆς φθορᾶς κατεσχημένους ἐλευθερώσας μετασκευάσῃ εἰς ἀφθαρσίαν. περίζωμα δὲ λέγω οὐκ ἐκεῖνο τὸ Ἰουδαϊκὸν, τὸ ὑπὸ Ἱερεμίου κρυφὲν, καὶ φθαρὲν ἐν τῷ Εὐφράτῃ ποταμῷ, ἀλλὰ τὸ τῆς νέας χάριτος, ὅπερ ὁ Κύριος ἡμῖν ὑπέδειξεν.

SANCTI PATRIS NOSTRI
Antiochi Prologus.

DIXIT *in Canticis Salomon;* Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentulæ quarum non est numerus. *Sanè nos pro virium modulo, per hasce* sexaginta Reginas astruimus insinuari selectæ & authoritatis, præter cæteros, eximiæ libros in vetere nouóque Testamento reconditos.* B *Octoginta concubinas eas esse Scripturas intelligo, quæ in priorem classem neutiquam accenturiatæ sunt, ac proinde minùs approbantur. Hinc dictæ sunt Apocryphæ; hoc est, obscura, nec satis compertæ authoritatis.* παλλακαὶ*, hoc est,* Concubinæ, *eo nominantur, quòd quum illegitimæ sint, non queunt induci ad persuadendum cum liberiore omnium assensu. Iam verò iuuenculas, arbitror delineare nouæ dogmata prædicationis; nempe Doctorum orthodoxæ Ecclesiæ, ob indelibatam & absolutam puritatem sermonis ipsorum. Etenim iuuenculæ, nomenclaturam sortiuntur à mũdicitia virginali. Ait enim Scriptura:* C Quærant Regi adolescentulam virginem: Et inuenerunt Sunamitem quæ ipsum excalefaceret: *hoc est; cælestes prorsus sententias. Hoc itaque feruore reaccensus, ad melicam citharam emodulans dicebat:* Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. *Siquidem Sunamitis, sua interpretatione sonat,* Cælestem. Et; Frumentum iuuenculis & vinum suaui odore letificans virgines: Incorruptì enim qui sunt, pluuio aluntur humore rorulenti illius panis qui de cælo descendit, quique manet in æternam vitam. Iisis potio hauritur ex cratere vineæ illius veracis; Nam castorum* D *verba plena sunt pudoris. Et, Sermones iustorum mundi sunt; iuxta Scripturam. Innumerabiles præterea asseruntur esse, ob copiosam multitudinem sermonis doctrina illorum; Tam enim est multiplex, vt eam admetiri aut in numerum referre nemo queat. Ex tela igitur harum sexaginta Reginarum, sparsim selegi ac desumpsi stamina aliquot, orsurus cinctorium renum, aut, si mauis, suffibulum, quo vnà cum fide circumcincti futuri Lectores, diuini amoris feruorem concipiant, ac proinde recalescant. Vt enim tela ex multis conflata staminum particulis, in vnam & impartilem arte textoria coalescit tunicam; sic & vniuersa Scriptura diuinitùs inspiratæ Oracula in hunc finem conspirarunt, planè vt* E *Dominica dispensationis inconsutilem tunicam prægnarent, quam ex vtero suscepit gloriosæ ac sanctæ Deipara semper Virginis Mariæ, pro tempore quidem corruptiuæ morti obnoxiam, quod similis nostri esse voluit ad tolerandas corporis iniurias; eadem rursus nulli futura erat obnoxia corruptelæ, vt nos miserabili corruptelæ exemptos in pristinam reuocaret libertatem, ac demum iugo emancipatos diræ seruitutis ad incorruptionis gloriam transcriberet; vt e insuper restitutos, donatiuo conuestiret trabeæ immortalitatis. Id quidem dixerim perizoma non illud Iudaicum quod iussus est Hieremias in arcano quopiã loco recondere, & idem in Euphrate fluuio computruit: quin illud verius intelligo quod ad nouæ gratiæ legem pertinet, quod nobis ipse Dominus suomet præmostrauit exemplo,*

Cant. 6.

* Dignitatem attendit, non item numerũ, quod satis est Homœosi.

Scriptura Apocrypha.

3. Reg. 1.

Psalm. 38.

* Vide Præfationem.

Ch[illegible]

Hier. 13

Cùm præcinctus pedes suorum discipulorum extersit, vt à sordibus veteris fermenti purgati fierent noua conspersio, & essent pedes eorum speciosi tanquam euangelizantium pacem, & calcarent supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Huius cinguli decore Christus Ecclesiã suam induit, maculas abstergens nostras, & contractam ex Adæ præuaricatione nuditatem: sicut dictum est: Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Hoc induimur ex sacris scripturis. Dum enim eas scrutamur, vitam æternam inuenimus, ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui verus est Deus noster. Sed iam tempus deinceps nos inuitat, vt ea quæ diximus, capita subijciamus ad gloriam & laudem sanctæ ac vitæ principium largientis Trinitatis, Patris inquam & Filij & Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 13. 5. — Luc. 10. 19. — Psal. 29. 12.

A περιζωσάμενος καὶ ἐκμάξας τοὺς πόδας τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, ἵνα τοῦ ῥύπου τῆς παλαιᾶς ζύμης καθαρισθέντες γένωνται νέον φύραμα, καὶ ὦσιν οἱ πόδες αὐτῶν ὡραῖοι ὡς εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, καὶ πατῶσιν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. τούτου τοῦ περιζώματος τὴν εὐπρέπειαν Χριστὸς τὴν ἑαυτοῦ ἐκκλησίαν ἐνέδυσεν, σκεπάζων ἡμῶν τοὺς μώμους, καὶ τὴν γυμνομένην ἐκ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως γύμνωσιν, κατὰ τὸ εἰρημένον, διέρρηξας τὸν σάκκον μου, καὶ περιέζωσάς με B εὐφροσύνην. τοῦτο ἐνδυόμεθα ἐκ τῶν θείων γραφῶν. ἐρευνῶντες γὰρ αὐτὰς εὑρίσκομεν τὴν αἰώνιον ζωήν, αὐτὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν. ἀλλὰ καλεῖ ἡμᾶς ὁ καιρὸς λοιπὸν καθυποτάξαι τὰ εἰρημένα κεφάλαια εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τῆς ἁγίας καὶ ζωαρχικῆς τριάδος, τοῦ πατρὸς φημὶ καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

De fide, Homilia prima.

DOMINO cooperante, & sermonem confirmante, aggredimur primum hunc qui de fide est, sermonem; atque ita deinceps qui sequentur, serie contineti. In primis necesse sit, vt credas in *Deum, quia est, & exquirentibus se remunerator sit* Fides enim in sæculum stabit. Et; *Iustus ex fide* viuet.* Iustus autem qui veraci fide nititur, fidem habet mirè efficacem: Fidem, inquam, quotidiana accessione coalescentem; fidem nulla ex parte hæsitantem; fidem ad opera laude digna illustrantem, vt per ea glorifieetur vniuersorum Deus. Fides principium est diuinæ vocationis. Quisquis perfectè eredit, lapis est templi Dei, lapis est solerti apparatu læuigatus & exæquatus in substructionem Dei Patris, lapis in sublime euectus machina quapiam admirabili Iesu Christi, quæ Crux eius est; præsidio adiutus funieuli qui Spiritus sanctus est. Fides hominis, prædux vitæ est: Charitas ipsa, via est, ad Deum vsque subuehens hominem. Qui eiusmodi est, Theophorus fit, siue Christophorus, Templum insuper Dei & sanctorum sedulus lustrator locorum; nulla non sui parte, per obseruationem mandarorum Iesu Christi, perpolitus & adornatus. Vitæ origo est ea quæ per fidem & dilectionem operatur, cui nihil anteponitur. Fidem sanè dixerim non qualemcumque, sed opere ipso commendabilem, eùm fides sine operibus mortua in semetipsa sit. Opera proinde fidei istius operatoriæ, sunt; Charitas, gaudiũ, bonitas, humilitas, exultatio in Domino, fiducia erga Deum: Præterea, carnem affigere cruei, quod est, eam auocare ac sedare ab omnibus suis operibus, quemadmodum à suis interquieuisse legitur Deus: Tollere crucem suam & sectatorem esse crucis; quod est, spiritualiter viuere: Quòd si præduce Spiritu ingredieris; imputabitur tibi ad iustitiam.

Hebr. 1. — * εἰς αἰῶνα στήσεται. — * Fide scilicet, queper lectionem operatur. — Eccles. 40. — Hebr. 10. — Operatoriæ fides opera. — Carnem cruci affigere quid sit. — Tollere crucẽ suam.

Περὶ πίστεως α'.

ΤΟΥ Κυρίου συνεργοῦντος καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος ἀρχώμεθα πρῶτον τῶν περὶ πίστεως λόγων, εἶθ' οὕτως τῶν καθεξῆς. πρῶτον δεῖ C πιστεῦσαι εἰς Θεόν, ὅτι ἐστὶ καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται. πίστις γὰρ * εἰς τὸν αἰῶνα στήσεται, καὶ ὁ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ὁ δὲ ὄντως δίκαιος ἐκ πίστεως πίστιν ἔχει ἐνεργῆ, πίστιν αὐξάνουσαν, πίστιν πεπληροφορημένην, πίστιν φωτίζουσαν ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις, ἵνα δοξασθῇ ὁ τῶν ὅλων Θεός. πίστις ἀρχὴ κλήσεως Θεοῦ. ὁ τέλειος πιστὸς λίθος * ναοῦ Θεοῦ ὑπάρχει ἡτοιμασμένος εἰς οἰκοδομὴν Θεοῦ πατρός, ἀναφερόμενος εἰς τὰ ὕψη, διὰ τῆς μη- D χανῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ ὅ ἐστι σταυρὸς σχοίνῳ χρώμενος τῷ πνεύματι. ἡ δὲ πίστις ἀνθρώπου ἀναγωγεύς ἐστιν, ἡ δὲ ἀγάπη ὁδὸς ἡ ἀναφέρουσα εἰς τὸν Θεόν. καὶ ὁ τοιοῦτος γίνεται θεοφόρος, ἤγουν χριστοφόρος καὶ ναὸς Θεοῦ καὶ ἁγιοδρόμος, καὶ τὰ πάντα κεκοσμημένος ἐν ταῖς ἐντολαῖς Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ἀρχὴ ζωῆς ἡ διὰ πίστεως καὶ ἀγάπης εἰς οὐδὲν προκρίνεται. ἀλλὰ πίστιν λέγω ἐνεργῆ, ἐπεὶ ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων νεκρά ἐστι καθ' ἑαυτήν. τὰ δὲ ἔργα τῆς πίστεώς ἐστιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθω- E σύνη, ταπεινοφροσύνη καὶ αὔχησις ἐν Κυρίῳ, πεποίθησις εἰς Θεόν, σταυρῶσαι τὴν σάρκα, ὅ ἐστι καταπαῦσαι ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων, καθὼς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ Θεός, ὅ ἐστιν ἆραι τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθῆσαι, πνεύματι ζῆν, πνεύματος τυχεῖν· αὕτη λογισθήσεται εἰς δικαιοσύνην.

Ταῦτά ἐστι τὰ ἔργα τῆς πίστεως. ὁ πίστει τρέχων διὰ τῶν ἐντολῶν καταλαμβάνει τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. ἐὰν ἔχωμεν πίστιν, ἐσμὲν ἐν τῇ πίστει, καὶ στήκομεν ἐν αὐτῇ ἑδραῖοι, καὶ ἐν Κυρίῳ κατοικούμεθα καλῶς. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Κύριος διὰ τοῦ προφήτου, οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. ὁμοίως καὶ ὁ Ἱερεμίας, ἰδοὺ Κύριε οἱ ὀφθαλμοί σου εἰς πίστιν. λέγει δὲ καὶ ὁ Πέτρος, χορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετὴν, τὴν ἀγάπην, καὶ αὖθις ἐποικοδομοῦντες ἐν τῇ πίστει, νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος, ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τινὰ καταπιεῖν· ᾧ ἀντίστητε * στερεοὶ τῇ πίστει. καὶ ὁ Παῦλος, ἐν ᾧ πιστεύσαντες ἐσφραγίσθητε τῷ πνεύματι τῆς ἐπαγγελίας τῷ ἁγίῳ· καὶ πάλιν, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως· ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι. καὶ αὖθις, ἔστι πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις. ἐν * ταύτῃ γὰρ ἐμαρτυρήθησαν οἱ πρεσβύτεροι. κατὰ πίστιν γὰρ ἀπέθανον οὗτοι πάντες. καὶ πάλιν, δικαιοσύνην δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως εἰς πάντας τοὺς πιστεύοντας. καὶ αὖθις, ἵνα τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πνεύματος λάβωμεν διὰ τῆς πίστεως. καὶ ἀνάγει, καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. καὶ ἐπάγει· διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν ᾖ, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ * τῷ ἐκ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ * τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ. οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· καὶ Τιμοθέῳ, δίωκε δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην μετὰ πάντων τῶν ἐπικαλουμένων τὸν Κύριον. καὶ, χωρὶς πίστεως ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι Θεῷ. καὶ ὁ Ἰωάννης· αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ, ἵνα πιστεύωμεν * τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν αἰώνιον ἔχητε. ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς ἡμῶν Θεός φησιν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. τοῦτο δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ πνεύματος, οὗ ἤμελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτόν. καὶ πάλιν, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; καὶ * ἄλλῃ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην· καὶ τῇ Μάρθᾳ, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, κἂν ἀποθάνῃ, ζήσεται· καὶ τοῖς μαθηταῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει. καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον. καὶ αὖθις, πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. ἱκανῶς τοίνυν ὡς οἶμαι προεθέμεθα τὰς ἐκ τῶν θείων γραφῶν περὶ πίστεως μαρτυρίας, πίστιν δὲ λέγομεν τὴν εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν ὁμοούσιον καὶ ζωοποιὸν τριάδα διαφερομένην, εἰς ἣν καὶ πιστεύομεν.

A Hæc ea sunt efficacis fidei opera. Qui fide percurrit viam mandatorum, cœlestem illam assequetur Ierusalem. Planè si fidem habemus & in fide sumus, & in eadem solidi consistimus ac stabiles in Domino pulchrè habitamus. Etenim per prophetam loquitur Dominus, *Oculi mei fideles terræ ut sedeant mecum.* Nec secus Hieremias, *Ecce Domine, oculi tui respiciunt fidem.* Dicit & Petrus, *Ministrate in fide vestra virtutem & charitatem.* Rursus: *Superædificantes vosmetipsos in fide, sobrij estote, vigilate, quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circumit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide* Et Paulus: *In* B *quo cùm credideritis, signati estis Spiritu promissionis sancto.* Iterum: *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere* Rursus, *Fides est sperandarum substantia rerum. In hac enim testimonium consecuti sunt seniores: Iuxta fidem* enim *defuncti sunt omnes hi.* Itemque, *Iustitiam autem Dei per fidem in omnes qui credunt, ut promissionem accipiamus Spiritus per fidem* Et: *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam: Et verò qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, imputatur fides ad iustitiam.* Itaque inducit: *Propter hoc ex fide, ut se-* C *cundùm gratiam firma esset promissio omni semini, non ei qui ex lege est solùm, sed & ei qui ex fide est Abrahæ. Non est autem scriptum propter ipsum solum, sed etiam propter nos quibus reputabitur credentibus in Dominum nostrum Iesum Christum: Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.* Item Timotheo, *Sectare iustitiam, fidem, charitatem, pacem cum omnibus qui inuocant Dominum.* Et, *Sine fide impossibile est placere Deo.* Ioannes etiamnum, *Hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine Filij eius Iesu Christi, & ut, credentes, vitam æternam habeatis.* Dominus autem noster, Iesus Christus D qui verus est Deus noster, ait: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Rursus idem: *quis putas fidelis est seruus & prudens?* Aliis quoque dixit: *Fides tua te saluum fecit, vade in pace.* Marthæ item: *qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit viuet* Discipulus ait: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ille faciet.* Et, *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Rursus: *creditis in Deum? Et in me credite.* Et quidem hactenus de fide abundè testimo- E nium arbitror me deprompsisse è locupletissimo penu diuinarum Scripturarum. Astruimus porrò fidem esse, qua ipsi credimus in Patrem, & Filium & Spiritum sanctum, consubstantialem & viuificantem Trinitatem cunctis supereminentem.

Psal.100. Hier.5. 2.Petri 2. 1.Petri 5. Ephes.1. * στερεοὶ τῇ πίστει. *Ephes.6. Heb.11. Rom.5.* * αὐτῇ. *Rom.4. Rom.5.* * τῷ. * τῷ. *2.Tim.2. Heb.11. 1.Ioh.5.* * εἰς τὸ ὄνομα. *Io.7. Matt.24. Luc.8. Ioh.11.* * ἄλλαις. *Ioh.14.*

Fides Trinitatis necessaria.

διὰ πάντων οὖν τῶν προειρημένων δείκνυται ὡς πᾶσα θεολογία ἡνωμένη τέ ἐστι καὶ διακεκριμένη. καὶ οὔτε τὰ ἡνωμένα διαιρεῖν θέμις, οὔτε τὰ διακεκριμένα συγχεῖν. καὶ τὰ μὲν ἡνωμένα τῆς ὅλης θεότητός ἐστι, τὸ ὑπεράγαθον, τὸ ὑπέρθεον, τὸ ὑπερούσιον, τὸ ὑπέρζωον, τὸ ὑπέρσοφον, μεθ' ὧν καὶ τὰ * αἰτιολογικὰ πάντα, τὸ ἀγαθὸν, τὸ καλὸν, τὸ ὂν, τὸ ζωογονοῦν, τὸ σοφὸν, καὶ ὅσα ἐκ τῶν ἀγαθοπρεπῶν αὐτῆς δωρεῶν ἡ πάντων ἀγαθῶν αἰτία κατονομάζεται. τὰ δὲ διακεκριμένα, τὸ πατρὸς ὑπερούσιον ὄνομα καὶ χρῆμα καὶ υἱοῦ καὶ πνεύματος, οὐδεμιᾶς ἐν τούτοις ἀντιστροφῆς, ἢ ὅλως κοινότητος ἐπεισαγομένης. λαβόντες οὖν Θεοῦ γνῶσιν διὰ τῆς πίστεως, μὴ ἀγνοήσωμεν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν χάριν, ὑπὲρ ἧς πέπονθεν ἀληθῶς ὁ Κύριος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ μύρον ἔλαβεν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὁ Κύριος, ἵνα πνέῃ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀφθαρσίαν. μηδεὶς οὖν ἀλειφέσθω δυσωδίας ἀπιστίας τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος, μὴ παρεκτραπῶμεν τῆς εὐθείας ὁδοῦ, ἵνα δυνηθῶμεν ἐπιλαβέσθαι τῆς ἐλπίδος τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ τῆς ἀϊδίου ζωῆς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A Itaque per hæc superiùs dicta declaratur quòd Theologia omnis & vnita est, & discreta, neque tamen quæ discreta sunt, quicquam admittunt confusionis. Et quidem ea quæ vnita sunt, siue quæ ad vnitam pertinent Theologiam, has habent nomenclaturas totius indices Deitatis: puta Superbonum, Pulchrum, Ens, Viuificans, Augustissima diuinitas, Perquam plenè extans substantia, Quæ viuunt cuncta producens, Sapiens; & quæcunque id genus nomenclaturæ, ex quàm optima ipsius & munificentissima liberalitate profectæ B occurrunt, quibus bonorum omnium auctor esse denominatur. Ad discretam verò Theologiam pertinent denominationes; ceu sunt, Supersubstantialitas atque opulentia Patris: eædem & Filio & Spiritui sancto perςquè cōmunes, vt nihil in his debeat intelligi diuersi aut dissimilitudinis, præterquam sola parilis naturæ communio inter sese coalescens. Per fidem itaque cùm cœperimus cognoscere Deum, ne, quæso, ignoremus quantum nobis indultum gratiæ sit, cuius causa Dominus ipse verissimè passus est. Ob hoc enim siuit ipse C Dominus caput suum myrrha optima perfundi, vt suauissimæ immortalitatis fragrantiam suæ aspiraret Ecclesiæ. Nemo igitur se illini permittat graueolenti putore infidelitatis, per Principem sæculi istius suggerendæ, nequādo exerremus à calle rectitudinis, quò vel tandem spe perfrui contingat vitæ æternæ in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Theologia & vnita est & discreta.

De his abũdè Dionys. Areop. cap. 11. de diuinis nominibus.

* αἴτια ἢ λογικά.

Matth. 26.

Περὶ ἐλπίδος, β'.

De spe. HOMILIA. II.

ΑΠΟ τῆς πίστεως πορευώμεθα ἐπὶ τὴν δευτερεύουσαν ἐλπίδα, ἥτις ἐξ αὐτῆς δροσιζομένη καρποφορεῖ, ἓν τριάκοντα, καὶ ἓν ἑξήκοντα, καὶ ἓν ἑκατόν. ἐλπίδος γὰρ ἡδρασμένης οὐδὲν ἀνώτερον. περὶ δὲ τῆς ἀγάπης, ἥτις τρίτη μὲν ὀνομάζεται, πρώτη δὲ τυγχάνει πασῶν τῶν ἀρετῶν, ἐν τοῖς κατόπιν δηλώσομεν. πρῶτος Ἐνὼς ὁ τοῦ Σὴθ δίκαιος ἐκ δικαίου, οὗτος ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. ὅσοι γὰρ διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος χειραγωγοῦνται, πρὸς αὐτὸν ἀνάγονται καὶ φωτίζονται ἐκ τῆς αἴγλης τοῦ * ἀϊδίου φωτός. Δαβὶδ ὁ βασιλεὺς γηράσας, καὶ μὴ θερμαινόμενος ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ, ᾔτησε μίαν παρθένον, ἵνα θερμαίνῃ αὐτὸν, Σουναμῖτιν. Σουναμῖτις δὲ ἑρμηνεύεται οὐρανία. ἀλλ' οὐκ ἔγνω αὐτὴν ὁ βασιλεύς. τουτέστιν οὐκ ἔφθειρε τὴν ἐλπίδα αὐτοῦ τὴν οὐράνιον. ὅρα τί λέγει ἡ γραφή· Ἐὰν ὦσι δύο, καί γε θέρμη αὐτοῖς ἐστι.

D A FIDE digressi, ad eam progrediantur quæ secundas obtinet, Spem: quæ sanè, fidei roscida aspergine perfusa fructum adferet, vnum quidem trigesimum, alterum sexagesimum, alium rursus centesimum. Spe enim constabilitâ, vix vlla alia virtus peræquè sublimis. De charitate autem, quæ tertiam sortitur in classe virtutum nomenclaturam, primiceria alioqui cùm sit, cæterasque omneis anteuertens dignitate, posteriore loco explicatiùs disseremus. Primus Enos filius Seth, iustus ex iusto * sperauit E inuocare nomen Domini Dei. Quicunque præsidio Spei, in Deum constantis, nixi, velut manu ducuntur, mirè hos Deus ad sublimem & theoricam anagogem subuehit, ac propriæ lucis splendore corrusco irradiat. Dauid eximius Rex senio defessus, cùm suismet iustificationibus nullo pacto recalesceret, adsciuit sibi virgunculam vnam, nempe Sunamitem, quæ ipsum excalefaceret (Sunamitis proinde sua interpretatione sonat cœlestem) cæterùm non agnouit eam rex: hoc est, nihil vitij, aut corruptelæ intulit spei suæ cœlesti. Mihi vide, num id Scriptura illa insinuet: *Si fuerint duo, vtique color illis nentiquam defuturus est.*

Matth. 13.

Gen. 4.

* ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι.

* ἰδίου.

3. Reg. 1.

De Sunamiti- de lege Præfationem.

Eccl. 4.

nimirum si fidem viuida constansque comita- A
bitur spes. Sed & peculiare spei opus est hoc,
1.Petri 1. Se possidenrem, reddit præferuidum, iuxta B.
Petri sententiam, dicentis: *Succincti lumbos*
mentis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam quæ
offertur vobis gratiam, in reuelatione Iesu Christi
Eccl.2. *quasi filij obedientiæ.* Eôdem spectat illud Iesu
filij Sirach; *quis sperauit in Dominum, & dere-*
lictus est? aut quis permansit in timore eius, & des-
Psal.39. *pexit eum?* Melicus insuper Psalmorum con-
Psal.5. centor, *Beatus vir cuius est nomen Domini spes*
Psal.27. *eius.* Et, *Lætentur omnes qui sperant in te.* Rur-
sus, *In ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, &*
refloruit caro mea; & ex propria voluntate. Sed
Psal.61. & alios velut manu ducens instituebat, inui- B
Psal.36. tans ad complexum solidæ spei, dum dicit;
Sperate in eum omnis congregatio populorum, ef-
Isa.26. *fundite coram illo corda vestra, quia Deus adiutor*
noster. Et, *Spera in Dominum, & fac bonitatem.*
Et, *Reuela Domino viam tuam & spera in eum, &*
* ὀνό. *ipse faciet.* Esaias itē: *Sperauimus in nomine Do-*
Rom.8. *mini & in memoria eius desiderium nostrū.* Rursum
Paulus, *Spe salui facti sumus: Spes autem quæ*
Heb.6. *videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid*
1.Cor.9. *sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per*
patientiam expectamus. Iterum: *Forte solatium*
habemus, qui confugimus ad tenendam propositam
Luc.2. *spem, quam sicut anchoram habemus tutam ac fir-* C
* τῦ μετέχειν. participandi. *mam* Inducit: *quia debet in spe qui arat arare, &*
qui triturat, in spe fructus percipiendi. Et in Lucæ
Euangelio de Symeone, *acceperat enim respon-*
sum à Spiritu sancto, non visurum se mortem prius-
quam videret Christum Domini. Neque hic mor-
tificauit spem, sed erat expectans rem quam
magnopere desiderabat, nimirum vt videret
Redemptorem ac Saluatorem mundi. Cúm-
que accepisset & astrinxisset vlnis, lætitia
perfusus dicebat, Dimitte me Domine veni-
re ad te Regem meum, neque enim frustra- D
tus sum spe mea. Ipsi gloria in sæcula,
Amen.

ἡ πίστις, ἐὰν ἔχῃ ἐλπίδα. ἔχει δὲ ἴδιον ἔργον, τὸ θερμὸν εἶναι τὸν κεκτημένον, καθώς φησιν ὁ μακάριος Πέτρος· ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν, ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς τέκνα ὑπακοῆς. καὶ ὁ τοῦ Σιράχ· τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, καὶ ἐγκατελείφθη; ἢ τίς ἐνέμεινε τῷ φόβῳ αὐτοῦ, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν; ὁ δὲ ψαλμῳδὸς· μακάριος ἀνὴρ οὗ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ. καὶ, εὐφρανθήτωσαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σοί. καὶ αὖθις, ἐπ' αὐτῷ ἤλπισεν ἡ καρδία μου καὶ ἐβοηθήθην, καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου καὶ ἐκ τοῦ ἰδίου βοηθήματος. καὶ ἄλλους ἐχειραγώγει λέγων, ἐλπίσατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα ἡ συναγωγὴ λαοῦ, ἐκχέατε ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς ὑμῶν. καὶ, ἔλπισον ἐπὶ Κύριον, καὶ ποίει χρηστότητα, καὶ ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον τὴν ὁδόν σου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν, καὶ αὐτὸς ποιήσει. καὶ ὁ Ἡσαΐας, ἠλπίσαμεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου καὶ ἐπὶ τῇ μνείᾳ * αὐτοῦ ἡ ἐπιθυμία ἡμῶν. καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν· ἐλπὶς δὲ βλεπομένη οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. καὶ πάλιν, ἰσχυρὰν παράκλησιν ἔχομεν οἱ καταφυγόντες κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ἣν ὡς ἄγκυραν ἔχομεν ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν. καὶ ἐπάγει, ὅτι ἐλπίδι ὀφείλει ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾶν, καὶ ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ * μετέχειν. καὶ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ περὶ τοῦ Συμεών φησιν ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τοῦ μὴ ἰδεῖν θάνατον, ἕως οὗ ἴδῃ τὸν Χριστὸν Κυρίου, καὶ οὐκ ἐνέκρωσε τὴν ἐλπίδα, ἀλλ' ἦν προσδεχόμενος τὸν ποθούμενον λυτρωτὴν καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου, καὶ δεξάμενος αὐτὸν γεγηθὼς ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἔλεγεν, ἀπόλυσόν με δέσποτα ἀπελθεῖν πρὸς τὸν ποθούμενόν μου βασιλέα σου. ἀπέλαβον γὰρ τὴν ἐλπίδα, μου τὸν Χριστὸν Κυρίου· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De Conuiuio.

HOMILIA III.

DE epulari conuiuio Parœmiastes ait:
Prou.23. *Si sederis ad cœnandum in mensa po-*
tentium, attentè considera quæ apponuntur E
tibi, & inijce manum tuam, sciens quo-
niam oportet te talia præparare: quòd si
insatiabilior es, ne desideres cibos eius. Alter
Eccl.31. item: *ad mensam magnam sedisti? ne aperias*
guttur tuum super illum, memento quoniam
malum, oculus nequam: quocunque inspexe-
ris, ne extendas manum tuam, & ne coniun-
* ἐν παντὶ πράγματι. *gare ei in catino. Intellige quæ sunt proximi ex*
teipso, & quasi in omni re * *cogita: Comede vt ho-*
mo, quæ apponuntur tibi, & ne nimis deuores, vt
ne odio habearis: desine prior gratia disciplinæ, &

Περὶ ἑστιάσεως γʹ.

Ioel 2. θεραπείαν. ſeruituti corpus. Sed & propheta Ioël: *ſanctificate ieiunium, prædicate curam* * *& medelam, & clamate: Hei mihi, hei mihi, quia prope eſt dies Domini.* Idem poſt pauca: *Et nunc dicit Dominus Deus noſter, conuertimini ad me ex toto corde veſtro, in ieiunio & fletu & planctu, & ſcindite corda veſtra, & conuertimini ad Dominum Deum veſtrum, quia miſericors & miſerator eſt, longanimis & multæ miſericordiæ & pœnitens ſuper malitijs veſtris.* Dauid, *Ego autem cùm mihi*
Pſal.34.13. *moleſti eſſent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam*: Et, *Genua mea infirmata*
Pſal.108.24. *ſunt à ieiunio, & caro mea immutata eſt propter oleum.* Ieiunium porrò illud verum eſt, non
Ieiunium verum eſt quod Eleemoſynam comitē habet. modò id, quo tuas ipſius carnes ad tabem & marcorem perducis, ſed & ſi quantum detrahis priuatæ expenſæ per tuam abſtinentiam (quod alioqui inſumpturus fueras edendo) tantum viduæ impartiaris & pupillo, quo accepto exſatietur, & pro collatore beneficij exoret, perque manus inopis Deo præſentetur accepta eiuſmodi victima: quemodmodum & Eſaias ait, *cùm ieiunas, frange eſurienti*
Iſa.58.7. *panem tuum.* Benigniſſimus Dominus noſter, ſui nos vt erudiret exemplo operis, primus ipſe ieiunauit. Sed de eo qui à ſæuo dæmone miſere vexabatur, ait: *hoc genus in nullo poteſt*
Matth.17.21. *exire, niſi in oratione & ieiunio.* Inducit, *quum*
Matth.6. *autem ieiunaueris, ne ſis ſicut hypocritæ*: Et,
Matth.5. *Beati qui eſuriunt nunc, quia ſaturabuntur.* Ipſi gloria in ſæculo. Amen.

A ὅθεν οὕτως ἑαυτὸν ἐκτήξας τῇ ἀσιτίᾳ, καὶ μηδ᾽ ὅλως γλιχόμενος τῶν * ἐδωδίμων· ἐγένετο ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν τῶν τοῦ πνεύματος, καὶ κατηξιώθη μυστηρίων ἀπορρήτων θεατὴς γενέσθαι, καὶ συνόμιλος τῷ ἀρχαγγέλῳ Γαβριήλ. ὁμοίως καὶ ἡ ἐπὶ ἀπειρία τῶν τριῶν παίδων ἐκ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς ἐκείνης, καὶ ἡ αὐτῶν ἐγκράτεια καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη τὸ πῦρ τῆς καμίνου εἰς δρόσον μετέβαλε. καὶ ὁ Μωϋσῆς διὰ μ΄. ἡμερῶν νηστείας τὸν νόμον ἐδέξατο. ὡσαύτως καὶ Ἠλίας διὰ τοσούτων ἡμερῶν νηστείας αὐτόπτης δό-
B ξης Θεοῦ γέγονε. καὶ Ἄννα τὸν Σαμουὴλ διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας ἀπέλαβε. καὶ ὁ Ἀπόστολος ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις τὸ σῶμα ἐδουλαγώγει. φησὶν δὲ καὶ ὁ προφήτης Ἰωήλ, ἁγιάσατε νηστείαν, κηρύξατε * θεραπείαν, κεκράξατε οἴμοι, οἴμοι, ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου· καὶ μετ᾽ ὀλίγον, καὶ νῦν λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐπιστράφητε πρός με ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ὑμῶν ἐν νηστείᾳ, καὶ ἐν κλαυθμῷ, καὶ ἐν κοπετῷ, καὶ διαρρήξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ ἐπιστρέψατε πρὸς Κύριον
C τὸν Θεὸν ὑμῶν, ὅτι ἐλεήμων, καὶ οἰκτίρμων ἐστὶ, μακρόθυμός τε καὶ πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ ταῖς κακίαις ὑμῶν. καὶ πάλιν ὁ Δαβὶδ, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ αὐτοὺς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην σάκκον, καὶ ἐταπείνουν ἐν νηστείᾳ, τῇ ψυχῇ μου. καὶ, τὰ γόνατά μου ἠσθένησαν ἀπὸ νηστείας, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη δι᾽ ἔλαιον. νηστεία γὰρ ἀληθινή ἐστιν οὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτήκειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης ἐκείνης ἣν ἔμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρᾳ, ἢ πτωχῷ, ἵνα ὁ εἰληφὼς ἐμπλησθεὶς εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ. καθὼς
D καὶ ὁ Ἠσαΐας φησὶν, νηστεύων διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου. ὁ δὲ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης βουλόμενος ἔργῳ ἡμᾶς παιδεῦσαι, πρῶτος αὐτὸς ἐνήστευσε· καὶ περὶ τοῦ δαίμονός φησι, τοῦτο τὸ γένος ἐν οὐδενὶ δύναται ἐξελθεῖν, εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. καὶ ἐπάγει, ὅταν νηστεύῃς μὴ γίνου ὥσπερ οἱ ὑποκριταί· καὶ, μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De Philargyria, hoc eſt, amore pecuniæ.

Homilia VIII.

E

Περὶ φιλαργυρίας.

Λόγος η΄.

Auaritia qualis ſit morbus. PECUNIÆ amor morbus eſt mirè peruicax, expugnatu difficilis, denique & pernicioſus. Impoſſibile namque, eum qui ſit aſſectator voluptatum ſimul & congerendæ pecuniæ cupientior, ſecundùm Deum vitam vt inſtituat ſuam. Planè ſi quando hic morbus animam internanciſcetur ſegni torpore lenteſcentem, & animam diffidentem Deo,

ΤΟ τῆς φιλαργυρίας νόσημα πάνυ δεινὸν, καὶ ὀλέθριον ὑπάρχει. ἀδύνατον οὖν ζῆσαι κατὰ Θεὸν, τὸν φιλήδονον ὄντα καὶ φιλάργυρον. αὕτη ἡ νόσος ὅταν χλιαρὰν καὶ ἄπιστον εὕρῃ ψυχὴν,

εὐλόγους τινὰς αὐτῷ ὑποβάλλει προφάσεις. ὑποβάλλει γὰρ κατὰ διάνοιαν τῷ μοναχῷ, γῆρας μακρὸν, καὶ ἀσθένειαν σώματος. καὶ ὥσπερ ἡ θάλασσα οὐκ ἐμπίπλαται δεχομένη πλῆθος ποταμῶν, οὕτως ἐπιθυμία φιλαργύρου οὐ πληροῦται χρημάτων. ὁ θέλων γοῦν ἐκκόψαι τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος, τὴν ῥίζαν ἐκκοπτέτω· μενούσης γὰρ τῆς ῥίζης, μάτην ἐπιτέμνων τοὺς κλάδους, πάλιν ἄλλοι ἀναφύονται. φιλάργυρος μοναχὸς ἐργάζεται ἐντόνως· ὁ δὲ ἀκτήμων ταῖς προσευχαῖς σχολάζει καὶ ἀναγνώσμασι. ὁ φιλάργυρος θησαυρίζει βαλάντιον, ὁ δὲ ἀκτήμων, ἐν οὐρανῷ. λέγει ἡ γραφὴ, ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν εἴδωλον, καὶ τιθεὶς ἐν ἀποκρύφῳ. ὁμοίως καὶ ὁ ἔχων φιλαργυρίας πάθος. ὁ μὲν γὰρ προσκυνεῖ κιβδήλῳ καὶ ἀνωφελεῖ· ὁ δὲ ἀγαλματοφορεῖ φαντασίαν πλούτου. καὶ ὥσπερ γίνεται τοῖς κοιλιοδούλοις Θεὸς ἡ κοιλία, τοῦτο ὁ χρυσὸς ὁμοίως. οὗτος ὁ δαίμων σὴς ἐν τοῖς ὀστέοις τοῦ ἀνθρώπου γίνεται, κατεσθίων αὐτὸν διὰ τῆς μερίμνης, καὶ τῆς ἀγρυπνίας. καὶ γὰρ τῇ θείᾳ γραφῇ εἰκότως ἀπηγόρευται τοῦτο τὸ πάθος, ὡς εἴρηται, οἱ ἄπιστοι καὶ ἀνέλπιστοι νοσοῦσι μᾶλλον ἢ οἱ φιλήδονοι καὶ εἰδωλολάτραι· ὅτι γὰρ τὴν εἰς Θεὸν ἐλπίδα οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' εἰς ζώδια βασιλικὰ, οἵτινες τῆς εὐθείας ὁδοῦ ἐκτραπέντες, εἰς κρημνοὺς καὶ βάραθρα ἀπωλείας φέρονται, ὥσπερ φησὶν ἡ γραφὴ, ὁ ἀγαπῶν χρυσίον οὐ δικαιωθήσεται. καὶ αὖθις, φιλαργύρου οὐδὲν ἀνομώτερον· οὗτος γὰρ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐκπρόσδεκτον ποιεῖ, καὶ πολλοὶ ἐφθάρησαν εἰς πτώματα χρυσίου, ὡς καὶ ὁ Ἰούδας διὰ τῆς φιλαργυρίας, οὐ μόνον τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων ἐξώκειλεν, ἀλλὰ καὶ προδότης γέγονεν τοῦ δεσπότου, καὶ δι' ἀγχόνης ἀπώλετο. καὶ γὰρ ἀληθῶς, καὶ βδελυρία λέπρα ἐστὶν ἡ φιλαργυρία, ὡς ἀποδέδεικται διὰ τοῦ Γιεζῆ· οὐκ ἔμμονος μέντοι τῷ θέλοντι· οὐ γάρ φυσική ἐστιν αὕτη, ἀλλὰ προαιρετική, καὶ δύναται ταχέως καθαρισθῆναι ὁ τοιοῦτος, κράζων τῷ Ἰησοῦ, Κύριε ἐὰν θέλῃς δύνασαί με καθαρίσαι· ἐπεὶ τῷ μὴ βουλομένῳ ξύλον προσκόμματός ἐστι τοῖς θυσιάζουσιν αὐτῇ. μακάριος οὖν ἄνθρωπος, ὃς εὑρέθη ἄμωμος, καὶ ὀπίσω χρυσίου οὐκ ἐπορεύθη, κατὰ τὴν γραφήν. ὁ γὰρ Ἰάκωβος ἀπειλῶν τοῖς φιλαργύροις, φησὶν, ὁ χρυσὸς ὑμῶν,

A mox illi suggerit commenta quædam excusandi sui consentanea, vel quæ vmbram præferant iustæ excusationis. Eiusmodi prætextus vmbratilis secreta cogitatione Monacho se offert, senectutem prolixam esse, præterea infirmam esse valetudinem corporis. Vt mare, quantamlibet in se incurrentium fluminum excipiat multitudinem, nunquam tamen exsatiatur aut impletur; haud secus auari concupiscentia; neque enim quantislibet expletur diuitiis. Quisquis igitur vult istius cupiditatis exscindere inexplebilem affectionem; ab radice eam conscindat ac reuellat: B Dum enim manet radix, casso labore resecas ramos: alicunde enim rursus alij emergent ac renascentur. Monachus inhians cumulandæ pecuniæ, enixissimè intendit operi: qui autem nullum quærit possidere peculium, nunc orationi streuuam commodat operam, nunc in lectione est totus: Monachus pecuniæ studiosus thesaurum corradit & indit marsupio: qui sine peculio est, thesaurum colligit sibi & condit cœlo: Dicit certè Scriptura: *Maledictus qui facit idolum, & ponit in occulto:* haud secus facit qui vi- C tioso affectu laborat auaritiæ: Ille quidem procidit idolo rubigine pallenti ac prorsum inutili, hic autem secum circumfert imaginem prorsus inanem, nempe diuitiarum ambitiosam cogitationem. Atque vt venter suis ventricolis euadit in Deum, ita isti aurum pro Deo habetur. Dæmon hic tinea quædam efficitur in ossibus auari per anxiam & irrequietam sollicitudinem & peruigilium, ipsum arrodens ac depascens. Iure optimo in sacris litteris pestilenti hac passione interdicimur, ceu dictum nobis est, qua nos- D cuntur laborare grauiter, à fide spéque obtinendæ salutis alieni; imprimis tamen voluptati ac idololatriæ obnoxij: neque enim superest illis quicquam spei erga Deum, sed in animalcula regia: qui cùm à recto calle deflexerint, in præcipitio erroris atque perditionis barathrum prono illapsu feruntur; vel teste scriptura, *Qui diligit aurum, non iustificabitur.* Rursus: *Auaro nihil iniquius: hic enim, etiam animam suam venalem * habet.* Et: *Multi* E *dati sunt in ruinam propter aurum:* vt & Iudas: is enim per auaritiam, non Apostolorum modò excidit cœtu, sed & proditor factus est Domini, ac demùm gulam sibi præfocauit laqueo, iustè quidem. Scelus planè est & abominatio, Lepra (inquam) est, auiditas pecuniæ, vt & luculenter per Giezi demonstratum est: non quòd volenti neutiquam auferri possit, naturalis cùm non sit, sed cùm, electione liberæ voluntatis illã quis inciderit, ab ea vtique mundari possit: nec difficile, si quidem clamarit ad Dominum Iesum, *Domine si vis, potes me mundare:* nolenti verò, fustis est & trabes offensionis, iis qui hostias offerunt Domino. Sed & quisquis insipiens est, capietur auri cupiditate: *Beatus* itaque *vir qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abyt*, iuxta Scripturam. Ait hîc enim Iacobus interminatis istis pecuniæ helluonibus: *Aurum vestrum,*

Auaritia mox suggerit excusandi commenta.

Auaritia à radice est reuellenda.

Deut. 27. 15

1. Tim. 6.

Eccl. 31. 6.

Eccl. 10. 9.

** ἐναπόδεκτον, acceptabilem, legendum puto, venalem, ἐμπορευτόν.*

Eccl. 31. 9.

Matth. 8. 2.

Eccl. 31. 8.

Iacob. 5.

& argentum vestrum aeruginauit, & aerugo eorum in testimonium erit, & manducabis carnes vestras sicut ignis. Item, *Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs quae aduenient vobis.* His per quam similia propheta Abacuc dicit, auaris istis opprobrans: *Vae ei qui multiplicat sibi quae sua non sunt*: qui per auaritiam malam exorta congerit domui suae. Sanè quàm eleganter dixit, *quae sua non sunt*: etenim iis qui tales sunt, omnibus, suppetunt diuitię; vt & Dauid suomet astruit patrocinio; *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & praeualuit in vanitate sua.* Iob quoque: *Si congregauerit peccator quasi terram, argentum, & quasi lutum, aurum, haec omnia iusti acquirent.* Is de inculpatae vitae mundicia spem sumens, dicebat, *Si constitui aurum fortitudinem meam, si laetatus sum pro eo quod multae adessent diuitiae.* *Melius* igitur *modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Sed & Paulus contestatur, malorum omnium radicem esse pecuniae concupiscentiam. Est enim, qui cupiditate eiusmodi laborat, nihil indolescens alienae calamitati, & prorsus immisericors. Dominus ipse, nostraeque pararius salutis, quum probè nosset affectionem hanc auaritiae praesentaneam esse animae perniciem, congruam medelam adfert, dicens: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque aes in zonis vestris*: eóque inducit: *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum caelorum*, cùm interim nullius terrenae rei possessio, facilè ac liberis alis in caelum transuolat & attollitur. Ipsi gloria in saecula.

Abac. 2. — Psal. 51. 9. — Iob 27. — Iob 31. 2. — Matth. 10.

De vitanda munerum acceptione.

Homilia IX.

QVISQVIS captat munera, aut plùs quàm par sit quaerit possidere, item pecuniae auidus & foenerator; quatuor hi, vnum eundémque trahunt currum, sed eo praeduce qui superbiae auriga est & princeps. Atqui hic Domini imperio deiectus est: Eos attamen hic impurus inquietat, qui ipsum ad animae vsque depulsionem sequuntur. Non igitur aequum fuerit, vt qui sanae sunt mentis, tam cruenti hostis fraena patiantur, ne illius aurigatione cum suo auriga in puteum abripiantur supplicij: quin potiùs praeitore Apostolo, rectà contendit ad vitam: *Habentes* (inquit) *victum, & quibus tegamur his contenti simus*, qui enim *volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli.* Profectò qui Apostoli mandatum reueretur, imò verius, Domini dicentis, *Nolite possidere aurum aut argentum,*

Auaritia quadriga, cuius auriga est daemon superbia. — Prou. 22.

A καὶ ὁ ἄργυρος κατίωται, καὶ ἰὸς αὐτῶν εἰς μαρτύριον ὑμῖν ἔσται, καὶ φάγεται τὰς σάρκας ὑμῶν ὡς πῦρ. καὶ πάλιν, ἄγε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. παραπλήσια δὲ τούτοις Ἀββακοὺκ ὁ προφήτης ὀνειδίζων τοὺς φιλαργύρους, φησὶν, Οὐαὶ ὁ πληθύνων ἑαυτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ. καλῶς γὰρ εἶπεν τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, καὶ γὰρ τοῖς πᾶσιν ὁ πλοῦτος. καὶ ὁ Δαβὶδ τούτοις συνηγορῶν ἔλεγεν, ἰδοὺ ἄνθρωπος, ὃς οὐκ ἔθετο τὸν Θεὸν βοηθὸν αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπήλπισεν ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ πλούτου αὐτοῦ,
B καὶ ἐνεδυναμώθη ἐπὶ τῇ ματαιότητι αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰὼβ, ἐὰν συναγάγῃ ἁμαρτωλὸς ὥσπερ γῆν ἀργύριον, ἴσα δὲ πηλοῦ χρυσίον, ταῦτα πάντα δίκαιοι περιποιήσονται. καὶ θαρρῶν εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀμώμητον βίον, ἔλεγεν, εἰ ἔταξα χρυσίον ἰσχύν μου, εἰ δὲ καὶ ηὐφράνθην πολλοῦ πλούτου μοι γενομένου. κρεῖσσον οὖν ὀλίγον τῷ δικαίῳ, ὑπὲρ πλοῦτον ἁμαρτωλῶν πολύν. μαρτυρεῖ δὲ καὶ ὁ Παῦλος, ὅτι ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ φιλαργυρία. ἔστι γὰρ καὶ ἀσυμπαθὴς, καὶ ἀνελεήμων ὁ φιλάργυρος. ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν καὶ κύριος εἰδὼς τὸ πάθος τῆς φιλαρ-
C γυρίας, ψυχῆς ὄλεθρον ὄντα, τὴν προσήκουσαν θεραπείαν προσφέρει, λέγων, μὴ κτήσασθε χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, μηδὲ χαλκὸν, εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν, καὶ ἐπάγει ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι πλούσιος δυσκόλως εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὡς τῆς ἀκτημοσύνης ἁπλοῦς οὔσης, καὶ εὐχερῶς εἰς οὐρανὸν ἀναλαμβανούσης. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

D

Περὶ δωροληψίας,
Λόγος θ'.

Ὁ ΔΩΡΟΛΗΠΤΗΣ καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ φιλάργυρος, καὶ ὁ τοκιστὴς, ἓν ἅρμα ἐστὶν τέτρωρον, ἔχοντες τὸν τῆς ἀλαζονείας ἡνίοχον καὶ ἀρχηγόν. ὅστις ὑπὸ τοῦ Κυρίου καταβέβληται μὲν, συνελαύνει δὲ πάντας τοὺς ἑπομένους αὐτῷ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀπώλειαν. οὐ θεμιτὸν οὖν τοῖς
E εὖ φρονοῦσι ὑπὸ τοῦ δυσμενοῦς ἡνιοχεῖσθαι, ἵνα μὴ σὺν αὐτῷ εἰς βόθρον κολάσεως κατασυρῶσιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου εἰς ζωὴν ὁδηγεῖσθαι, τοῦ λέγοντος, ἔχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. οἱ γὰρ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. ὁ οὖν δεδιὼς τὴν ἐντολὴν τοῦ ἀποστόλου, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, λέγοντος, μὴ κτήσασθε χρυσὸν, καὶ ἄργυρον,

μηδὲ μεριμνᾶτε τί φάγητε, ἢ τί πίητε· τὸν [illegible] A
[illegible] καταβάλλει, καὶ [illegible] ποδῶν [illegible]
[illegible] καλῶς οὖν ὁ παροιμιαστὴς [illegible]
[illegible], λέγων, μὴ ἐκβιάζου πένητα, πτωχὸς γάρ
ἐστι. καὶ πάλιν, ὁ ἀγαπῶν ἀργύριον, οὐκ ἐμπλησθήσεται
ἀργυρίου. [illegible] προελθεῖν κατενώπιον
τῆς ζωῆς. καὶ τό, μὴ ἔστω ἡ χείρ σου ἐκτεταμένη
εἰς τὸ λαβεῖν, καὶ ἐν τῷ διδόναι συνεσταλμένη. [illegible]
δὲ καὶ ὁ Παῦλος, μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν.
ὁ δὲ νόμος φησὶν οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ [illegible]
δώρων. καὶ, δῶρα οὐ λήψῃ· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ B
ὀφθαλμοὺς βλεπόντων. καὶ ὁ Σαμουήλ, [illegible]
[illegible] ἔλεγχε τὸν λαόν, μὴ ἐκ χειρός
[illegible] εἴληφα; [illegible] ἰδοὺ μάρτυς
Κύριος. [illegible] Ἀμώς, [illegible]
[illegible]
[illegible] καὶ Ἡσαΐας [illegible] φησίν, οἱ ἄρχοντές σου
[illegible] δῶρα, διώκοντες ἀνταπόδομα. [illegible]
[illegible] Οὐαὶ οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν
δώρων [illegible]
[illegible] C
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] D
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] E
[illegible]

Περὶ σκνιφότητος [illegible] Λόγος Ι.

Η ΣΚΝΗΦΟΤΗΣ ἀπὸ μικροψυχίας ἀναβλαστάνει, μᾶλλον δὲ ἀπιστίας, καὶ δυσελπιστίας. Εἰ γὰρ τοῖς τὰ ὁρώμενα ἃ παρέχει ἡμῖν ἀγαθὰ καθ' ἑκάστην πλουσίως ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης,

A *& ne solliciti sitis quid manducetis aut bibatis:* is aurigam superbiae exturbat curru, atque suis proterit pedibus. Pulchrè igitur Paroemiastes, per admonitionem, munera captantibus dicit, *Ne opprimas pauperem aut vim illi feceris: Pauper enim est.* Item, *Qui diligit pecuniam, non implebitur pecunia.* Propterea, pauper facilè nouit ingredi in conspectu Domini. Et, *Ne sit manus tua extensa ad accipiendum, & ad reddendum contracta.* Hoc ipsum & Paulus: *Beatius est dare quàm accipere.* Lex item, *Non iustificabis impium pro muneribus.* Et, *non accipies munera: munera enim excaecant oculos videntium.* Samuelo: B *Nunquid de manu cuiusquam accepi munus aut calceamentum?* Ecce testis Dominus. Propheta Amos aduersus populum indignabundus dicebat: *Domus [illegible] accepistis à pauperibus.* Huic per omnia consentaneus Esaias, ait: *Principes [illegible] diligunt munera, sequuntur retributiones.* Tales qui sunt miseros esse confirmans inducit: *Vae qui iustificatis impium pro muneribus, & qui aufertis iustitiam [illegible].* Et, *Dona excaecant oculos sapientum.* Iterum, *Reddet [illegible] qui accipit munera, [illegible] acceptionem munerum [illegible].* Rursum: *Accipiens munera in sinu [illegible]* C *Melius itaque [illegible].* Dauid propterea precatus Dominum, & huic exitio eorum noxae dicebat: *Ne [illegible] cum impiis animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam, in quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.* Impios, exleges sine iniquos, atque viros sanguinum [illegible] perstringit, in [illegible] corruptores numerum. Item, *[illegible]* Atque [illegible] illud: *[illegible]* D Sed eos plane eos nominat, qui [illegible] sua spes [illegible] certè deprehendi quorum [illegible] vitae [illegible]. Rursus: *[illegible]* Iob quoque [illegible] declarauit se, [illegible] *[illegible] dona.* Sed & Dominus, noster vindex salutis, *Videte (ait) & cauete ab omni auaritia, quia non ex eo quod quis abundat, vita eius est.* Ipsi gloria in saecula saeculorum, Amen.

Eccl. 4.
Idem & Paulus tribuit Domino.
Amos 6.
Esai. 1.
Esai. 5. & 10.
Psal. 48. 11.
Luc 10.
Psal. 118.
Iob 30.
Luc. 12.

De sordida & illiberali parcitate.

HOMILIA X.

PARCITAS, aut si mauis, tenacitas, ab radice progerminat pusillanimitatis; veriùs autem proficiscitur ab infidelitate & desperatione. Etenim si circa haec visibilia quae in dies singulos abundè & opulenter nobis suggerit Domini benignitas,

Tenacitas vnde nam oritur.

A

Περὶ δανειζόντων. Λόγος ια'.

ΤΟ δανεῖσαι, ἐποφειλόμενόν ἐστι μάλιστα τοῖς ὁμοπίστοις καὶ συγκληρονόμοις ἀδελφοῖς, καθὼς καὶ ὁ νόμος διαγορεύει· φησὶ γάρ, τῷ ἀδελφῷ σου δανιεῖς. τοῦτ' ἔστιν τῷ ὑπὸ νόμον· ἀλλοτρίῳ δὲ οὐκ ἐκδανιεῖς, τοῦτ' ἔστιν τῷ ἀνόμῳ. Ταῦτα μὲν ὁ νόμος. συνηγορεῖ δὲ καὶ ὁ παροιμιαστής, λέγων, ὁ ποιῶν ἔλεος, δανιεῖ τῷ πλησίον αὐτοῦ. καί, ὁ ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ τηρεῖ ἐντολάς. καὶ πάλιν, δάνεισον τῷ πλησίον ἐν καιρῷ χρείας αὐτοῦ. (B) καί, μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ· ἡνίκα ἂν ἔχῃ ἡ χείρ σου βοηθεῖν, μὴ εἴπῃς, ἐπανελθὼν ἐπάνηκε, καὶ αὔριον δώσω. Τούτοις παραπλήσιον καὶ ὁ ψαλμῳδὸς παραινεῖ, λέγων, χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων, καὶ κιχρῶν. καὶ πάλιν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐλεεῖ, καὶ δανείζει ὁ δίκαιος, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ εἰς εὐλογίαν ἔσται. καὶ πάλιν, δανείζεται ὁ ἁμαρτωλός, καὶ οὐκ ἀποτίσει. ὁ δὲ δίκαιος, οἰκτείρει καὶ δίδωσιν. χρὴ δὲ εἰδέναι τὸν σκοπὸν τῆς θείας γραφῆς, ὅτι τὸ δανεῖσαι, ἀντὶ τοῦ ἐλεῆσαι τὸν πλησίον, προστέτακται· καθὼς γέγραπται, (C) χάριν ἐντολῆς ἀντιλαβοῦ πένητος· ἀπόλεσον ἀργύριον διὰ ἀδελφόν. καὶ πάλιν, ὡς ὡραῖος ἔλεος ἐν καιρῷ θλίψεως. συνεπισχύσεις τὸν σύσσωμόν σου, ἕξεις αὐτὸν παρεστῶτα ἐν τῇ ἀναστάσει, τῆς συμπαθείας μάρτυρα, καὶ μὴ στενάζοντα κατὰ σοῦ. οὐκ ἀλυσιτελὲς γὰρ τοῦτο. μὴ οὖν διὰ χρυσὸν καὶ ἄργυρον, καὶ βρώματα, γενώμεθα ἀπάνθρωποι, ὧν ὁ ἰός, καὶ ὁ σής, εἰς μαρτύριον ἡμῖν ἔσται· ἀκούοντες τοῦ Παύλου, λέγοντος, ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι, καὶ ταῖς χρείαις τῶν (D) ἁγίων κοινωνοῦντες. καὶ ἑτέρωθι, μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι καλῶν ἔργων προΐστασθαι, εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. Φησὶ δὲ καὶ ὁ προφήτης Ζαχαρίας, κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ ἔλεος, καὶ οἰκτιρμὸν ποιήσατε, ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἰωάννης, ὃς ἂν ἔχῃ τὸν βίον τοῦ κόσμου, καὶ θεωρῇ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ χρείαν ἔχοντα, καὶ κλείσῃ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ; (E) τούτοις ἀκολούθως ὁ τῆς σωτηρίας ἡμῶν προνοητὴς Κύριος παρακελεύεται, λέγων, παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου, καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι ἀπὸ σοῦ, μὴ ἀποστραφῇς. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Fratrum necessitati occurrendum, mutuo vel commodato. HOMILIA XI.

MVTVO aut commodato quid vtendum dare fratribus, maximè qui germanitate fidei tibi iunguntur, súntque expectatione futuræ hæreditatis compares, magnopere conducit, iuxta præscriptum legis quæ ait, *Fratri tuo dabis mutuum*: ei nimirum qui sub lege tecum militat: alienigenę autem non commodabis, hoc est, exlegi, quique à legis iugo extorris viuit. *Deut.23.* Et hæc quidem lex ipsa suo astruit patrocinio. Sed & Parœmiastes, (B) *Qui facit misericordiam, fœneratur proximo suo.* Et: *Qui præualet manu sua, seruat mandata.* *Eccl.20.* Rursus: *Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis suæ, & ne abstineas benefacere indigenti cùm ad manum habeas & possis auxiliari, ne dicas, reuertens redi, & cras dabo.* *Prou.3.* Peræque his consimia dicit regius Psaltes, *Iucundus vir qui miseretur & commodat.* *Psal.36.* Rursum, *Tota die miseretur & commodat iustus, & semen eius in benedictione erit,* Item: *Mutuabitur peccator & non soluet, iustus autem miseretur & tribuit.* Quem sibi præscribat scopum nomine fœnoris Scriptura, nosse conuenit: δανεῖσαι enim fœnerari, pro beni- (C) gnè & misericorditer accipere proximum, vt plurimum adscribitur: quemadmodum illud adscriptum est: *Propter mandatum succurre pauperi, perde argentum propter fratrem.* Iterum: *Quàm speciosa misericordia in tempore tribulationis.* Confortabis tibi concorporem atque consortem; sed & hunc habiturus es in die resurrectionis, pararium & conciliatorem. Vicem enim suam testabitur clementer indoluisse te, nec commisisse, vt aduersum te ingemisceret: sanè non mediocre emolumentum adferet tibi hoc. Ne igitur tam illiberales simus & inhumani ob aurum & qualia- (D) cunque esculenta, quorum rubigo & tinea in testimonium aduersum nos futura alioqui sint. Quin Paulinæ magis sententiæ geramus morem: *Qui tribuit, in simplicitate, qui miseretur in hilaritate*: Et, *Necessitatibus sanctorum communicantes*, *Rom.12.* Alibi item: *Discant autem & nostri, bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.* Zacharias insuper Propheta: *Iustum iudicate.* Et: *Misericordiam & miserationem facite vnusquisque cum proximo suo.* Et Ioannes: *Qui habuerit substantiam mundi hu-* *1.Ioh 3.* (E) *ius, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua: quomodo charitas Dei manet in eo?* His consentiunt & astipulantur, quæ nostræ omnium prouisor salutis, Dominus, vt faciamus admonet, *Omni petenti te tribue: & volentem petere mutuum abs te, ne auerseris.* *Matt.5.* Ipsi gloria in sæcula.

De Vsuris. HOMILIA XII.

MVNDI huius homines ante tribunalia nunquam conquiescent controuertere & lites intendere proximis, eousque dum accessorio perfruantur quod præter sortem contigit, dum maximè præter debitum vsuras corradunt & colligunt, adeò vt quod iustè ad illos pertinet, principium fiat magnæ iniquitatis. Quapropter qui vsuras exercent, non abs re ceu execrabiles & strigosi nominatim perstringuntur. Sunt planè coram Domino & hominibus abominationi; cùm in genere nulli non Christiano interdictum sit artificio quouis exercendæ vsuræ: sicut & de iniqua illa ciuitate ait Propheta, *Non defecit de plateis eius vsura & dolus:* Cùm interim iusto hoc elogium reddat, *Argentum suum non dedit ad vsuram.* Item, *Ex vsura & ex iniquitate redimet animas eorum.* Parœmiastes quoque, *Qui multiplicat diuitias suas cum vsuris & abundantiis, vtique ei congregat qui miserebitur pauperis.* Item: *Vsuram super vsuram, & dolum super dolum.* Noui ego aliquot qui per immodicam auiditatem lucri, præter animæ detrimentum, sortem elocatæ pecuniæ perdiderunt: Dignè quidem, cùm lex præscribat, dicens: *Fratri tuo non dabis ad vsuram argentum, non cibos, aut rem quamcunque.* Rursus: *Argentum tuum non dabis ad vsuram.* Et: *Ad superabundantiam non dabis cibos tuos.* Ecclesiastes de istis qui per iniquitatem vsuris extortam locupletantur, edisserit hunc in modum: *Est infirmitas grauis quam vidi sub sole, nempe eum qui diuitias custodit in malum proprium, & pereunt diuitiæ illæ in occupatione mala, & certè omnes dies illius in tenebris & luctu & in indignatione multa & infirmitate: Et labor istius, in ventum ibit.* Consentit his illud Pauli ad Timotheum: *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum; bene agere, diuites esse in operibus bonis, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.* Authoritate igitur persuasi (fratres) scripturæ diuinæ, ab inexplebili illa auiditate congerendi diuitias auocemus mentem: longissimè submoueamus nos ab hac execrabili prorsus vsurarum excogitatione: potius imitemur beati Zachæi pium zelum, cum eodem dicentes: *Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.* Idque vt ab eo promereamur audire, qui cordium nostrorum arcanos recessus perspicuè nouit Domino nostro ac Saluatore, *hodie salus domui huic facta est.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Vsurarij, sunt omnibus execrabiles. — *Psal.54.* — *Psal.14.* — *Psal.71.* — *Prou.28.* — *Deut.23.* — *Leu.25.36.* — *1.Tim.6.* — *Luc.19.*

Περὶ τόκων. Λόγος ιβ.

Οἱ τοῦ κόσμου τούτου ἄνθρωποι, οὐκ ἂν τὸ δικάζεσθαι παύσονται, εἰ μὴ μετὰ προσθήκης τὰ τῶν ἐναγαγόντων ἀπολάβωσιν πράγματα· ὅταν μάλιστα παρὰ τὸ χρέος τοὺς τόκους κομίζονται· ὥστε γενέσθαι αὐτῶν τὸ δίκαιον ἀρχὴν ἀδικίας μεγάλης. καὶ διὰ τοῦτο οἱ τοκίζοντες, ἐναγεῖς καὶ ἀμείλικτοι ὀνομάζονται. βδελυκτοὶ γάρ εἰσιν ἐναντι Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων. καὶ τὸ σύνολον Χριστιανοῖς ἀπηγόρευται ἡ ἐπίνοια τοῦ τόκου. καθὼς φησὶν ὁ προφήτης περὶ ἀδίκου πόλεως, οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν πλατειῶν αὐτῆς τόκος καὶ δόλος. περὶ δὲ τοῦ δικαίου, τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ. καὶ πάλιν, ἐκ τόκου καὶ ἐξ ἀδικίας λυτρώσεται τὰς ψυχὰς αὐτῶν. ὁ δὲ παροιμιαστὴς, ὁ πληθύνων τὸν τόκον αὐτοῦ μετὰ τόκων καὶ πλεονασμῶν, τῷ ἐλεοῦντι πτωχοὺς συνάγει αὐτόν. καὶ ἄλλος, τόκον ἐπὶ τόκου, καὶ δόλον ἐπὶ δόλου. οἶδα ἐγώ τινας, ὅτι διὰ τὸ κέρδος τοῦ τόκου σὺν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ κεφάλαιον ἐζημιώθησαν. ἀξίως γὰρ ὁ νόμος παρακελεύεται, λέγων, τῷ ἀδελφῷ σου οὐκ ἐκτοκιεῖς ἀργυρίου, ἢ βρωμάτων, ἢ παντὸς πράγματος. καὶ πάλιν, τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις ἐπὶ τόκῳ, καὶ πλεονασμῷ, οὐ δώσεις τὰ βρώματά σου. ὁ δὲ ἐκκλησιαστὴς περὶ τῶν πλουτούντων ἐκ τόκων, ἢ ἐξ ἀδικιῶν, οὕτως διαγορεύει· ἔστιν ἀρρωστία δεινὴ, ἣν εἶδον ὑπὸ τὸν ἥλιον, πλοῦτον φυλασσόμενον τῷ παρ᾽ αὐτοῦ εἰς κακίαν αὐτοῦ. καὶ, ἀπολεῖται ὁ πλοῦτος ἐκεῖνος ἐν περισπασμῷ πονηρῷ. καί γε πᾶσαι αἱ ἡμέραι αὐτοῦ ἐν σκότει, καὶ ἐν πένθει, καὶ ἐν θυμῷ πολλῷ, καὶ ἀρρωστίᾳ, καὶ ὁ μόχθος αὐτοῦ εἰς ἄνεμον. ὁμοίως καὶ ὁ ἀπόστολος παραινῶν Τιμοθέῳ ἔλεγεν, τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε, μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι, ἀλλ᾽ ἐπὶ Θεῷ τῷ παρέχοντι ἡμῖν πάντα πλουσίως εἰς ἀπόλαυσιν, ἀγαθοεργεῖν, πλουτεῖν ἐν ἔργοις καλοῖς, εὐμεταδότους εἶναι, κοινωνικοὺς, ἀποθησαυρίζοντας ἑαυτοῖς θεμέλιον καλὸν εἰς τὸ μέλλον, ἵνα ἐπιλάβωνται τῆς αἰωνίου ζωῆς. πειθόμενοι οὖν ἀδελφοὶ τῇ θείᾳ γραφῇ, ἀποστῶμεν τῆς δεινῆς πλεονεξίας, καὶ τῆς βδελυρᾶς ἐπινοίας ταύτης τῶν τόκων. ὁ γὰρ τόκος, τῷ δόλῳ συνέζευκται. καὶ μᾶλλον ζηλώσωμεν τὸν καλὸν ζῆλον τοῦ μακαρίου Ζακχαίου λέγοντες σὺν αὐτῷ, ἰδοὺ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων μου, Κύριε, τοῖς πτωχοῖς δίδωμι. καὶ εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν· ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν παρὰ τοῦ εἰδότος τὰ κρυπτὰ ἡμῶν Δεσπότου, καὶ Σωτῆρος, Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A

Περὶ πλεονεξίας, Λόγος ιγ'.

ΦΗΣΙΝ ὁ Κύριος, οὐδεὶς δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Ἢ γὰρ τοῦ ἑνὸς καταφρονήσει, καὶ τοῦ ἑτέρου ἀνθέξεται· ἢ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει. οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμμωνᾷ. ἐλευθερωθέντες γὰρ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. καὶ οὐ δύνασθε Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμμωνᾷ, ὃ ἑρμηνεύεται, πλοῦτος, καθὼς λέγει· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. ναὶ γὰρ ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι ἐπὶ δύο τρίβους· ἐπεὶ ἐὰν ᾖ (κατὰ τὸν νόμον) μέρος λεπρὸν, καὶ μέρος καθαρὸν, ὅλον ἀκάθαρτόν ἐστιν. ὁ οὖν πλεονέκτης κόρον οὐκ ἔχει τῆς φιλοχρηματίας. ὅταν γὰρ πολλὰ κτήσηται, πάλιν ἄλλων ὀρέγεται. καὶ ὅταν καὶ αὐτὰ οἰκειώσηται, αὖθις ἕτερα ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐδέποτε παύεται τῆς ματαίας ταύτης ὀρέξεως. καὶ οὐκ οἶδεν ὅτι ὅσα ἂν κατ' ἀναλογίαν ἣν ἔχει ὁ ἄνθρωπος περὶ τὴν ὕλην προσπαθείας, τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποστασίας μετέχει. καὶ ὁ τοιοῦτος οὐ προσδοκᾷ τέλος βίου, οὐδὲ ἐπίσταται ὅτι πάροικος ἐν τῷδε τῷ βίῳ· καὶ ἅπερ κέκτηται, ὅτι οὐκ αὐτοῦ εἰσιν. καὶ οὕτως τοῖς ἄφροσι τέτακται. κοινωνὸς γάρ ἐστι τοῦ πλουσίου ἐκείνου, οὗ τινος ηὐπόρησεν ἡ χώρα. καὶ καλῶς λέγει περὶ τῶν τοιούτων ἡ γραφή· ὅτι ὥσπερ ᾅδης, καὶ ἡ ἀπώλεια οὐκ ἐμπιπλῶνται, οὕτως καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρώπων ἄπληστοι. βουλόμενος οὖν ὁ μακάριος Ἰάκωβος θεραπεῦσαι τὸ τοιοῦτον νόσημα τῆς πλεονεξίας, ἐπιστέλλει λέγων· ἄγετε νῦν οἱ πλούσιοι, κλαύσατε ὀλολύζοντες, ἐπὶ ταῖς ταλαιπωρίαις ὑμῶν ταῖς ἐπερχομέναις. ὁ πλοῦτος ὑμῶν σέσηπεν, καὶ τὰ ἱμάτια ὑμῶν, σητόβρωτα γέγονεν. ὁ δὲ Δαβὶδ περὶ τῶν τοιούτων ἀποτείνεται· μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος, πλὴν μάτην ταράσσεται· θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. ἀεὶ γὰρ οἱ θησαυρισταὶ, ματαιοκόποι, καὶ ἀλλοτριοκάματοι εὑρίσκονται. οἱ γὰρ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμὸν, καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου, καὶ ἐπιθυμίας πολλὰς ἀνοήτους καὶ βλαβεράς, αἵτινες βυθίζουσι τοὺς ἀνθρώπους εἰς ὄλεθρον καὶ ἀπώλειαν (κατὰ τὸν ἀπόστολον.) καὶ αὖθις παραγγέλλει φεύγειν τὴν πλεονεξίαν, ἥτις ἐστὶν εἰδωλολατρεία, δι' ἣν ἐπέρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπιστίας. καλὸν οὖν ἐστιν ἀπορρῖψαι τὸ ἐκ τοῦ πλούτου ἀλόγιστον καύχημα, τὰς οἰκείας ἐπιθυμίας μισήσαντα· ὅπερ ἐστὶ μισῆσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ἀποκτήσασθαι πάντα ἕνεκεν τῆς δόξης τοῦ εὐαγγελίου τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ

De immoderata affectione conquirendi: siue de auaritia

HOMILIA XIII.

AIT Dominus: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum contemnet & alterum sustinebit: aut vnum oderit & alterum diliget: non potestis Deo seruire & Mammonæ.* (Matth.6.) *Liberati* enim *à peccato, serui facti estis iustitiæ*, (Rom.6.18.) nec iam potestis Deo seruire & Mammonæ: cuius interpretatio est (diuitiæ) sicut ille dicit: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere:* (Psal.61.11.) B quandoquidem iuxta legis præscriptum, pars vna corporis lepra si aspergitur, altera autem syncera est, totum interim censetur immundum. (Leuit.13.) Planè alienæ facultatis appetentior, quantalibet pecuniæ exuberet copia, nunquam exsatiatur. Quum enim permulta indipiscetur, rursus alia tantò expetet auidiùs: cùmque sibi hæc conciliarit, aliis rursum expanso concupiscentiæ sinu inhiat cumulandis, nec vnquam væsanientem hunc sedat appetitum. Nec enim is nouit, quia quantam habet materiam vitiosæ istius af- C fectionis secundùm proportionem, tanto recedit à Deo, fitque particeps apostasiæ. Vtique talis nullum operitur vitæ istius finem: neque intelligit in hac vita inquilinum se esse atque incolam, & quæ adeptus est non esse sua. (Auarus non cogitat se moriturum.) Planè is accensendus venit ordini stultorum. Particeps enim est illius diuitis cui suspecta erat loci sui angustia. De eiusmodi eleganter Scriptura loquitur: *Quemadmodum infernus & perditio non implentur, ita oculi hominum insatiabiles.* (Prou.30.) Beatus itaque Iacobus cupiens morbo isti cupiditatis immensæ adferre medelam, per epistolam D dicit: *Agite nunc diuites, plorate vlulantes super miserijs quæ aduenient vobis: diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra à tinea comesta sunt.* (Iac.5.) Tales & Dauid perstringit, *Verumtamen in imagine pertransit homo: sed frustra conturbatur, thesaurizat & ignorat cui congregabit ea.* (Psal.34.) Isti enim thesaurorum congestores frustra sudasse comperiuntur, nec sibi vnquam, sed aliis laborasse. *Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum Diaboli:* (1.Tim.6 9.) suamque vt plurimùm experiuntur tandem cupiditatem, inamœnam esse atque dispendiosam: quæ & iux- E ta Apostolum, demergit homines in perniciem ac perditionem. Iubet rursum is, multa vt circumspectione vitemus superfluam hanc, nec vllis finibus circumscriptam auaritiam, *Quæ est idolorum cultus, per quam venit ira Dei in filios diffidentiæ.* (Ephes.5.) Sanè quàm decorum sit, vt expuncta ab animo iactantia citra rationem vllam proficiscente ex diuitiis, oderis insuper incentiua quæuis propriæ concupiscentiæ: id quod est, odisse animam suam, & à se excussisse omne suum peculium pro gloria Euangelij Dei. (Odisse animã & renunciare omnibus quid sit.)

ἀπραγμοσύνη γὰρ ἡσυχία τῆς ἐν πράγμασι περιφανείας τιμιωτέρα· μάλιστα τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. καὶ πάλιν, ἵν' ἤρεμον, καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. ταῦτα δὲ καὶ ὁ πολυπόθητος Κύριος ἡμᾶς διὰ τῆς Μάρθας ἐκδιδάσκει, λέγων πρὸς αὐτὴν, Μάρθα Μάρθα μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία γὰρ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο. ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ σπείροντος, ἐν τῷ λέγειν· ἃ μὲν ἔπεσεν ἐπὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ ἀνέβησαν αἱ ἄκανθαι, καὶ ἀπέπνιξαν αὐτά. καὶ ἑρμηνεύων ἐπιφέρει, οὗτός ἐστιν ὁ τὸν λόγον μου ἀκούων, καὶ ἡ μέριμνα τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἡ ἀπάτη τοῦ πλούτου, συμπνίγει τὸν λόγον, καὶ ἄκαρπος γίνεται. ὁ δὲ ἐπὶ τὴν καλὴν γῆν σπαρεὶς, οὗτοί εἰσιν, οἱ τὸν λόγον μου ἀκούοντες ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ, τουτέστιν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνῃ, καὶ καρποφοροῦσι τῷ Θεῷ· ὁ μὲν τριάκοντα· ὁ δὲ ἑξήκοντα, ὁ δὲ ἑκατόν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A Sanè quies libera & expers negotij secularis multo est clarior atque illustrior splédore isto nominis qui paratur obeundis mūdi negotiis: vel teste cum primis Apostolo: *Nemo militans implicatur vitæ huius negotiis, vt ei placeat cui se probauit:* Rursus, *Vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* His consentanea, votis omnibus expetendus Dominus nos per Martham edocet, dicens eidem: *Martha sollicita es & turbaris circa multa.* Consimiliter per parabolam de eo inductam qui seminat, quando dicit, quoddam quidem cecidisse inter spinas; quæ vbi ascenderunt, suffocauerunt illud: per interpretationē infert: ille est qui verbum quidem audit, sed sollicitudo sæculi huius ac deceptio diuitiarum præfocant verbum, nec fructificat: quod autem in terram bonam seminatum est: hi sunt qui audiūt verbum corde bono, hoc est requieto & trāquillo, & isti fructum referunt Deo, ille quidem trigesimum, alter autem sexagesimum, alius verò centesimum. Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

1.Tim.2.

Luc.10.

Matth.13.

B

Περὶ τοῦ μὴ ἀγαπᾷν τὸν κόσμον. Λόγος ιε'.

ΑΝΔΡΕΣ, οἱ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην καταλείψαντες γονεῖς, καὶ τέκνα, καὶ ἀδελφοὺς καὶ πάντα τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου σκύβαλα ἡγησάμενοι, ἵνα Χριστὸν κερδήσωμεν, μὴ ἐνταῦθα ζητήσωμεν δόξαν, μὴ σαρκὸς πρόνοιαν ἐργασώμεθα, μὴ πρόσκαιρα καὶ φθαρτὰ ἀγαπήσωμεν, μὴ κατορύξωμεν εἰς τὴν γῆν τὸ τάλαντον, μὴ ἐπιζητήσωμεν ὧδε πατρίδα, ἀλλὰ τὴν μέλλουσαν ἐπιζητήσωμεν. ἀποβλέψωμεν δὲ εἰς τοὺς μισοκόσμους, καὶ φιλοθέους καὶ ὀψώμεθα αὐτοὺς, ὅλην τὴν διάνοιαν αὐτῶν μετῳκισμένην περὶ τὰς ἐκεῖ αἰωνίους μονάς. οἳ καὶ περιῆλθον ἐν μηλωταῖς, καὶ αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι· ἵνα τοῦ ποθουμένου κοσμοποιοῦ κατατρυφήσωσι. διὸ καὶ ἡμεῖς ἀφορῶντες εἰς τοὺς θαυμασίους ἄνδρας τοῖς ἴχνεσιν αὐτῶν ἐπακολουθήσωμεν, πρὸς μηδὲν ἕτερον βλέποντες, μὴ πρὸς δόξαν ἀνθρωπίνην, μηδ' ὅλως τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου, ἵνα ἀξιωθῶμεν καταλαβεῖν σὺν αὐτοῖς τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν ἀγαθά. φύγωμεν οὖν ἀγαπητοὶ τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ὁ γὰρ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, καθὼς ὁ θεῖος ἀπεφήνατο λόγος· ψυχὴ γὰρ μὴ τῶν κοσμικῶν ἀπαλλαγεῖσα φροντίδων, οὔτε τὸν Θεὸν ἀγαπήσει γνησίως, οὔτε τὸν διάβολον βδελύξεται ἀξίως. κάλυμμα γὰρ ἅπαξ ἔχει φορτικὸν τὴν μέριμναν τοῦ βίου.

Quod hic mundus nequaquam veniat diligendus.

HOMILIA XV.

C VIRI, qui igne charitatis in Christum accensi, parentes reliquimus, filios, fratres, denique omnia quæ istius sunt sæculi velut stercora æstimauimus, vt tandem Christum promereamur lucrifacere: ne, quæso, inanem aucupemur hîc gloriam, ne curam carnis fecerimus, nec temporaria hæc & obnoxia corruptelæ tantopere deamemus, ne in terra defodiamus talentum nobis concreditum, neve hîc patriam inquilini quæramus, magis verò futuram illam toto perquiramus pectore; tota animi cogitatione suspiciamus beatos illos mundi quidem ex professo osores, eóque amatores Dei. Illos intueamur, qui mentem nusquam aliò euariantem in æterna illa domicilia transcripserunt, qui & *circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, afflicti:* vt vel deliciarentur séque oblectarent contemplatione mundi istius opificis, nulli non pro votis omnibus expetendi; eóque & nos in admirabiles viros oculis animi defixis, rectâ illorum vestigiis ingrediamur, in nullam prorsus rem aliam attenti; non ad hominum de nobis æstimationem, non aliud item quiduis respectantes sæculi istius: vt cum ipsis possimus aliquando bonis illis perfrui quæ parata sunt *diligentibus* Deum. Fugiamus itaque mundum (charissimi) & quæ in mundo sunt: *Mundus* enim hîc *totus in maligno positus est*, prout diuinus prænunciauit sermo. Anima enim quæ nondum se extricauit mundi istius perplexis curis, & liberam reddidit: Deum germanè ac synceriter non potest diligere, sed neque diabolum prout meretur, odisse & execrari. Esto, colorem pretexere qualécunque possit tetricum & grauem, nempe sollicitudinem anxiam vitę istius.

D

Hebr.11.

E

1.Ioan.5.16.

A sanè si deinceps eò vertamus mentem, vt quæ in mundo videntur bona aspernemur, possumus nobiscum dispensante Spiritu sancto, appetentiam hanc animæ ad terrena propendentem, concordem reddere rationali ipsius affectui. Quod si vt hospites habitamus hic, si ciuitas nostra longiore intercapedine disiuncta est & disparata ab hac quam incolimus, & planè nouimus ciuitatem illam quam certo credimus nos inhabitaturos, quid in aliena apparamus agros, substructiones, ædificia? addo magnificas ac splendidas prolatationes ædificiorum. B Vtique quisquis in aliena ciuitate studiosius apparat hæc; re ipsa innuit nihil iam sibi spei superesse, vt aliquando deflectat iter in eam quæ propria est, ciuitatem, nempe cœlestem illam Ierusalem. Isthæc cogitatio imprudentium est hominum, nihil pensi de salute animæ habentium, eóque miserabilium. Non enim intelligit exotica hæc alieni esse iuris, & potestati subesse alterius: nimirum istius sæculi principis. Cùm igitur hîc habitemus vt inquilini & alieni, nihil est quod nobis ipsis impendio apparemus, præter frugalitatem vitæ ac virtutem. C Qui erga suum Dominum syncera charitate toti inardescunt, nullo non tempore circumferunt illum in cordibus suis, & per ipsius mandata inoffensè gradiuntur, promissis eius fide nihil dubia acquiescunt, ac scopum expectationis suæ iis affigunt. Bonum ergo, vt pro istis facultatibus, pro peculio qualicunque, quæ hodie quidem penes nos sunt, at crastinò aut perendie in alterius constituentur arbitrio, pro his (inquam) animas redimamus miserè afflictas, pro cuiusque virili, viduis prospiciendo & pupillis, non item auersando illos. Vtque in Monasteriis dispensantur, ita conuenit per vnumquemque pauperum ritè disponere ac dispertiri diuitias quas quisque à Deo accepit in vita, & liberaliter insumere in indigos. D In hunc siquidem vsum eas nobis impertiuit clementia Domini, vt in obsequium insumantur pietatis, ac demum pro eiusmodi in pauperes liberalitate, thesaurum reportemus nullo vnquam æuo intercipiendum. Sanè multò præstiterit nobis, vt tales coëmamus agros, tale peculium quod æternum duret, nósque recta prouehat ad illam nobis promissam ciuitatem quæ est mater nostra, quando ad illam quotidiana contendimus peregrinatione. Ne igitur (dilectissimi) ceu dictum est, tam anxiè mundi bona cogitemus; vt vel tandem æternis detur perfrui. E Mundum hunc velut cursu præcipiti transmittamus, quò ad mundi opificem pertingamus beatifica fruitione: siquidem mundi istius figura, ad imaginem transit insomnij. Tametsi ipso vtimur mundo, ne sic quidem eo abutamur, iuxta Beati Ioannis mandatum: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo, quia omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non sunt ex Patre,*

Fort. κτημάτων

Monasteriorum Eleemosyna.

1. Ioh. 2.

ἐὰν οὖν εἰς ἕξιν ἔλθωμεν τοῦ καταφρονεῖν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ καλῶν, δυνάμεθα καὶ τὴν γεώδη τῆς ψυχῆς ὄρεξιν τῇ λογικῇ αὐτῆς συνάψαι διαθέσει, τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου πνεύματος τοῦτο οἰκονομούσης ἡμῖν. εἰ οὖν ἐπὶ ξένης κατοικοῦμεν, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν μακρὰν ἀπέχει ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ οἴδαμεν τὴν πόλιν ἡμῶν ἐν ᾗ μέλλομεν κατοικεῖν· τί εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἑτοιμάζομεν ἀγροὺς καὶ οἰκοδομὰς καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς; ταῦτα οὖν ὁ ἑτοιμάζων εἰς ἀλλοτρίαν πόλιν, δῆλός ἐστιν, ὅτι οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, τουτέστιν εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ἀφρόνων, καὶ διψύχων, καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἐστίν. οὐ γὰρ συνίησιν ὅτι ταῦτα πάντα ἀλλότριά εἰσι, καὶ ὑπὸ ἐξουσίας ἑτέρου εἰσί, τουτέστι τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. οὐκ οὖν ὀφείλομεν ὡς ἐπὶ ξένης κατοικοῦντες μηδὲν πλέον ἑτοιμάζειν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν. οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν ἑαυτῶν Κύριον, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πορεύονται, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ πιστεύουσι, καὶ καραδοκοῦσι. καλὸν οὖν ἐστιν ἀντὶ τῶν * κτισμάτων καὶ χρημάτων τῶν σήμερον μὲν ἡμετέρων, αὔριον δὲ ἀλλοτρίων, ὠνήσασθαι ψυχὰς θλιβομένας, καθὼς τις δύναται, καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παραβλέπειν αὐτούς. ὡσαύτως καὶ ἐν μοναστηρίοις, καὶ οὕτω καλῶς διοικεῖν τὰ καθ᾽ ἑαυτούς· καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν παρὰ Θεοῦ εἰλήφαμεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, εἰς αὐτοὺς ἀναλίσκειν. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ παρέσχεν ἡμῖν αὐτὰ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν δεσπότης, ἵνα εἰς τὴν διακονίαν ταύτην δαπανηθῶσι, καὶ ἀντ᾽ αὐτῶν κομισώμεθα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον. πολὺ οὖν βέλτιόν ἐστι τοιούτους ἀγροὺς, καὶ κτήματ᾽ ἀγοράζειν, ἅτινα καὶ παράμονά εἰσι, καὶ προσάγουσιν εἰς τὴν ἡμῶν μητρόπολιν ὅταν ἀποδημήσωμεν εἰς αὐτήν. ἀμεριμνήσωμεν οὖν ἀγαπητοὶ τῶν προσκαίρων, ἵνα τῶν ἀϊδίων ἐπιτύχωμεν· παραδράμωμεν τὸν κόσμον, ἵνα τὸν κοσμοποιὸν καταλάβωμεν. καταλείπωμεν τὰ μὴ ἡμέτερα, ἵνα τὰ ἡμέτερα ἀπολαύωμεν. τὸ γὰρ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου παράγει ὡς ὄναρ, καὶ κἂν τί χρώμεθα τῷ κόσμῳ τούτῳ, γενώμεθα ὡς μὴ καταχρώμενοι· καθὼς καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ἐντέλλεται, λέγων, μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μήτε τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ, ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκὸς, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τοῦ βίου, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ πατρὸς,

ἀλλ' ἐκ τοῦ κόσμου ἐστί. καί, ὁ κόσμος παράγεται, καὶ ἡ ἐπιθυμία· ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, μένει εἰς τὸν αἰῶνα. φησὶν δὲ καὶ ὁ Ἰάκωβος, ὃς ἂν βουληθῇ φίλος εἶναι τοῦ κόσμου, ἐχθρὸς τοῦ Θεοῦ καθίσταται. ὁ δὲ Παῦλος, ἀπεκδυσάμενοι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν ἀνακαινούμενον. καὶ ἐπιφέρει, οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δηλονότι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. ταῦτα καὶ ὁ Σολομὼν αἰτεῖ, λέγων, πλοῦτον, καὶ πενίαν μή μοι δῷς· σύνταξον δέ μοι τὰ δέοντα, καὶ αὐτάρκη. καὶ αὖθις ὁ Παῦλος, βουλόμενος ἡμᾶς μετεωροπορεῖν, καὶ οὐρανοπολίτας καταστῆσαι, παραινεῖ λέγων, Εἰ οὖν συνηγέρθητε τῷ Χριστῷ, τὰ ἄνω ζητεῖτε οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος· τὰ ἄνω φρονεῖτε μὴ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἀπεθάνετε γὰρ ἐν τῷ Χριστῷ, καὶ ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται ἐν τῷ Θεῷ. θέλων δὲ ἡμᾶς τὴν καλὴν ἀλλοίωσιν ἀλλοιωθῆναι, ἐπάγει· μὴ σχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν. ὁ δὲ ἀγαθὸς ἡμῶν Κύριος ἐπικυρῶν τὸν λόγον τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν, ἔφη, τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ παρρησίας. Λόγος ιϛ'.

ΕΟΙΚΕΝ ἡ παρρησία καύσωνι μεγάλῳ· οὗ τινος μὴ φέροντες τὸν φλογμὸν φεύγουσιν οἱ ἄνθρωποι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τῇ σκιᾷ προστρέχουσιν διὰ τὸ ἀναψύχειν· ἥτις ἐστὶν τὸ ἀπαρρησίαστον καὶ εὐλαβές. ἀπαυτομολοῦσιν τοῦ δριμέος καπνοῦ τῆς παρρησίας. καὶ αὐτομολοῦσιν πρὸς τὴν ἀτμίδα τοῦ εὐώδους θυμιάματος· ἥτις ἐστὶν ἡ ἡσυχία. φεύγουσιν τὴν δυσωδίαν τοῦ σκοροδοφάγου. καὶ πλησιάζουσιν, τῷ μυροφόρῳ, καὶ γλυκορρήμονι, τῷ ἐξερευνωμένῳ λόγον ἀγαθόν, καὶ πηγάζοντι λόγια Κυρίου ἁγνά. οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐξαφανίζειν τὴν ἀρετὴν πέφυκεν, ὡς ἡ εὐτραπελία, καὶ τὸ παίζειν. καὶ ἡ ἀργολογία. καὶ πάλιν, οὐδὲν οὕτως τὴν πεπαλαιωμένην ψυχὴν ἀνακαινίζει, ὡς ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ καλὴ προσευχή, καὶ τὸ μελετᾶν ἀπαύστως τὰ λόγια Κυρίου, καὶ τῇ προσευχῇ ἀεὶ ἑαυτὸν καθοπλίζειν, καὶ τῆς ἀγρυπνίας τὸ κέρδος ἰχνηλατεῖν.

A *sed ex mundo sunt*: Et, *Mundus transit & concupiscentia eius: qui autem voluntatem Dei facit, manet in æternum.* Ait item Iacobus: *Qui voluerit amicus mundi esse, inimicus Dei constituitur.* (Iac. 4.) Paulus quoque: *Expoliantes veterem hominem cum actibus suis, induite nouum qui renouatur:* (Col. 3. 9.) Infert: *Nihil enim intulimus in mundum, manifestum est quia nec efferre quid possumus. Habentes autem alimenta ac tegumenta, his contenti simus.* (1. Tim. 6.) Et hæc postulat Salomon à Domino; *Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, sed coordina mihi necessaria & quæ sufficiant.* (Prou. 30.) Rursum B Paulus, cupiens magnopere vt neglectis terrenis, cœlestia inambulamus; simulque volens nos constituere cœlestis patriæ municipes, admonet dicens: *Si igitur consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, vbi Christus in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: mortui enim estis cum Christo, & vita vestra abscondita est cum Christo.* (Col. 3.) Optat autem nos permutari eleganti admodum transmutatione, eóque inducit, *Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate mentis vestræ.* (Rom. 12. 2.) Clementissimus Dominus noster Discipulorum suorum sermonem, suę C pondere maiestatis sanciens & corroborans ait: *Quid enim proderit homini si lucretur vniuersum mundum, animæ verò suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?* (Matth. 6.) Ipsi gloria in sæcula. Amen.

De immodica & audaciore fiducia loquendi.

HOMILIA XVI.

TEMERARIA illa & impudens loquendi libertas videri possit assimilis Clausoni D magno; febri nimirum exæstuanti, cuius incendium cæteri neutiquam ferentes illinc se proripiunt, cursuque præcipiti in locum concedunt vmbratilem, animæ refrigerandæ gratia. (*Clausonẽ accipe febrè exæstuantem, de qua Galen.*) Vmbra est refrigeratrix, censeturis qui in loquendo modestior est, eóque circunspectior. Nam ab illo quidem nec salutato defugiunt, vt ab acri & nares obturante fumo linguæ procacis, sese commodùm recipientes ad captandam auram amœniùs spirantem, ad suaue fragrantis incensi exhalationem, quæ silentium est. Eius vi- E tant graueolentiam, qui alliis vescitur; & ei se adiungunt propius, qui quopiam fragrat nobili vnguento, hoc est, suauiloquo. qui sedula indagine perscrutatur verbum bonum, & qui casta Dei eloquia abundè effundit. Nihil enim sic obscurare consueuit & abolere splendorem virtutis, vt blandiloqua atque vrbanior scurrilitas, vt ludicra ac petulans nugacitas, vt otiosus sermo & expers frugis bonæ. (*Scurrilitas obscurat splẽdorẽ virtutis.*) Item nihil sic renouat & quodammodo repubescere facit animam alioqui inueteraram, vt timor Dei, vt oratio sanè quàm speciosa, vt perpes & indefessa meditatio eloquiorum Domini, vt si teipsum obarmes & communias iugi precatione, si sedulò ac veluti per vestigia sciscitere quantum ex vigiliis resiliat compendij. (*Anima reiuuenescentia.*)

A Illa porrò audacior atque imperiosa libertas loquẽdi, abominatio est, vtque scriptura continet in Ecclesiaste, Execratio (inquam) apud Dominũ, qui firmat oculũ: sed & indocti, intemperantis linguæ sunt. Si verberaueris imprudentẽ, in medio cõsilij illi opprobrans, nũ-
Eccl.9.& 20. quã abstuleris stultitiã illius. Rursus, Sapiẽtia hominis illustrat faciẽ eius: impudens autẽ facie odibilis erit. Et in Prouerbiis: Rarius infer pedem tuum in domũ amici, ne forrè satiatus oderit te. Auerte abs te sermones opprobrij. Iterũ, Qui benedicit mane amicũ exerta vo-
Prou.20. ce, nihil differre videtur ab eo qui maledicit.
B Rursum, Qui custodit os suũ & linguã, cõseruat à tribulatione animam suam. Et nos igitur pro virili fratres toto nixu prouideamus, ne quem locum in nobis vitiosus hic nãciscatur affectus linguę procacis, nequando aduersum nos inualescat imperiosius. Perquam molesta est hæc animę intemperies, è qua ceu parente cæteræ progerminant & emergunt: eoq; fructus exercitij huius nostri omneis putrilagine ac marcore perdit, virtutes ipsas hominis reddit inanes frugis bonæ. In eos cadit vitiosus hic affectus, quod odit Deus infensissimè. Vn-
2.Reg.6. de & Ozan qui per temeritatem exporrigere
C manum ausus est, vt arca Dei seruaretur incolumis: vt execrabilẽ ac prophanũ in vestigio morte multauit. Temerè ergo loqui ac sese efferre impotẽtiùs, vtrumque apud Deum & homines caret gratia. Quod cùm perspicuè nosset Dauid, dicebat: Bonum mihi quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Et, Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Sed & Paulus: Datus est mihi
τῇ σαρκὶ carni. 2.Cor.11. stimulus carnis Angelus Satanæ, qui me colaphizet, vt ne extollar. Alius itẽ, Quis gloriabitur mundum se habere cor? Aut quis liberè
D loquetur coram eo? Vnde & Dominus Petro audaciùs quàm conueniebat locuto; cũ enim is dixisset, propitius esto tibi Domine, nõ erit tibi hoc, acriter eum coarguit: Vade retro Satana. Atqui idẽ mox à resurrectione à Domino interrogatus, Petre diligis me, omni cũ timore ac reuerẽtia respõdit, Certè Domine tu scis, quia amo te. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Quòd abstinendum sit à familiari colloquio mulierum. HOMILIA XVII.

MAximopere accõmodum est ac rationi prorsus consentaneum, vt ij qui cupiunt vitam hanc transmittere inculpatã, nec
E vlla in parte defœdatam, à familiari mulierũ congressu sibi temperent. Nihil enim minus conuenit, quàm vt qui semel mundum hunc fugerũt, mulieribus se insinuẽt familiari colloquio, aut per earum cõgressum ac delicias, eneruẽt & inquinent arreptũ propositũ. Quidã enim, prætextu à cõpassione frustrà quæsito, religiosum esse censent ac pium, vitam exigere communiter cum mulieribus. Quotquot hoc faciunt aggressi ex professo solitariã vitam, vtique suo hoc faciunt periculo, seque vltro trudũt in precipitium, iidem ad ingerenda conuitia propẽsissimi, & scandalorum nec mediocrium miri opifices.

A ἡ γὰρ παῤῥησία βδελυκτή ἐστι, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ἐκκλησιαστῇ, ὅτι βδέλυγμα Κυρίῳ στηρίζων ὀφθαλμόν· καὶ οἱ ἀπαίδευτοι, ἀκρατεῖς γλώσσης. ἐὰν μαστιγώσῃς ἄφρονα ἐν μέσῳ συνεδρίου ἀτιμάζων, οὐ μὴ ἀφελεῖς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ. καὶ αὖθις, σοφία ἀνθρώπου φωτιεῖ πρόσωπον αὐτοῦ. ἀναιδὴς δὲ προσώπῳ αὐτοῦ, μισηθήσεται. καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις, σπάνιον εἴσαγε σὸν πόδα πρὸς σὸν φίλον, μή ποτε πλησθείς μισήσῃ σε. ἀπόστρεψον ἀπὸ σοῦ ἐπονειδίστους λόγους. καὶ πάλιν, ὃς ἂν εὐλογῇ
B φίλον πρωῒ μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καταρωμένου οὐδὲν διαφέρειν δόξει. καὶ πάλιν, ὃς φυλάσσει τὸ στόμα αὐτοῦ καὶ τὴν γλῶσσαν, διατηρεῖ ἐκ θλίψεως τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ἀγωνισώμεθα οὖν ἀγαπητοὶ πάσῃ δυνάμει μὴ δοῦναι χώραν τοῦ κατακυριεύειν ἡμῶν τὸ πάθος τῆς δεινῆς παῤῥησίας. χαλεπὸν γάρ ἐστι λίαν, καὶ γεννητικὸν πάντων τῶν παθῶν, καὶ διαφθείρει ὅλους τοὺς καρπούς, καὶ τὰς ἀρετὰς τοῦ ἀνθρώπου· μεμισημένον δέ ἐστι καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ. ὅθεν καὶ τὸν Ὀζὰν, τολμήσαντα ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα, καὶ πε-
C ρισπᾶσθαι τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ, παραχρῆμα, ὡς ἐναγῆ καὶ ἀσεβῆ ἐθανάτωσεν. τὸ παῤῥησιάζεσθαι οὖν, καὶ ἐπαίρεσθαι, δυσάρεστον τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις ἐστίν. καὶ τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενος ὁ Δαβὶδ, ἔλεγεν, ἀγαθόν μοι ὅτι ἐταπείνωσάς με, ὅπως ἂν μάθω τὰ δικαιώματά σου. καὶ, καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην. καὶ ὁ Παῦλός φησιν, ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ, ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίζῃ, ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι. καὶ ἄλλος, τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν, ἢ τίς παῤῥησιά-
D σεται ἐνώπιον αὐτοῦ; ὅθεν καὶ ὁ Κύριος παῤῥησιασαμένῳ τῷ Πέτρῳ, καὶ εἰπόντι ἵλεώς σοι Κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, ἐπετίμησεν, εἰπών, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ. ἐπερωτηθεὶς δὲ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, Πέτρε φιλεῖς με, σὺν πάσῃ εὐλαβείᾳ ἀπεκρίθη, ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας ὅτι φιλῶ σε. αὐτῷ ἡ δόξα, ἀμήν.

Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι γυναικῶν. Λόγος ιζʹ.

ΤΟ ἀπέχεσθαι γυναικῶν πάνυ προσφορον, καὶ ἁρμόδιόν ἐστι τοῖς ἐθέλουσι βίον ἄμωμον καὶ
E ἀκηλίδωτον διάγειν. ἀνάρμοστον γὰρ τοῖς ἅπαξ φυγοῦσι τὸν κόσμον ὁμιλεῖν γυναιξὶν, ἢ γλίχεσθαι συντυχίας γυναικῶν. τινὲς γὰρ προφάσει δῆθεν συμπαθείας, εὐσεβὲς οἴονται συνδιάγειν γυναιξί· ῥιψοκινδύνως μονώτατοι τοῦτο πράττοντες· οἳ καὶ λοιδόρητοι καὶ σκανδάλων πολλῶν αἴτιοι γίνονται.

καὶ περιφανῶς οὕτως ἀσχημονοῦντες οὐκ ἐρυθριῶσι. τί δὴ ἄρ' οὐ ποιήσωσι τῶν ἀφανῶν κακῶν, εἰ ἐπὶ τοῖς περιδήλοις οὕτως ἐναβρύνονται; πῶς δὲ σωφρονισθείησαν οἵγε καὶ τοὺς σωφρονοῦντας χλευάζοντες; πῶς δὲ ἐλεγχόμενοι παύσονται, οἵγε καὶ τοὺς ἐλέγχοντας διασύροντες; πῶς δὲ καὶ τοὺς θείους χρησμοὺς αἰδεσθῶσιν, οἵγε μύθους αὐτοὺς νομίζουσιν; πῶς δὲ τὴν κρίσιν φοβηθήσονται, οἵγε μηδὲ ὅλως ταύτην διὰ τῶν ἔργων κηρύττοντες; πῶς δὲ τῷ Χριστῷ πιστευθήσονται, οἱ μὴ βουλόμενοι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ κατέχειν, ἀλλὰ τοῖς ἑαυτῶν θελήμασι πορευόμενοι; ὅπερ οὐ θέμις τοῖς εὐσεβέσι Χριστιανοῖς. καλὸν οὖν ἐστιν ἀπαυτομολεῖν ἀπ' αὐτῶν. τοῦτο γάρ ἐστιν εὐάρεστον Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. ἡ γὰρ τῆς γυναικὸς ὄψις βέλος ἐστὶ πεφαρμακευμένον. ἔτρωσε τὴν ψυχὴν, καὶ τὸν ἰὸν ἐναπέθετο. καὶ ὅσον χρονίζει, τοσοῦτον τὴν σῆψιν ἐργάζεται. ὁ δὲ φυλασσόμενος, οὐκ ἐμπέσῃ εἰς αὐτὴν καὶ οὐ μὴ τρωθῇ ὑπὸ τῶν βελῶν αὐτῆς. ὥσπερ γὰρ τὴν τοῦ λύχνου λαμπάδα τρέφει ἔλαιον, οὕτω καὶ τὸν τῆς ἡδονῆς πυρσὸν ἐξάπτει ἡ τῆς γυναικὸς συντυχία· καὶ ὥσπερ σπινθὴρ χρονίσας ἐν ἀχύροις αἴρει φλόγα, οὕτω μνήμη γυναικὸς παραμένουσα ἐξάπτει ἐπιθυμίας. καὶ ὥσπερ οἱ πυρόβολοι λίθοι οἱ ἐν τῷ ἀνατολικῷ ὄρει, ὁ ἄρρην καὶ ἡ θῆλυ, ἐν ᾧ εἰσὶ μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων, οὐδαμοῦ πῦρ καίει· ἐὰν δὲ ἐγγίσῃ τῷ ἄρρενι ἡ θήλεια, ἀνάπτεται πῦρ, καὶ ἐμπυρίζει πάντα· οὕτω καὶ τὸ λογικὸν ἀρρενόθηλυ. φύγωμεν οὖν ἀπ' αὐτῶν ἀγαπητοὶ, ὅτι δηλητήριοι ὑπάρχουσιν αἱ αὐτῶν συντυχίαι, καὶ εὐχερῶς ἀγρεύουσι τὰς ψυχὰς ἡμῶν. ἀκούσωμεν οὖν τί περὶ αὐτῶν καὶ ἡ θεία γραφὴ διαγορεύει. πρῶτος ὁ παροιμιαστὴς φησὶν, ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι' αὐτῆς ἀποθνήσκομεν πάντες. καὶ ἐπάγει· μὴ δῷς ὕδατι ἔξοδον, καὶ γυναικὶ πονηρᾷ παρρησίαν. καὶ μὴ προσκόψῃς ἐπὶ κάλλος γυναικὸς καὶ, γυναῖκα μὴ ἐπιθυμήσῃς. καὶ πάλιν, οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν, ὅτι ἐνώπιόν εἰσι τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρός. ὀρθὰς τροχιὰς ποίησον σοῖς ποσὶ μὴ ἐκκλίνῃς εἰς τὰ δεξιὰ. μηδὲ εἰς τὰ ἀριστερά. ἀπόστρεψον τὸν πόδα ἀπὸ ὁδοῦ κακῆς. καὶ πάλιν, υἱὲ μή σε νικήσῃ κάλλους ἐπιθυμία· μηδὲ ἀγρευθῇς σοῖς ὀφθαλμοῖς, μηδὲ συναρπαγῇς σοῖς βλεφάροις, ὅτι γυνὴ, ἀνδρῶν τιμίων ψυχὰς ἀγρεύει. πλανᾷ γὰρ τὸν ἄνθρωπον πολλὴ ὁμιλία, βρόχοις τε τοῖς ἀπὸ χειλέων ἐξώκειλεν αὐτόν.

A Cùmque in omnium oculis se vsque adeò gerant indecorè, nec vel sic tantillum suppudescũt. Quid non isti designẽt flagitiorum in occulto, & quæ hominũ fallant obtutus, quãdo in prospectu omnium sic impudẽter se venditant & gloriantur? Quonã pacto ad sobrietatem ac vitæ frugalitatem se recipient, qui ridiculis, nec ferẽdis sannis proscindũt eos quos vident sibi tẽperatè ac moderatè viuere? Qua quæso, ratione speres istos interquieturos & ab improbitate desituros, qui quamlibet euidentibus argumentis conuicti, miserè cõcer- B punt ac lanciant se coarguentes? Aut quo tandem modo diuina oracula indubia fide isti reuereãtur & habere possint venerationi, qui fabularum loco, sacra habent eloquia? Qui etiamnum iudicium illud formidãt, qui vel tenendis memoria Dei mandatis, suas operas tã oscitanter commodant pro consuetudine suę exlegis vitæ interim obambulantes, id quod nec fas vlli Christiano, pius qui sit. Egregium proinde fuerit, à mulierum congressu si nos ipsos amoliemur quàm lõgissimè. Hoc enim Deo cũ primis gratiosum, & hominibus per- C quam amabile. Ipse enim vel aspectus mulieris telũ est veneno lethali litum. Vt primùm vulnus affixit animæ, ac miserè sauciauit impressione sagittæ, quantò diuturniorem conficit moram, tantò periculosiorem putrilaginem in ea operatur. Qui autem vitabundus se à mulieris submouet consortio, is non facilè id incurrerit periculi, neque telo mulieris saucius aliquando concidet. Quemadmodũ enim splendorem lucernæ alit oleum, sic & colloquium mulieris ignem redaccendit voluptatis. Vtique scintilla, diutiùs si immore- D tur adhærescens paleis, erumpit in flammam: sic memoria cuiuspiam mulierculæ, si vel tantillum duret, incendium excitat concupiscẽtiæ. Sicut item lapides illi in monte Eoam plagam respiciente, è venulis suis attritu aut contiguitate eiaculantur ignem: ita mas & fœmina si ab inuicem semotiùs disparentur, nentiquam exardescet ignis: sin mari se fœmina propiùs admouerit, ignis conflagrabit, atque vniuersa depascet incendio. Ad eum modum se habet animal illud rationale, vir, sed effœminatus. Fugiamus itaque (charissi- E mi) illarum consortia, sunt enim aliud nihil viro quàm virus præsentaneum, vt quæ animas nostras procliuiter admodum suis irretiant pedicis, ceu plagis venaticis. Audiamus interim quid de eisdem diuina iubeat scriptura. Primus in aream prodeat Parœmiastes. A muliere principium peccati, & per eam morimur omnes. Inducit: Ne des aquæ exitum, & mulieri malæ fiduciam loquendi aduersum te. Et, Ne impegeris in pulchritudinem mulieris, &, Mulierem ne concupiscas. Rursus: Oculi tui recta videant, quia coram oculis Dei viæ hominis sunt: rectas orbitas facito pedibus tuis: non declinabis ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum à via mala. Rursum, Fili, ne te superet pulchritudo concupiscentiæ, néve capiaris pupillis tuis, quia mulier animas venatur virorũ honorabilium. Implanat hominem multa colloquutione, & laqueis labiorum illexit eũ & irretiuit.

Mulieris aspectus est veneno illitum telum.

Eccl. 21.

Prou. 21.

θριαμβεύει δὲ καὶ Ἰησοῦς ὁ τοῦ Σιράχ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός· καὶ αὖθις, συνοικῆσαι λέοντι καὶ δράκοντι ἄμεινον ἢ μετὰ γυναικὸς πονηρᾶς. καὶ ὁ παροιμιαστής, μακρὰν ποίησον ἀπ' αὐτῆς τὴν ὁδόν. μὴ ἐγγίσῃς πρὸς θύραις οἴκων αὐτῆς, ἵνα μὴ πλησθῶσιν ἀλλότριοι σῆς ἰσχύος, καὶ μεταμεληθῇς ἐπ' ἐσχάτων. καλὸν οὖν ἕπεσθαι τῷ λέγοντι φεύγειν τὸν κόσμον καὶ τὰς ὄψεις, ὅτι πᾶς ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A Sed & illarum nequitiam Iesus Sirach filius conspicuam reddit, & omnibus perspectissimam, dicens: Omnem nequitiam & non nequitiam mulieris. *Eccl.25.* Cohabitare leoni & draconi melius, quàm habitare cum muliere nequam. Rursus, Parua omnis malitia ad malitiam mulieris. Parœmiastes, Procul ab ea facito viam. Ne appropies foribus domus eius, ne impleantur alieni robore tuo, & pœniteat te in nouissimis tuis. Satius igitur eius sequi consilium, qui dicit: Qui sine vxore est, cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Domino. Qui verò vxorem habet, cogitat *1.Cor.7.* B quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Clementissimus quoque hominum amator Dominus, cùm is clarissimè nosset, quantum perniciem, quamque ineluctabilem corruptelam vitiosus hic affectus concupiscentiæ inhereret animabus nostris, tali sciuit decreto, aduersúsque hunc pronunciauit: Omnis qui viderit *Matth.5.* mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Deum nostrum addecet gloria in sæcula. Amen.

Περὶ τοῦ μὴ ἐνδελεχίζειν ψαλλούσαις γυναιξίν. Λόγος ιη'.

ΚΑΙ τὸ ἐνδελεχίζειν ψαλλούσαις ἀσύμφορόν ἐστιν ἡμῖν ἐστιν, βλαπτομένων ἡμῶν ταῖς αὐτῶν συντυχίαις τῶν λεγομένων μοναστριῶν. τὸ γὰρ ἴνδαλμα τῆς ὄψεως τῶν γυναικῶν, ἄρχεται κλονίζειν τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀποσπᾶν τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἡσυχίας, καὶ κατόπιν αὐτὸν φέρειν καὶ λοιπόν, ἐν τῇ εὐχῇ κεχηνότα καὶ ἀπασχολοῦντα τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς δοξολογίας τοῦ Θεοῦ, καὶ σχολάζοντα τῇ περὶ αὐτῶν μερίμνῃ. τὸ γὰρ εἰωθὸς τῆς αὐτῶν συντυχίας, ἔοικεν ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ μοναχοῦ, ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ καὶ σὴς ἐν ἱματίῳ γίνεσθαι. ἐὰν οὖν θέλῃς σωφρονεῖν, φεῦγε τὴν αὐτῶν συντυχίαν, καὶ μὴ δῷς αὐταῖς παρρησίαν θαρρῆσαί σοι. ἐν ἀρχῇ γὰρ εὐλάβειαν ἔχουσιν, καὶ οὕτως ὑποκρίνονται, ὕστερον δὲ ἀναιδῶς πάντα τολμῶσιν. περὶ τῆς συντυχίας λαλοῦσιν πραέως, καὶ τὸ βλέμμα κάτω, καὶ συνεχῶς δακρύουσαι, σχηματίζονται σεμνῶς, καὶ πικρὸν στενάζουσιν. ἐρωτῶσιν περὶ ἁγνείας, καὶ ἡδέως ἀκούουσιν. δευτέρα συντυχία, καὶ μικρὸν ἀνένδοσαν· τρίτῃ, σὺ ἐμειδίασας, κἀκείνη κεχυμένως ἐγέλασεν. λοιπὸν καὶ λόγους λαλοῦσιν μαλάσσοντας τὸ αἰσχρὸν πάθος. ταῦτα δὲ γίνονταί σοι ἄγκιστρα δελεάζοντα εἰς θάνατον· κρεῖττον οὖν προσεγγίσαι πυρὶ καιομένῳ, ἢ γυναικὶ νέᾳ, νέος ὢν καὶ αὐτός. πυρὸς μὲν ἀπτόμενος καὶ ὀδυνηθείς, ἀποπηδᾷς ταχέως· γυναικὸς δὲ ῥήμασι θηλυνθείς, δυσχερῶς ἀναχωρήσεις,

Quòd minimè conueniat crebrò assidere cantatriculis.

HOMILIA XVIII.

CREBRO assidere cantillantibus mulierculis vix æquè nobis incommodum aliud occurrit. C Ob hoc domus hæ dictæ monasteria nomine ipso arcent nos ab earum colloquiis: iure quidem. Sola siquidem apprehensio vultus fœminei initio statim nescio quam ingerit cordi hominis turbulentam intemperiem, à tranquillitate in diuersum auocat mentem, ac transfert aliò: cùm ipsa inter orandum deinceps hinlca fauce oblatret, nec requiete vacet diuinis laudibus, quin potius huic vni incumbit curæ, nempe de istis cogitans. Qui earum colloquiis creber incubuit monachus simillima in corde tacitus comminiscitur, vt in ligno vermis, vt tinea in vestimento. Fuge igitur illarum familiares con- D gressus, néve illas permiseris audaciam sumere aduersum te. Principio quidem, reuerentiæ nonnihil præferunt, atque ita suam tegunt nequitiam pallio hypocriseos, deinceps nonnihil audent impudenter imperiosæ. *Mulierum impudens imperium.* In ipso enim anditu primæ confabulationis multa cum lenitate loquuntur, & prono in terram vultu continenter illacrymantur, reuerenter admodùm habitum morúmque corporis ementiuntur, suspiria attollunt amarulentię plena, de sanctimonia aut castitate etiamnum interrogant, magna eum voluptate auscultant differentem. *Mulierum fraudes in colloquiis.* E Alter à primo congressu, superiora illa sensim repellit ac repudiat. In tertio, quid ita ardentibus oculis ac renidente vultu arrisisti? Adhęc illa in risum soluitur. Tum deinceps sermones texunt, quę premolli quodam lenocinio demulceant atque inuitent affectionem turpitudinis. Et hęc planè aliud nihil sunt quàm irritamenta quæ te inescent ac proliciant ad mortem: quare prestiterit ardenti igni propiùs se admouere, quàm mulieri: presertim iuuenis vterque si est. Etenim excusso igne, tametsi vehementi dolore affectus, ocyus in terram desilis. At mulie-bri blandiloquentia pręmollitus, non iam paruo negotio te ab illa excutere potueris ac secedere,

Bonum igitur, sed & Deo atque hominibus cùm primis acceptum, vt nos ab illarum consuetudine extricemus vitabundi, nec eis continenter assideamus, ne quando earum retibus impliciti periclitemur, quin libertatem quàm ocyssimè nobis vindicemus, ceu assolent animalcula quæuis semel telæ arachneæ illapsa. Nos omnium maximè, qui relicto peculio totos nos Deo consecrauimus, nihil imposterum necesse sit cum illis congredi familiariùs, quarum quidem confabulatio, & plena est vanitatis & animabus mirè detrimentosa. Fas igitur defugiamus, ne flagitij quippiam adhærescat animabus nostris: Ipse enim Dæmon peccati amantissimus, commenta aduersum nos non pauca excogitat ac molitur insidiosè. Istis mulierculis suggerit, orent nos cum lacrymis & obtestatione, eas vt assiduè visitemus, illarum saluti vt consulamus; spe mercedis à Domino obtinendæ. Ab istis interim persuasi auferimus remunerationem, hulcera nimirùm animæ vix vllis curanda antidotis, salaces scilicet & obscœnas cogitationes. Adeò deinceps cor tot agitatum intemperiis pœnas luit merito suo dignas, dum mens atque affectio concepti facinoris cor miserum distrahunt, inque carnificum morem nunc huc ille, nunc illuc alter plusquam tragicè concerpunt. Omnem igitur superat vanitatem, nos quum parentes reliquerimus & fratres, conciliare velle eiusmodi mulierum consuetudinem, in apertam perditionem animæ. Prorsus rationi dissentaneum videtur, vt homo cupiat exercitationem monasticam profiteri; & idem cum muliere, vel comedat, vel bibat, aut certè à muliere expetat sibi ministrari, siue ipsarum gerere curam, vtque absoluam cuncta compendio, ad earum pertingere cognitionem. Pari iure congruum sit, eas quæ se Canonicas profitentur, communem cum viris tolerare vitam, vt ne quid scandali exoriatur nostri causa: quin studeamus potiùs exhibere nos cæteris omnibus irreprehensibiles. *Scientes* (ait Apostolus) *timorem Domini, suademus hominibus, Deo autem manifesti sumus.* Metuendum sanè nobis, ceu dictum est, ne qui per nos in scandalum vllum incidant, cùm dicat Dominus, quia melius est vt lapis molaris pendeat à collo, & is proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum ex his pusillis. Itaque vt à facie serpentis, & à perplexo quopiam peccato, ita & ab istis porrò secedendum, quòd præsentaneam adferat mortem illarum consuetudo iis qui vitam exercent monasticam. Nec illarum declinanda solum colloquia, sed & de eis cogitationem ab radice conuelli oportere docet Parœmiastes: *Ne des diuitias mulieri* mentem tuam, vitam denique & consilium. Alius: *Cum cantatrice assiduus ne esto, nequando capiaris in argutis operibus illius.* Quin & Esaiam de istis arbitror loqui: *Pro eo quòd exaltatæ sunt filiæ tuæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nictibus oculorū:* & quæ sequũtur. Et inducit, *Et Dominus reuelabit habitū illarū in die illa:* Id quod nunc tēporis contigisse arbitror, per aduētum Chaldæorū.

Vel hinc disce Lutherane vota religiosorum non esse nouitia.

Canonica.

2. Cor. 5.

Matth. 18.

Prou. 31.

Esai. 3.

A καλὸν οὖν ἐστὶν καὶ εὐάρεστον τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις παραιτεῖσθαι, καὶ μὴ ἐνδελεχίζειν αὐταῖς, ἵνα μὴ ἐμπλακέντες εἰς τὰ αὐτῶν δίκτυα, κινδυνεύσωμεν ῥυσθῆναι, ὥσπερ τὰ ἐμπεσόντα ζωΰφια ἐν τῷ ἱστῷ τῆς ἀράχνης· μάλιστα ἡμεῖς οἱ τῶν οἰκείων ἀποταξάμενοι, καὶ ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ἀναθέμενοι, οὐ χρείαν ἔχομεν τῆς ματαίας αὐτῶν καὶ ψυχοβλαβοῦς συντυχίας, ἵνα μὴ γένηταί τι ἄλογος ἐν τῇ ψυχῇ ἡμῶν. ὁ γὰρ φιλαμάρτητος δαίμων πολλὰ μηχανᾶται καθ' ἡμῶν·
B ὑποβάλλει αὐταῖς παρακαλεῖν μετὰ ποτνιασμοῦ καὶ δακρύων, συνεχῶς ἐπισκέπτεσθαι αὐτὰς, καὶ προσνοεῖν διὰ τὸν τοῦ Κυρίου μισθόν. πειθόμενοι δὲ αὐταῖς, αἴρομεν ἀντιμισθίαν, δυσίατα ἕλκη ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ λογισμοὺς αἰσχροὺς καὶ λοιπὸν, ἡ καρδία ταρασσομένη κολάζεται ὡς ἐπιδημιῶν τινῶν ὄντων αὐτῇ, ἔνθα καὶ ἔνθα τοῦ νοὸς καὶ τοῦ πάθους. ματαιοσύνη οὖν ἡμῖν ἐστὶν, καθὼς προείρηται, ἀφέντας γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς, κτᾶσθαι συντυχίας εἰς
C ψυχῆς ἀπώλειαν. ὅλως γὰρ ἀνάρμοστόν ἐστιν ἀνθρώπῳ ἀσκῆσαι βουλομένῳ, μετὰ γυναικὸς ἐσθίειν, καὶ πίνειν, ἢ ὑπὸ γυναικὸς ὑπηρετεῖσθαι, ἢ προσνοεῖν γυναικῶν, ἢ ὅλως μετ' αὐτῶν ἔχειν γνῶσιν. ὁμοίως δὲ καὶ κανονικαῖς ἀνάρμοστόν ἐστι συνδιάγειν μετὰ ἀνδρῶν, πρὸς τὸ μηδένα σκανδαλίζεσθαι δι' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα ὦμεν πᾶσιν ἀπρόσκοποι. εἰδότες γὰρ, φησὶν, τὸν φόβον τοῦ Κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, Θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. φοβηθῶμεν τοίνυν, ὡς εἴρηται, τοῦ σκανδαλίσαι τινὰς, ἀκούοντες τοῦ Κυρίου,
D λέγοντος, ὅτι συμφέρει ἵνα λίθος μυλικὸς κρεμασθῇ περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ῥιφθῇ εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. χρὴ οὖν ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως, καὶ ἁμαρτίας μεγάλης φεύγειν ἀπ' αὐτῶν, διὰ τὸ θανατηφόρον εἶναι τοῖς βουλομένοις ἀσκεῖν, οὐ μόνον τὴν αὐτῶν ὁμιλίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνθύμησιν. διδάσκει δὲ ἡμᾶς τοῦτο ὁ παροιμιαστὴς λέγων, μὴ δῷς σὸν πλοῦτον
E γυναικὶ καὶ τὸν σὸν νοῦν, εἰς ὑστεροβουλίαν. καὶ ἄλλος· μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε, μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν αὐτῆς. οἶμαι δὲ καὶ τὸν Ἡσαΐαν, περὶ αὐτῶν λέγειν, ἀνθ' ὧν ὑψώθησαν αἱ θυγατέρες Σιὼν, καὶ ἐπορεύθησαν ὑψηλῷ τραχήλῳ καὶ ἐν νεύμασιν ὀφθαλμῶν. καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ὑπάγει, καὶ ὁ Κύριος ἀποκαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. ὅπερ ἀπέβη ὡς ὑπολαμβάνω, ἐπὶ τῆς νῦν παρουσίας τῶν Χαλδαίων.

λέγει δὲ ἀλλαχοῦ, παρθένον μὴ καταμάνθανε, μήποτε σκανδαλισθῇς ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις αὐτῆς. καὶ αὖθις, οἶνος καὶ γυναῖκες, ἀποστήσουσι καρδίας συνετῶν. καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς, πικρότερον ὑπὲρ θάνατον συζητεῖν γυναῖκα, ἥτις ἐστὶ θήρευμα, καὶ σαγήνη καρδία αὐτῆς· δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς· ἀγαθὸς πρὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς, καὶ ἁμαρτάνων συλληφθήσεται ἐν αὐτῇ. καὶ ἐπιφέρει· εὐφραίνου νεανίσκε ἐν νεότητί σου, καὶ περιπάτει ἐν ὁδοῖς ἄμωμος, καὶ μὴ ἐν ὁράσει ὀφθαλμῶν σου, καὶ γνῶθι ὅτι ἐπὶ πᾶσι τούτοις, ὅτι ἄξει σε ὁ Θεὸς εἰς κρίσιν. ὡσαύτως καὶ ὁ ἀπόστολος· τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ· ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὰ εἴτε κακά. ἡμεῖς οὖν οἱ δοκοῦντες εἰδέναι τὰς γραφάς, καὶ μὴ φυλάσσοντες, περισσοτέρως ἔχομεν ἐγκληθῆναι ὑπὲρ τοὺς μὴ εἰδότας, κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου, ὅτι ἐκεῖνος ὁ δοῦλος ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου, καὶ μὴ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς. καὶ ἐπάγει, παντὶ ᾧ ἐδόθη πολλά, περισσότερον ἀπαιτήσουσιν αὐτόν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Περὶ πορνείας. Λόγος ιθ'.

Τὸ πάθος τῆς πορνείας τὸ πολυσχιδὲς ἐκ τῆς συντυχίας τῶν γυναικῶν ἐπηύξηται· ῥᾳδίως γὰρ ἐναποτίθεται ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἀνθρώπου τὰς κολακευτικὰς ὁμιλίας τῶν σοβαρῶν γυναικῶν τὸ ἔντεχνον δέλεαρ. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ διπλοῦς καθέστηκεν ὁ τῆς πορνείας δαίμων, ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι συνιστάμενος. καὶ τούτου χάριν, διπλῆν κατ' αὐτοῦ χρὴ τὴν πάλην ἀναδέξασθαι. οὐ γὰρ ἱκανὴ ὑπάρχει μόνη ἡ σωματικὴ νηστεία, ἵνα κτήσηταί τις τελείαν σωφροσύνην, καὶ ἁγνείαν, εἰ μὴ καρδίας ὑπάρξῃ συντετριμμός, καὶ εὐχὴ ἐκτενὴς πρὸς Θεόν, καὶ τῶν γραφῶν πυκνὴ μελέτη, καὶ κάματος καὶ ἐργόχειρον, ἅπερ δύνανται τὰς ἀτάκτους τῆς ψυχῆς ὁρμὰς συστέλλειν. πρό γε πάντων συμβάλλεται ταπείνωσις ψυχῆς, ἧς χωρὶς οὔτε πορνείας, οὔτε τῶν ἄλλων παθῶν δυνατόν τις περιγενέσθαι. χρὴ δὲ τὴν καρδίαν πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν ἀπὸ ῥυπαρῶν λογισμῶν. ἐκ γὰρ ταύτης ἐξέρχονται κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν διαλογισμοὶ πονηροί. Εἰ οὖν ἐστιν ἡμῖν κατὰ τὸν ἀπόστολον νομίμως ἀθλῆσαι καὶ στεφανωθῆναι, νικήσαντας τὸ ἀκάθαρτον πνεῦμα τῆς πορνείας, μὴ τῇ ἡμετέρᾳ δυνάμει, ἢ ἀσκήσει θαρρήσωμεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ δεσπότου Θεοῦ βοηθείᾳ. οὐ παύεται γὰρ ἄνθρωπος πολεμούμενος ὑπὸ τοῦ πνεύματος τούτου ἕως οὗ ἐν ἀληθείᾳ πιστεύσῃ, ὅτι οὐχὶ ἰδίᾳ σπουδῇ, καὶ καμάτῳ,

A Dicit autẽ & alio loco: *Virginem ne complectaris, ne fortè scandalizeris in increpationibus illius.* Rursus: *Vinum & mulieres apostatare faciunt corda intelligentium.* Proinde Ecclesiastes: *Amarius morte est, conuersari cum muliere; Ipsa enim laqueus venatoris est, & sagena cor illius, vinculum in manus eius. Bonus ante faciem Dei, submouebitur ab ea: qui peccat, comprehendetur in ea.* Infert: *Lætare iuuenis in adolescentia tua, & ambula in vijs innocens & immaculatus, & in conspectu oculorum tuorum, & scito quia pro his omnibus adducet te Deus in iudicium.* Nec aliter Apostolus: *Omnes enim nos manifestari oportet* B *ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, quæ gessit; siue bonum siue malum.* Nos igitur qui cæteris scripturarum cognitionem administramus, nec tamen eas explemus opere, multò præ ignaris istis atrocius manet iudicium, iuxta verbum Domini dicentis; *Quia seruus qui nouit voluntatem Domini sui, nec fecit secundum illam, vapulabit multis.* Inducit: *Ab omni cui multùm donatum est, plus repetent ab eo.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ecc. 7. — *2. Cor. 5.* — *Luc 12.*

C

De Fornicatione.

HOMILIA XIX.

FOrnicationis affectus multifidus quidem ex familiari cooritur & surgit mulierum consuetudine. Nullo enim negotio assentatrix illa & illex congressio procacium mulierum, se hominis inserit cordi illecebra, veteratoriæ artis perquam plena. Neque id simplex malum; cùm fornicationis Dæmonem duplicem esse constet. Est enim, qui aduersus animam est, & qui aduersum corpus conspirat. D Istius rei gratia agon duplex nobis excipiendus aduersus impurum hunc. Neque enim sustinendo huic conflictui satis fuerit corporale ieiunium, solùm si adsit, vt hoste triumphato palmarium reportes perfectæ sobrietatis & castimoniæ. Etenim necesse sit, adsint hæc comites; cordis contritio, deprecatio iugis ad Deum, crebra meditatio scripturarum: His adde laborem, & manuariam industriam. Sanè possunt hæc, insolescentes atque importunos animæ motus supprimere. Præ his omnibus plurimum adfert emolumenti animæ sese deiicientis humiliatio: qua sine, non E fornicationem, non vllam aliarum passionum peruincere quis potuerit. Peruigili itaque custodia asseruandum cor; ne quid insynceræ cogitationis irrepat alicunde. Iuxta enim Dominicam vocem, *Ex carne exeunt cogitationes malæ.* Tametsi in nostra repositum potestate est, iuxta Apostoli sententiam, vt agonem hunc sustineamus legitimè & coronemur: si quando tamen dabitur aduersus hunc spurcissimum fornicationis spiritum, victricem palmam obtinere: non eò pertingere nos potuisse confitendum propriis viribus aut monastica exercitatione, sed Domini auxilio. Neq; enim homini cõtingat requietũ esse ab impugnatione istius impuri spiritus, donec verissimè crediderit se nullo pacto, aut studio aut laboribus propriis

Fornicationis fomes consuetus mulierũ. — *Medicina spirituales cõtra fornicationẽ.* — *Animæ humilitas, vitiis omnibus medetur.* — *Matth. 15.* — *Fornicationẽ vicisse: à Deo est.*

emancipari posse ab eiusmodi morbo, sed A Dei non solùm protectione ac præsidio. Non igitur malum fuerit ad depulsionem aduersarij, corporisque tuendam castitatem, priusquam vos sopor premat, hanc vt ad Deum effundatis in cubili orationem:

S. P. Antiochi ante somnum dicenda oratio.

Ad quietem soporis nobis consedentibus, indulge (mi Domine) requiem corporis: tuere nos, ne tenebricosa peccati istius inuoluamur caligine: eripe nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, concede, in timore tuo ritè vt B corporis perficiamus sanctificationem. Submoue nos ab omni demulcente lenocinio illecebrosæ voluptatis, per tenebras noctis huius. Impetus passionum seda, ac iube conquiescere. Ignitam extingue tentationem corporis istius. Rebellionem carnis acriùs insolescentem discute. Vitiosam affectionem corporis, & carnis prudentiam consopi, & fac in nobis obdormiscere. Da nobis tranquilli soporis cubile. Peruigiles concede cogitationes ac mentem sobrium, ne nos grauis C opprimat sopor, sed qui nos reddat excitatiores ad exhibendum tibi munus nocturnæ ac matutinæ Liturgiæ. Peruigilium noctis nobis clementi impertire gratia tua, ad illustrandam hymnis gloriam magnificentissimi tui nominis, Patris, Filij, & Spiritus sancti, in sæcula. Amen.

Nocturna & matutina Liturgia.

Mulierum colloquia fugienda.

Egregium planè vti priùs dictum est, sagenas illas atque irritamenta mulierum nos ad se prolicientium auersari, & ab earum se submouere colloquiis. Hoc enim sapientissi- D mus alioqui Salomon doctrinæ experientia cùm didicisset, omnes nos in commune admonet, dicens: *Ne attende ad mulierem malam, mel enim distillat à labiis mulieris fornicariæ, & ad tempus impinguat guttur suum: in nouissimo autem felle amarius quid inuenies: ne igitur oculum tuum intendas in eam.* Rursus: *Ne obuiam procedas mulieri meretrici, ne fortè incidas in laqueos illius:* Inducit, *Quis alligabit ignem in sinu, vestimenta verò non comburet? aut ambulabit aliquis super carbones ignis, & pedes illi non ardebunt? sic non innocens erit omnis qui tangit eam.* Sed & lex dicit: *Non fornicaberis: qui fornicatus* E *fuerit cum vxore proximi sui, morte morietur.* Dauid autem: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Propheta Osee aduersus populi peccata se discrucians dicebat, *Spiritu fornicationis seducti sunt, & populus intelligens adhæsit meretrici:* Rursus, *Fornicantes exfornicati sunt, dilexerunt ignominiam.* Iterum, *Spiritus fornicationis est in eis, Dominum autem non cognouerunt.* Apostolus per Epistolam dicit: *Fugite fornicationem, omne peccatum quod fecit homo extra corpus est. qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat.*

Prou. 5.

Prou. 6.

Leuit. 20.

Osea 4.

1. Cor. 6.

ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ σκέπῃ καὶ βοηθείᾳ ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου ταύτης.

Καλὸν οὖν ἐστιν εἰς ἀποτροπὴν τοῦ ἐναντίου, καὶ ἁγνείας σώματος, πρὸ ὕπνου ἐπὶ κοίτης τό.

Δὸς ἡμῖν δέσποτα, εἰς ὕπνον ἀπιοῦσιν, ἀνάπαυσιν σώματος, καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ζοφεροῦ ὕπνου τῆς ἁμαρτίας· ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος. δὸς ἡμῖν ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ σου· καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ πάσης σκοτεινῆς καὶ νυκτερινῆς ἡδυπαθείας. παῦσον τὰς ὁρμὰς τῶν παθῶν· σβέσον τὴν τοῦ σώματος πύρωσιν· τὰς τῆς σαρκὸς ἐπαναστάσεις κατάργησον· τὰ σωματικὰ πάθη, τῆς τε σαρκὸς τὰ φρονήματα κοίμησον· δώρησαι ἡμῖν ὁ Θεὸς γρήγορον νοῦν, σώφρονα λογισμὸν, καρδίαν νήφουσαν, ὕπνον ἐλαφρὸν, καὶ πάσης σατανικῆς φαντασίας ἀπηλλαγμένον· καὶ διέγειρον ἡμᾶς πρὸς τὰς νυκτερινὰς καὶ ἑωθινὰς λειτουργίας. παννύχιον ἡμῖν τὴν σὴν δοξολογίαν χάρισαι, τοῦ ὑμνεῖν τὸ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ὡς προείρηται, τὰς σαγήνας καὶ τὰ ἄγκιστρα τῶν γυναικῶν ἀποφεύγειν, καὶ στέλλεσθαι ἀπ' αὐτῶν. ὁ γὰρ σοφώτατος Σολομὼν τὴν πεῖραν προειληφὼς πᾶσι παραινεῖ λέγων· μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί, μέλι γὰρ ἀποστάζει ἀπὸ χειλέων γυναικὸς πόρνης, ἣ πρὸς καιρὸν λιπαίνει τὸν φάρυγγα· ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις· μὴ ἐπιστήσῃς οὖν σὸν ὄμμα ἐπ' αὐτήν. καὶ πάλιν, μὴ πρόσεχε φαύλῃ γυναικί, [τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες κατάγουσι τοὺς χρωμένους αὐτῇ μετὰ θανάτου εἰς τὸν ᾅδην. μακρὰν ποίησον ἀπ' αὐτῆς σὴν ὁδόν. καὶ πάλιν, μὴ ἀπάντα γυναικὶ ἑταιριζομένῃ, μήποτε ἐμπέσῃς εἰς τὰς παγίδας αὐτῆς. καὶ ἐπάγει, ἀποδύσῃ.] ὡς πῦρ ἐν κόλπῳ, τὰ δὲ ἱμάτια οὐ κατακαύσει; ἢ περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; ὡσαύτως οὐκ ἀθωωθήσεται πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. καὶ ὁ νόμος φησὶν, οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις· ὃς ἂν μοιχεύσῃ τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίου αὐτοῦ, θανάτῳ τελευτάτω. καὶ ὁ Δαβὶδ, μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος, καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. καὶ ὁ προφήτης Ὠσηὲ, ἀλγούμενος περὶ τοῦ λαοῦ ἔλεγε, πνεύματι πορνείας ἐπλανήθησαν, καὶ ὁ λαὸς ὁ συνιὼν συνεπλέκετο μετὰ πόρνης. καὶ αὖθις, πορνεύοντες ἐξεπόρνευσαν, ἠγάπησαν ἀτιμίαν. καὶ πάλιν, πνεῦμα πορνείας ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, τὸν δὲ Κύριον οὐκ ἔγνωσαν. ὁ δὲ ἀπόστολος ἐπιστέλλει λέγων· φεύγετε τὴν πορνείαν, πᾶν ἁμάρτημα, ὃ ἐὰν ποιήσῃ ἄνθρωπος, ἐκτὸς τοῦ σώματός ἐστιν· ὁ δὲ πορνεύων, εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει.

Interr,

καὶ ἐπιφέρει· Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου πνεύματός ἐστιν, ὃ ἔχετε ἀπὸ τοῦ Θεοῦ; καὶ οὐκ ἐστὲ ἑαυτῶν; ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς. καὶ ἐν τοῖς ὄντως πιστοῖς, τοῖς πνεῦμα Θεοῦ ἔχουσιν, οὐδὲν σαρκικὸν δύναται εἶναι· ἅτινά ἐστι, πορνεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια· καὶ τὰ ἑξῆς. οἱ γὰρ σαρκοφθόροι, βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. ἤδη γὰρ οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἀπέθανον. ὁ δὲ παροιμιαστής φησιν, ἀπόστρεψον ὀφθαλμὸν ἀπὸ γυναικὸς εὐμόρφου· ἐν γὰρ κάλλει γυναικῶν πολλοὶ ἐπλανήθησαν. καὶ, μὴ συμβολοκοπήσῃς μετ᾽ αὐτῆς ἐν οἴνῳ, μήποτε ἐκκλίνῃ ἡ ψυχή σου ἐπ᾽ αὐτῇ, καὶ τῷ πνεύματί σου ὀλισθήσῃ εἰς ἀπώλειαν. ἄλλος δὲ, πορνεία γυναικὸς ἐν μετεωρισμοῖς ὀφθαλμῶν. ἐπίγνωθι ὅτι ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνεις. καὶ αὖθις ὁ Παῦλος, Οὐκ οἴδατε ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν μέλη Χριστοῦ ἐστιν; ἄρας οὖν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω μέλη πόρνης; ἢ οὐκ οἴδατε ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ ἓν σῶμά ἐστι; καὶ πάλιν, Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε; καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐνοικεῖ ἐν ὑμῖν; καὶ ἐμβριθέστερον ἐπάγει, εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινές ἐστε ὑμεῖς. καὶ πάλιν, πορνεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὁ ἁγιασμὸς ὑμῶν, ἀπέχεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς πορνείας, εἰδέναι ἕκαστον ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ. καὶ πάλιν, καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ σώματος, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. ὁ δὲ Κύριος, λέγω ὑμῖν, ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται. τῷ Θεῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ σωφροσύνης. Λόγος κʹ.

Η σωφροσύνη, τιμία καὶ ἐπαινετὴ, καὶ εὐπαρρησίαστος παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, καὶ ἐκτὸς βασκανίας ὑπάρχει· εἰ δὲ καί τινες δυσμενεῖς εἰωθότες συκοφαντεῖν τοὺς δι᾽ αὐτῆς βουλομένους τῷ Θεῷ προσοικειοῦσθαι, ἡ ἀλήθεια διαρρήδην δείκνυται· καθὼς ἐπὶ τῷ Ἰωσὴφ, καὶ τῇ μακαρίᾳ Σωσάννῃ τῇ κατὰ τὸν Δανιήλ. αὕτη γὰρ εἵλετο μᾶλλον τὸν πρόσκαιρον θάνατον, ἤπερ τὸν τῆς σωφροσύνης ζημιωθῆναι στέφανον. καὶ ἡ κρίσις τοῦ Θεοῦ, τουτέστιν τοῦ Δανιὴλ (οὕτως γὰρ ἑρμηνεύεται) τοὺς κριτὰς τῆς βασκανίας κατέκρινεν, καὶ τὴν σώφρονα ἐλευθέραν ἀπέδειξεν, καὶ ἐκ θανάτου ἐρρύσατο. οὕτως καὶ ὁ Ἰωσὴφ συκοφαντούμενος παρὰ τῆς Αἰγυπτίας, καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ κατακλεισθεὶς, οὐ μετὰ τὸ πολὺ διέπειν τὴν Αἴγυπτον ἔλαχεν. καὶ ἡ νίκη τῆς σωφροσύνης αὐτοῦ οὐ μόνον κατάδηλος τοῖς τότε γέγονεν, ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, ὥσπερ στήλη καὶ ὑπογραμμὸς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀναγέγραπται. καὶ ἡ

A Infert, *Nescitis quia corpora vestra templum sunt Spiritus sancti qui habitat in vobis: quod habetis à Deo? & non estis vestri? empti enim estis pretio.* Qui enim fidem de Deo genuinam habent ac synceram, vtique & Spiritum habent Dei; & nihil esse in illis potest carnale; cuiusmodi sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, & cętera. Neque enim qui propriam domum corrumpunt, hæreditabunt regnum Dei: qui enim talia agunt, mortui iam sunt. Sed & Parœmiastes. *Auerte oculum à muliere formosa: In specie enim mulierum multi exerrauerunt:* Et, *Ne veles cum illa* B *accumbere in vino, ne fortè declinet anima tua ad illam, & spiritus tuus labatur in perditionem.* Alius item: *Fornicatio mulieris in extollentia oculorum.* Et, *Scito quia in medio laqueorum habitas* Iterum Paulus: *Nescitis, quia corpora vestra membra sunt Christi? tollam ergo membra Christi, & faciam membra meretricis? nunquid non scitis quia qui adhæret meretrici, vnum corpus est?* Rursus: *Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Sed & acrimonia asperiore vsus, inducit: *Si quis templum Dei corruperit, corrumpet illum Deus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.* Ite- C rum: *Fornicatio autem & immunditia ne nominetur quidem in vobis. Hæc enim voluntas Dei est, sanctificatio vestra. Abstinete vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrûm, suum vas possidere in sanctificatione & honore.* Rursum: *Et sanctimoniam corporis, sine qua nemo videbit Dominum.* Dominus item: *Qui reliquerit vxorem suam nisi causa fornicationis, & duxerit aliam, mæchatur.* Et: *Qui repudiatam duxerit, mæchatur.* Deum nostrum addecet gloria in sæcula. Amen.

Eccl 9. Eccl 26. Eccl 9. 1.Cor.6. Ephes.5.

De Castitate HOMILIA XX.

D CASTITAS, honoris est præcipui, ac laude digna, & quæ apud Deum & homines plurimùm obtinet ingenuæ libertatis ac fiduciæ, extra omnem inuidiæ aleam consistens: tametsi comperiantur nonnulli qui consueuerint infensis linguis traducere ac sugillare eos qui hac comite contendunt diuinæ gratiæ sibi conciliare fauorem. Veritas dicti luculenter declaratur exemplo Ioseph ac beatæ illius Susannæ apud Danielem. Maluit enim E hæc temporariæ mortis discrimen adire, quàm vt coronæ suæ castitatis vlla ex parte inferret contumeliam & detrimentum: Et iudicium Dei (hoc est, Daniel, hæc enim nominis istius est interpretatio) iudices damnauit inuidiæ: castimoniam verò pudicæ mulieris re ipsa docuit esse intentati flagitij liberam, eámque subduxit morti. Nec secùs contigit beato Ioseph, qui intoleranda calumnia appetitus per Ægyptiam, eôque in carceris ergastulo conclusus, non adeò post multùm velut sortitò accepit Ægypti gubernacula. Nec istis solùm qui ea ætate supererant, virtus tantæ castitatis inclaruit, sed & ea prodita memoriæ est, & adscripta sacris Bibliis tanquam columna ac monumentum ad memoriam posteritatis in omnes futuras generationes,

Castitas, calumniis aliquando traducitur.

Castitas Ioseph & Susanna. Dan. 13.

Sareptana illa vidua, merito castimoniæ atque hospitalitatis, pudica cùm esset ac sancta, magnum illū Heliā promeruit excipere hospitio, vtq; filius suus ad vitā postliminio reuocaretur precibus Prophetæ. Similem in modū magnus Gregorius Neocæsareæ Episcopus gētiles alioqui parētes cùm haberet, ipse etiā dū gentilis, ab ipso ætatis flore, intemerataq; castitatis pudorē custodiuit: cuius gratia dignus habit⁹ est qui doctrice Matre Domini atq; Euangelista Ioanne mysteriū condisceret fidei, denique hic orbi inclaruit mirabiliū opifex operum. Amatores siquidem pudicitiæ & integritatis, non in hac modò vita laudē referūt, sed & coronā decoris & palliū castitatis reportabūt de manu Domini; secumque dicet: *Exulta nūc anima mea in Domino: Induit enim me pallio salutari, & indumento lætitiæ, quasi sponso circūposuit mihi mitrā, & quasi sponsam adornauit me mundo.* Hi fulgebunt in regno patris, si modò non fictè reliquas sibi cōciliarint virtutes, quibus pulchrè conueniat cū vna hac castitate. Illic istis videbitur vita & lōgiturnitas dierum trāquilla prorsus & ab omni submota intēperie: ab eo enim regno procul fugit dolor, mœror, ac gemitus lōgissimè seiūcta sunt. Perfectè castus omni ex parte cōmunit ac custodit se. Audiui enim de Rege quopiā à fide alieno: Is Ephesi cùm vidisset sacrificulā quandam decore admirabili præcellētem; ex Epheso eā cōfestim emisit, veritus ne quis illā violēta impressione subigeret, & indecori in illam quidpiā admitteretur. Cyrus proinde Persarū rex Tympanistriam (cui, omniū testimonio, admirabilis & supra quàm credi posset, tribuebatur elegātia corporis) ne videre quidē sustinuit. Quòd si talia suo asseuerāt testimonio à fide exotici, & à salutari vnctione alieni; quid nos non conueniat præ illis tātò efficere, qui Christi ex professo discipuli sumus? Necesse igitur sit; tēperemus nobis non à collocutione modò, sed & ab aspectu, qui quidē via est recta deducens ad operationē flagitij.* Esto; ad opus vsque nō progrediatur, aliquousque tamen defœdat cogitationē ac mœchū efficit talē captiuū. Quis (quæso) eousque temeritatis prouectus est, qui cùm in alienam pulchritudinē continenter & pressiùs defigat oculos, dicere ausit nulla hinc se ex parte lædi? Hoc perquam difficilè sit. Maximè quidem omnium, vitandi sunt mulierum congressus assidui. Quòd si necesse fuerit, oculi quoque dispalantes ac vagi, velut iniecto fræno coërcendi sunt. Hoc, se fecisse Iob irreprehensibilis & pudicus, cum amicis suis differens ait: *Si secutum est cor meum mulierem viri alterius, & si insidiator fui ad ianuas eius, placeat vtique vxor mea alteri; Furor enim iræ irretentibilis est contaminare vxorem viri; Ignis enim est omnes consumens partes: quemcumque adoriatur, ab radice ipsa hunc perdet.* Beatus insuper Paulus per epistolam admonet dicens; *Obsecro igitur vos (fratres) per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctā, Deo bene placentem.*

Gregorij Neocæsariensis intemerata castitas.

Perfectè castus, omni ex parte se custodit.

Xenophon, in Pædia Cyri, & Plutarchus.

Aspectus est via recta ad fornicationē. Si nescis oculi sunt in amore duces.

Iob 31.9.

Rom. 12.

Σαρεφθία χήρα, διὰ τὴν σωφροσύνην, καὶ φιλοξενίαν, ἁγνὴ οὖσα, καὶ ὁσία, ἠξιώθη τὸν μέγαν Ἡλίαν ὑποδέξασθαι. καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆς ὑπ' αὐτοῦ ζωοποιηθῆναι. ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Νεοκαισαρείας ἐπίσκοπος, Ἑλλήνων γονέων, καὶ αὐτὸς ἔτι Ἕλλην ὑπάρχων, ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας ἐπιμελῶς τηρήσας τὴν σωφροσύνην, ἠξιώθη παρὰ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου, καὶ τοῦ εὐαγγελίστου Ἰωάννου, μαθεῖν δὲ τὸ τῆς πίστεως μυστήριον, καὶ θαυματουργὸς μέγας ἀναδειχθῆναι. οἱ γὰρ τῆς σωφροσύνης ἐρασταί, οὐ μόνον τὸν ἔπαινον ἐν τῷδε τῷ βίῳ ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὸν στέφανον τοῦ κάλλους, καὶ τὸν χιτῶνα τῆς σωφροσύνης ἐκ χειρὸς Κυρίου κομίσονται· καὶ ἐροῦσιν· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσεν γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης ὡς νυμφίῳ περιέθηκέν μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησεν κόσμῳ. οὗτοι ἐκλάμψουσιν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ πατρός, εἰ ἀληθῶς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς κέκτηνται, τὰς ἁρμοζούσας τῇ σωφροσύνῃ. ἐκεῖ αὐτοῖς ὀφθήσεται ἡ ζωή, καὶ ἡ μακρότης τῶν ἡμερῶν, ἡ γαληνιῶσα καὶ ἀτάραχος, ἐν ᾗ ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμός. ὁ τέλειος σώφρων πάντοθεν ἑαυτὸν φυλάττει. ἤκουσα γὰρ περί τινος βασιλέως τῶν ἔξω, ὅτι Ἐφεσίαν ἱέρειαν ἰδὼν ὑπερβολῇ κάλλους φαινομένην, ἀνέζευξεν εὐθὺς ἐξ Ἐφέσου, φοβούμενος μὴ παρά τινος ἐκβιασθῇ, καὶ πράξῃ τι τῶν ἀτόπων. καὶ Κῦρος δὲ ὁ Πέρσης, οὐδὲ ἰδεῖν τὴν ἀσμίαν κατεδέξατο, θαυμαστόν τι καὶ ἀμήχανον κάλλος ἔχειν μαρτυρουμένην. εἰ τοίνυν καὶ τὰ προστάγματα ἔξωθεν, καὶ χωρὶς τοῦ σωτηρίου χρίσματος μαρτυροῦσιν ταῦτα, πόσον μᾶλλον ἡμεῖς οἱ τοῦ Χριστοῦ φοιτηταί. ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ κρατεῖν, οὐ μόνον λαλιᾶς, ἀλλὰ καὶ ὁράσεως· ἡ γὰρ συνεχὴς θέα, ὁδός ἐστιν ἡ ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἄγουσα. εἰ δὲ καὶ εἰς ἔργον μὴ προβαίνει, τέως τὸν λογισμὸν μολύνει, καὶ μοιχὸν ἀποτελεῖ τὸν ἁλόντα. τίς τοσοῦτόν ἐστιν τολμηρός, ὃς τοῖς ἀλλοτρίοις συνεχῶς κατοπτεύων κάλλεσιν, λέγει, μηδὲ δὲ παρὰ πᾶν παραβλάπτεσθαι; εἰ δὲ τοῦτο δύσκολον. χρὴ μάλιστα φεύγειν τὰς συνεχεῖς τῶν γυναικῶν ἐντεύξεις. εἰ δὲ ἀνάγκη χαλινοῦν τοὺς ὀφθαλμούς, ὁ ἄμεμπτος καὶ σώφρων Ἰὼβ τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις διαλεγόμενός φησιν, εἰ δὲ καὶ ἐπηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικὶ ἀνδρὸς ἑτέρου, εἰ καὶ ἔγκαθετος ἐγενόμην ἐπὶ θύραις αὐτῆς, ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ. θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκατάσχετος τοῦ μιᾶναι γυναῖκα ἀνδρός· πῦρ γάρ ἐστι καιόμενον ἐπὶ πάντων τῶν μερῶν, ᾧ δ' ἂν ἐπέλθῃ, ἐκ ῥιζῶν ἀπώλεσεν. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιστέλλων νουθετεῖ· παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ.

A φησὶ δὲ Τίτῳ, Πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας. Πρεσβύτιδας ὡσαύτως, ἱεροπρεπεῖς, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας, ἁγνάς. καὶ αὖθις, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι. καὶ Τιμοθέῳ, χήρας τίμα, τὰς ὄντως χήρας. καὶ ἐπάγει, ἡ δὲ ὄντως χήρα, καὶ μεμονωμένη, ἤλπισεν ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι, καὶ ταῖς προσευχαῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας· καθὼς καὶ ἡ
B ὁσία Ἄννα, ἡ θυγάτηρ Φανουήλ, ζήσασα μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς σωφρόνως ἔτη ἑπτά, ἀπὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς, καθὰ τὸ εὐαγγέλιον διαγορεύει, καὶ αὐτὴ χήρα οὖσα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα τῷ Κυρίῳ· καὶ προφητείας ἀξιωθεῖσα, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐπιστᾶσα ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλάλει πᾶσι τοῖς προσδεχομένοις λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ περὶ τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ παρθενίας. Λόγος κα'.

C Η ΠΑΡΘΕΝΙΑ πλησιάζει μὲν τῇ σωφροσύνῃ, ἀνωτέρα δὲ καὶ αὐτῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν τυγχάνουσα, τοῖς ἀγγέλοις συναμιλλᾶται, καὶ Θεῷ πλησιάζει διὰ τὴν καθαρότητα. μέγα οὖν ὡς ἀληθῶς τὸ κτῆμα τῆς παρθενίας, καὶ ἀγγελικόν, καὶ οὐράνιον. τεκμήριον δέ, ὅτι οὐ ταχέως ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εὑρίσκομεν ταύτῃ τῇ ἀρετῇ διαπρέψαντα πρὸ τοῦ νόμου. καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ οὐκ ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν τινα, εἰ μὴ τὸν ἐπίγειον ἄγγελον, καὶ οὐράνιον ἄνθρωπον Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην,
D καὶ τὸν τούτου φοιτητὴν Ἐλισσαῖον· τάχα δέ, καὶ Ἱερεμίαν, καὶ ἄλλους τινὰς ἐναριθμήσειεν ἐν τοῖς προφήταις, καὶ τὸν μέγαν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν γενόμενον, τὸν παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης μεσίτην. οὗτος γὰρ ἀληθινὸς παρθένος, σώματι καὶ πνεύματι· ὃς διὰ τὸ εἰλικρινές, καὶ τὸ καθαρὸν τοῦ βίου, οὐ μόνον φίλος τοῦ νυμφίου ἐκλήθη, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν κατηξιώθη βαπτίσαι τὸν Κύριον. καὶ πλείω τούτων, οὐκ ἄν τις δείξῃ, ἐν τοῖς πρὸ νόμου καὶ νόμῳ τινάς, διὰ τῆς παρθενίας τῷ Θεῷ εὐαρεστήσαντας. παρὰ δὲ
E Ἕλλησι καὶ αὐτοῖς λεγομένοις αὐτῶν φιλοσόφοις, οὐ μόνον δὲ ὅτι οὐδέπω ἐφάνη παρθενία, ἀλλ' οὐδὲ πιστεύουσι τινὰ ἄνθρωπον σῶμα περικείμενον, ταύτῃ αὐτοφθαλμῆσαι· καὶ δικαίως· πῶς γὰρ πιστεύσωσι περὶ παρθενίας, οἱ τὰ αἰσχρὰ πάθη θεοποιήσαντες, καὶ δίκην χοίρων ἐμπολιτευόμενοι, πάσῃ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκολασίᾳ; Ἰουδαῖοι δὲ μέχρι τῆς σήμερον, παρθενίαν μὲν οὔτε

A Et ad Tirum, *Presbyteros, sobrij vt sint, pudici, casti: Anus similiter vt sint in habitu decenter, bene docentes, vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios diligant: prudentes, castas.* Rursum: *Vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo.* Timotheo quoque: *Viduas honora quæ verè viduæ sunt*: Inducit, *Quæ autem verè vidua est & desolata, speret in Deum & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die*: quemadmodum sancta illa Anna, filia Phanuël, quæ cùm viro caste vixerat annis septem à virginitate sua: (iuxta Euangelicam narrationem:) Et hæc vidua
B ad annos vsque octoginta quatuor prouecta, non descendebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens Deo, & prophetico spiritu pro vitæ merito illustrata; eadem hora superueniens confitebatur Domino & loquebatur omnibus expectantibus redemptionem Ierusalem, de Domino ac Deo & saluatore nostro Iesu Christo; cui gloria in secula sæculorum. Amen.

Tim. 2.
Vel, vt abnegata impietate & secularibus desiderijs. &c. Videtur hic, non pro sobriè, sed pro castè, & pudicè, sumi.
1. Tim. 5.
Luc. 20.

De virginitate. HOMILIA XXI.

C VIRGINITAS, propinqua germanitate cohęret castitati. Est autē hac & cæteris partibus cōtinentię superior, quippe quæ cū Angelis ipsis proximè cōgreditur, ac Deo propinquar per integritatē ac munditiam. Nō igitur mediocris prærogatiuæ est, possessio virginitatis, angelicæ puritatis æmula cùm sit, eóq; cœlestis. Huiusce dicti mei argumentū est, quòd non vsque adeò promptū sit, in diuinis literis quempiā inuenisse qui perpeti tenore secūdū eā, vitā instituerit, aut ipsam illustrarit virtutis nomine ante legē. Sed ne legis quidē tempore, facilè quis vllū enumeret; nisi angelū illū ter-
D restrē, ac planè cœlestē hominē Heliā Thesbitē, & huius discipulū Helizęū. His fortè accēsendus venit Hieremias. Alios itē quis fortasse adnumeret, sed inter Prophetas adde his eximium illum in mulierum natis, veteris nouiq; testamēti mediatorē. Hic integer ac verus corpore simul & spiritu virgo cū esset, ob vitę syncēritatem ac mūdiciam non vocari solùm promeruit amicus spōsi, sed & dignus habitus qui ipsum Dominum lymphis tingeret sacri Baptismatis. Hos præter, nemo argumētis euicerit, vllū per virginitatē probasse se Deo, eorū qui vel legislationem præiuerint, vel vixerint sub
E lege. Proinde apud gentiles (adde & eos qui in his Philosophi dicuntur) non solùm virginitas syncera nunquam suum exeruit splendorem; sed nec credūt vllum hominem corporis fragilitate circūdatum proprus illam perspexisse oculis. Iure id: quo enim pacto isti fidem commodent de virginitate disserēti, qui Deos suòs totius spurcitiæ & obscœnitatis tutelares patronos cōstituūt? qui porcorū instar, per omnē impuritatem traducūt vitā flagitiosissimè? Iudæi vsque hodie, ne salute quidē dignātur vir-

Virginitas cęteris continentię partibus praeminet.
Helias Angelus terrestris.
Ioannes, veteris & noui testamenti mediator: lex enim vsque ad Ioannem. Luc. 16.
Dii gentilium impuri.

Iudæi, Christianorũ virginitati inuident.

ginitatem, adeò nõ exercent. A Atqui cùm apud nos Christianos perspiciant toto terrarum orbe eam suauè fragrantes & peramœnos flores exerere, ac per omnem ætatem pulchrè regi & officio fungi; isti per inuidiam eliquantur miserè & contabescunt, iuxta Prophetæ sententiam: *Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Ex quo tempore Dominus noster Iesus Christus Filius sua solius erga nos benignitate ex vtero voluit sanctæ & intemeratæ Deiparæ semper virginis Mariæ, suo ad nos aduentu inclarescere mundo, simulque vires suggessit quibus obluctemur Diabolo, facilè deinceps sit virtutem perficere virginitatis, modò is ex animo velit, vt ardua sit fūctio virtutis istius: B sed & quæ bonis toto pectore Deum diligentibus per repromissionem reposita sunt, nulli obscurum longè esse præstantiora. Nulli tamen possibile ad tãtæ virtutis pertingere fastigium, nisi præsidio inuetur & erga Deũ charitatis, & animi de se quàm modestissimè sentientis, iuxta testimonium Deiparæ omni laudum genere celeberrimæ, nulli obnoxiæ vitiò, sed gloria omni dignissimæ, in hunc modũ emodulantis, *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo:* cùm enim per hãc, subindicet, suam erga Deum charitatem: mox addit, *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Rursus: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles,* C & quæ ordine sequuntur. Sed & aliquãtò priùs Gabrieli responderat; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secũdùm verbum tuum.* His igitur clarissimè explicatum reor, quia per summam humilitatẽ & erga Deum charitatem, plena cùm esset gratiæ, promeruit sibi vestẽ pertexere virginitatis, nulla ruga decolorẽ, nulli obnoxiã reatui. Qui autẽ ad excurrendũ stadiũ eiusmodi omnibus se extricauit remoris, secũdum Apostolicã sententiam, necesse est legitimè vt certet, & ad palmam vsq; suũ promoueat agonẽ. Neq; enim isti *aduersus sanguinem* modò *& carnem* adornatur *colluctatio, sed & aduersus inuisibiles potestates.* Itaque adolescẽtulus qui se propter cœlorũ regnũ castrauit, similiter & virgo quæpiã: nisi per omnia sese præstiterint, ceu addecet veros imitatores Christi, neutiquã ad portum prouehẽtur salutis. Vt enim virgo vna aliqua dicatur, nec interim cæteras curet indipisci virtutes quæ virginitati proximè respondeant, quæ tuendæ virginitati faciant plurimũ & quadrẽt in eiusmodi virginẽ stultã dixit Dominus, quippe quę nullũ præ se ferat illustre lumen, nihil secum gestet F olei. Talis quę est, aditu excluditur regni cœlorũ, neutiquã admissa, gaudio vt perfruatur spõsi sed in earũ deputabitur collegiũ quæ sponsum oderint. Quæ enim est talis, peræq; se habet ac si nihil boni confecerit operis, sed imprudenter seipsam seduxit. Opus itaque suũ probet vnusquisque & exploret, séq; agnoscat; alioqui obseruatio omnis vitæ quamlibet religiosæ, infrugi futura est & inanis: eorum nempe qui penes se esse profitentur virginitatem, ac temperare sibi à carnis illecebris, cùm re ipsa virtutem eius negent. Nam quæ tantopere commendatur castratio à lenocinijs carnis, ac vera planè in Domino virginitas, sancta est & corpore & spiritu, indiuulsè

Virginitas facilis est Christianis volentibus.

Sine charitate & humilitate nemo potest assequi virginitatem.

Luc. 1.

Virginitatem professo legitimè certãdum est.

Ephes. 6.

Matth. 25.

A ἀσπάζεσθαι, οὔτε μετέρχεσθαι. τῶν ἡμῶν δὲ τοὺς Χριστιανοὺς ὁρῶντες αὐξηθέντας κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, καὶ ἐμπολιτευομένην διὰ πάσης ἡλικίας, τήκονται, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἁμαρτωλὸς ὄψεται, καὶ ὀργισθήσεται· τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, καὶ τακήσεται. ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς ηὐδόκησεν ἐκ τῆς ἁγίας ἀχράντου, θεοτόκου, καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας τῷ κόσμῳ ἐπιφανῆναι, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν ἐξουσίαν κατὰ τοῦ διαβόλου, εὐχερῶς ἐξανύεσθαι παντὶ τῷ βουλομένῳ· τοιαύτη δὲ τῆς παρθενίας ἡ ἀρετή. ἀλλ' ὅτι μὲν μέγα τὸ κατόρθω- B μα, καὶ μείζονα τὰ ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενα ἀγαθὰ, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πᾶσι πρόδηλον. ἀμήχανον δὲ χωρὶς ἀγάπης Θεοῦ καὶ ταπεινοφροσύνης, φθάσαι τινὰ εἰς τὸ ὕψος τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, ὡς μαρτυρεῖ αὐτὴ ἡ πανάμωμος, καὶ πανύμνητος, καὶ πανένδοξος θεοτόκος ᾄδουσα· Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον, καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου, τὴν θείαν ἀγάπην ἐμφαίνουσα. καὶ εὐθέως, ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ. καὶ αὖθις, καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς· καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ C πρὸς τὸν Γαβριὴλ πρότερον, ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. σαφῶς οὖν διὰ τούτων ἀποδέδεικται, ὅτι ἐξ ἄκρας ταπεινώσεως καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης, τὸν τῆς παρθενίας ἄμωμον χιτῶνα ἑαυτῇ ἡ κεχαριτωμένη ἐξύφανεν. ἀλλ' ὅτι μὲν μεγάλη ἡ ἀρετὴ τῆς παρθενίας, ἀποδέδεικται. χρὴ δὲ τὸν εἰς τοῦτο τὸ στάδιον ἀποδυόμενον νομίμως ἀθλῆσαι (κατὰ τὸν ἀπόστολον.) οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα μόνον, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις. ὁ νεανίσκος τοίνυν, τουτέστιν ὁ ἑαυτὸν εὐνουχίσας διὰ τὴν βασιλείαν, καὶ ἡ παρθένος, ἐὰν μὴ κατὰ πάντα τοιοῦτοι ὦσιν, ὥσπερ οἱ ἀληθινοὶ μιμηταὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐ δύνανται σωθῆναι. τὸ γὰρ λέγεσθαι παρθένον, καὶ τὰς ἀρετὰς μὴ ἔχειν ἀναλόγους, καὶ οἰκείους καὶ ἁρμοζούσας τῇ παρθενίᾳ, μωρὰν τὴν τοιαύτην παρθένον φησὶν ὁ Κύριος. ἀφεγγὴς γὰρ οὖσα καὶ ἀνέλαιος, ἔξω τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐγκλείεται, νυμφίου χαρᾶς στερηθεῖσα, καὶ μετὰ τῶν μισουσῶν τὸν νυμφίον λογισθήσεται. δοκεῖ γὰρ F εἶναί τι ἡ ἀπρακτος μηδὲν οὖσα, καὶ φρεναπατᾷ ἑαυτήν. δοκιμαζέτω δὲ ἕκαστος τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἑαυτὸν ἐπιγινωσκέτω, ἐπεὶ θρησκεία ἐστὶ ματαία, παρθενίαν καὶ ἐγκράτειαν ὁμολογοῦντας ἔχειν, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένους. ἡ γὰρ ὄντως εὐνουχία, καὶ ἡ ὄντως παρθενία ἐν Κυρίῳ, ἁγία ἐστὶ τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι, ἀπερισπάστως

καὶ ἀπερισπάστως τῷ Κυρίῳ λατρεύουσα ἐν πνεύματι Θεοῦ, καθαρῶς καὶ ἀμιάντως ἀρέσκουσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀεὶ μεριμνῶσα πῶς ἀρέσει αὐτῷ, καὶ ἓν πνεῦμά ἐστιν πρὸς Κύριον, καθὼς γέγραπται, ἅγιοι ἔσεσθε ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι, λέγει Κύριος. οὐ γὰρ ὀνόματι μόνον ψιλῷ ὁ ἅγιος, ἅγιός ἐστιν, ἀλλ' ἐν παντὶ ὁ ἅγιος, τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι. Εἰ ἀπετάξω οὖν τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι, πρόσεχε τὸν ἀγῶνα τῆς ἀληθοῦς παρθενίας· Εἰ εὐνουχίσαι ἑαυτὸν ἠθέλησας διὰ τὴν αἰώνιον βασιλείαν, ἐπιμελῶς κάτεχε τὸν τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνα, καὶ πρόσεχε τὰς προσβολὰς τοῦ ἀντιπάλου, ὥσπερ κυβερνήτης τὰ κύματα διαβαίνων· νήφου ἐνισχυόμενος ὑπὸ τῆς χάριτος, μὴ παρατραπεὶς τῆς εὐθείας ὁδοῦ· ἀγώνισαι ἀπερισπάστως, καὶ ὅλῃ καρδίᾳ δουλεύειν Θεῷ, καὶ αὐτῷ ἀρέσκειν ἐν ἁγίῳ σώματι, καὶ πνεύματι, ἵνα καταλάβῃς τῆς ἐναρέτου πολιτείας τὴν δόξαν. ἀγώνισαι νομίμως ἀθλῆσαι, ἵνα τὸν στέφανον, ὃν ἠρετίσω, ἀπολαύσῃς, καὶ στεφανηφόρος ἀπέλθῃς πρὸς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, δι' ἣν καὶ ἀπετάξω τῷ τῆς σαρκὸς φρονήματι. ἀνάθες τὴν χάριν τῆς ἁγνείας σου τῷ Θεῷ, ὅτι οὐ συνέκλεισέν σε εἰς τὰς χεῖρας τῶν θελημάτων τῆς σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος, ἢ τῶν παραβαλλομένων τούτοις φθοροποιῶν καὶ ἀκαθάρτων ἀνθρώπων· ἀλλὰ κατησφαλίσατο τῇ ἑαυτοῦ δεξιᾷ. μέγα οὖν ἐστιν ἐν ἁγνείᾳ μένειν εἰς τὴν τιμὴν τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου ἐν ἀκαυχησίᾳ. ἐὰν γὰρ καυχήσηται, ἀπόλετο. χρὴ δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς, καθὼς εἴρηται, ἀναλόγως ἔχειν τῇ παρθενίᾳ. ὅτι ἡ παρθενία ἀνωτέρα πάντων ἐστίν. παρθένος γὰρ μήτρα ἐκύησε τὸν Θεὸν λόγον. ἐκ τούτου γνῶθι τὴν * δόξαν τῆς παρθενίας. οἱ γὰρ ἀφιερωμένοι τῷ Θεῷ, μιμηταὶ τοῦ Χριστοῦ γίνονται. φησὶν γὰρ, μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ. ἐν γὰρ τοῖς τοιούτοις φρονήμασιν, φρόνημα σαρκὸς οὐχ ὑπάρχει. χρὴ οὖν πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν ἑαυτῆς καρδίαν, καὶ μηδὲ ὅλως συνδιαλέγειν παρθένον μετὰ νεανίσκου. ὃ παράπτωμα· εἰ δὲ καὶ ἀθροισθῶσιν πρεσβύτιδες ἱεροπρεπεῖς, καὶ χρεία παραθέσεως, εἰλῆσαι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας τῷ ἑαυτῶν ἱματίῳ. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄνδρες, μετὰ αἰδοῦς ὀρθῶς βλέποντες σωφρόνως τε καὶ σεμνῶς ἐν Κυρίῳ, τὰς ἑαυτῶν δεξιὰς περικεκαλυμμένας ἔχοντες τῷ ἑαυτῶν ἱματίῳ, ἀποχωρισθῶσιν.

& perpeti tenore Domino seruiens in spiritu Dei, synceriter ac procul omni spurcitia se probans Domino, secum conferens iugiter quibus studiis possit ei gratiosa esse & amabilis: eóque vnus cum Domino efficitur spiritus, sicut scriptum est; *Sancti eritis quia ego sanctus sum, dicit Dominus:* Neque enim is nomine tenus, tanquã prerogatiua insigniatur sublimioris nomenclaturæ, sanctus dicitur: sed per omnia sanctus est, & corpore & spiritu. Si igitur affectionibus renunciasti carnis, sedulò tecum reputa, quẽ subieris veræ virginitatis agonẽ. Quum te ab istis mundi illecebris castrasti, si quidem id feceris propter regnũ cœlorum, magna cum cautione rac retineas ac tuearis susceptum semel agonẽ hũc propositi monastici. Animo presenti & arrecto fac vigiles aduersus omnes colluctatoris tui violẽtos assultus, imitatus prudẽtis naucleri solertiam, qui cõtra fluctiuomos vndarum vortices perdius stat & pernox. Præduce Dei gratia, animi tui impetus aurigæ in morem frena ac moderare, nequãdo à recto calle exerres deuius. Indiuulsam da operam, Deo vt seruias & proinde gratiosus illi inueniaris, dum te illi probas in sanctimonia corporis & spiritus, vt strenuæ conuersationis ac vitæ ornamentis virtutũ perpolitæ assequaris gloriã. Eluctare pro virili aduersus hostẽ agone legitimo, vt corona quam ardentibus votis expetisti & adamasti, aliquãdo potiaris, ac palmari redimitus corona, in illam cœlestem Ierusalem, celebri cum põpa subueharis victor: cuius obtinendæ gratia, prudentiã hanc carnis à te excussisti. Atqui vide, gratiam tuæ istius sanctimoniæ vt ad Dei gloriam referas, qui minimè siuit te in eorum deuolui & cõcludi manus, qui voluntatem explent carnis & sanguinis, & ad hec corruptelæ atque obscœnæ turpitudinis opera tota propendent; sed te sua dextera præmuniuit. Magnum planè fuerit, si citca iactantiam, ad honorem solùm Dominicæ carnis perpetuò te continueris in sanctimonia ac puritate. Quisquis interim ob eã gloriatus hîc fuerit, isti intercipietur fructus omnis ac deperiet. Proinde vt iam dictum est, necesse sit, tibi vt concilies virtutes reliquas quæ sua proportione comites assident vni virginitati: Ipsa enim sublimiore gradu cæteras antegreditur. In vtero siquidẽ virginis Dei verbũ sibi domiciliũ deligit, ac mansitauit: qua vna ex re, agnosce quanta præpolleat gloria virginitas. Quotquot autem se consectant Deo, Christum necesse est imitentur: At enim Paulus, *Imitatores mei estote, sicut & ego Christi* In talibus proinde, ne vestigium quidem inuenire sit prudentiæ carnis. Sanè omni circũspectione prouidendũ est proprij cordis custodiæ, nec sibi vlla prorsus ratione permittat virgo, cum adolescentulo quouis, vt aliquid communicet & conspiret arcani. Virgines verò consecratione Dei venerabiles, sed & ætate prouectiores, in vnum si cõperientur conuenisse, necessitas insuper appetat administrandi ferculi: vos virgunculæ, manus vestras suo quæque obuoluite palliolo. Haud secus viris arbitror faciendum, vt cum pudore recta contuẽtes, castè & modestè in Domino suas ipsorum manus circuntectas toga cùm habuerint, illic secedant.

Monastici propositi certamen.

Iactantia intercipit fructũ virginitatis: sed cauendum est.

1. Cor. 11.

Virginis nihil arcani sit cum vllo adolescentulo.

Virgines, Dei consecratione venerabiles.

Virginibus toga obuoluendæ sunt manus.

Sed & ante omnia virginem addecet, vt ne priuetur sponsi gaudio ac lætitia, suam vt concinnet lampadem, ac oleum infundat; oleum planè morigeræ obedientiæ: idque iuxta Dominicam parabolam qua dicitur: *Prudentes acceperunt oleum in vasis suis*, simulque conuenerunt cum sponso, sanéque desiderabili: *Et clausa est ianua.* At hæ interim perpeti gaudio perfruuntur sui sponsi. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Matth. 25.

Πρὸ δὲ πάντων χρὴ τὴν παρθένον τὸ ἔλαιον τῆς εὐπειθείας κατασκευάσαι τὴν ἑαυτῆς λαμπάδα, ἵνα μὴ στερηθῇ χαρᾶς νυμφίου, καὶ εὐφροσύνης, κατὰ τὴν παραβολὴν τοῦ Κυρίου, ὅτι αἱ φρόνιμοι ἔλαβον ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις αὐτῶν, καὶ συνεισῆλθον τῷ πολυποθήτῳ νυμφίῳ· καὶ ἐκλείσθησαν αἱ θύραι· καὶ ἀπήλαυσαν τῆς χαρᾶς αὐτοῦ αἰωνίως. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De effreni incontinentia linguæ. HOMILIA XXII.

Περὶ περπερείας. Λόγος κβ΄.

LEx dicit: *Si testimonium tulerint aduersus illum, & ipsi non occiderit eum, pœnam luet.* Contingit nonnunquam vt inter epulandum hilariter, cogitatio quædam exoriatur ac subsultet gloriæ inanis, volens intempestiuiter in sermonē erumpere. Aduersus hunc bonæ aliæ suo se obiiciunt testimonio cogitationes, quæ reclamant ac protestantur non debere te cogitationem illam nimisquam nugacem in publicum depromere. Hanc igitur nisi freno silentij in os iniecto suppresseris; sed effreniter & intempestiuè siueris illam prodire in apricum: deinceps lues quam promereris pœnam, aut certè exigente iustitia in atroci aliquod & graue peccatum prolabêre. Sermone enim aut rebus ipsis temerarius qui est, mirè is est turbulētus, & agitatur intemperus. Atqui idem magna cum voluptate studet cæteris sancire leges, ac iura cuique præscribere, altis contentiosiùs adnititur palmarium præripere & euincere: quémque sermonem semel ore protulerit, ratum facit priuata authoritate, firmat & sancit. Qui eiusmodi est, vehementer se comprobat imprudentem. Audi enim tu, sed à Parœmiaste: *Qui confidit in audacia cordis, imprudens est: sapientes autem abscondent sensum.* Et, *Os procacis propinquat contritioni: qui verò parcit labijs, intelligens erit.* Rursus: *Qui custodit os suum, seruat animam suam: qui autem temerarius est labijs, perdet seipsum.* Itemque: *Qui respondet sermonem, priusquam audiat, imprudentia erit illi & opprobrium.* Iterum: *Si videris virum velocem ad loquendum, scito, quia præ illo spem habet stultus.* Et, *Sermone procax & temerarius, edibilis erit.* Iacobus: *Si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens frænare etiam totum corpus.* Rursus: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* Inducit: *Si quis autem videtur religiosus esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio.* Iterum: *Nolite multi esse magistri (fratres mei) scientes quia maius iudicium sumemus. In multis enim offendimus omnes.* Paulus item: *Vt in vobis discatis non supra ea quæ scripta sunt sapere, vt ne vnus pro vno infletur aduersus alterum.* Et illud: *Charitas nō agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa.* Et infert: *Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostēdit, tanquā morti destinatos.* Et illud: *Nos stulti propter Christum.* Satius igitur, vt sileas & sis: quàm vt loquaris, nec interim sis. Egregium (fateor) est docere, modò quæ quis dicit, faciat.

Deut. 19.

Nugaces vitijs abundant.

Prou. 21.

Prou. 28.

Iacob. 3.

Iacob. 1.

ΦΗΣΙΝ ὁ νόμος, ἐὰν ὦσι διαμεμαρτυρημένοι αὐτῷ, καὶ μὴ ἀφανίσῃ αὐτὸν, ἀποτίσει. ἔστιν ὅτι ἐν συμποσίῳ παρεισπηδᾷ ὁ κενόδοξος λογισμὸς λαλῆσαι βουλόμενος παρὰ τὸν καιρόν. διαμαρτύρονταί σε οἱ ἀγαθοὶ λογισμοὶ, ἀφανίσαι τὸν φιλοφλύαρον λογισμόν. ἐὰν τοίνυν μὴ ἀφανίσῃς αὐτὸν τῇ σιωπῇ, ἀλλὰ παραχωρήσῃς αὐτὸν προελθεῖν, τότε λοιπὸν ἀποτίσεις τὸ ὄφλημα, ἢ ἁμαρτίᾳ μεγάλῃ ὑπὸ τῆς δίκης παραδοθείς. ὁ γὰρ περπερὴς ἐν λόγῳ ἢ ἐν πράγμασιν, ἔχει καὶ τὸ θολερὸν, ἥδιστα δὲ καὶ νομοθετεῖν θέλει· ζητεῖ γὰρ ἀεὶ καταγωνίζεσθαι. καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ κυροῦσθαι. ὁ δὲ τοιοῦτος ἰσχυρῶς ἄφρων. ἀκούει γὰρ παρὰ τοῦ παροιμιαστοῦ, ὃς πέποιθεν ἐπὶ θράσει καρδίας, ἄφρων· σοφοὶ δὲ κρύψουσιν αἴσθησιν· καὶ, στόμα προπετοῦς ἐγγίζει συντριβῇ· φειδόμενος δὲ χειλέων, νοήμων ἔσται. καὶ πάλιν, ὃς φυλάσσει τὸ στόμα αὐτοῦ, τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. ὁ δὲ προπετὴς χείλεσι, πτοήσει ἑαυτόν. καὶ πάλιν, ὃς ἀποκρίνεται λόγον πρὶν ἀκοῦσαι, ἀφροσύνη αὐτῷ ἐστι, καὶ ὄνειδος. καὶ αὖθις, ἐὰν ἴδῃς ἄνδρα ταχὺν ἐν λόγοις, γίνωσκε ὅτι ἐλπίδα ἔχει μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ. καὶ, ὁ προπετὴς ἐν λόγῳ, μισηθήσεται. ὁ δὲ Ἰάκωβος· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. καὶ πάλιν, ἔστω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, καὶ βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. καὶ ἐπάγει· εἰ δέ τις δοκεῖ θρῆσκος εἶναι, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία. καὶ πάλιν, μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι τὸ μεῖζον κρίμα ληψόμεθα. πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες. καὶ ὁ Παῦλος, ἵνα ἐν ὑμῖν μάθητε τὸ, μὴ ὑπὲρ ὃ γέγραπται, φρονεῖν, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθαι κατὰ τοῦ ἑτέρου. καὶ τὸ, ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἀσχημονεῖ. καὶ ἐπιφέρει, δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. καὶ τὸ, ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν. ἄμεινον οὖν ἐστι σιωπᾶν, καὶ εἶναι, ἢ λαλοῦντας μὴ εἶναι. καλὸν τὸ διδάσκειν, ἐὰν ὁ λέγων ποιῇ.

εἷς οὕτω ὁ διδάσκαλος· ὡς εἶπεν, καὶ ἐγένετο. καὶ ἃ σιγῶν δὲ πεποίηκεν, ἄξια τοῦ πατρός ἐστιν. ὁ λόγον Ἰησοῦ Χριστοῦ κεκτημένος, ἀληθῶς δύναται καὶ τῆς ἡσυχίας αὐτοῦ ἀκούειν, ἵνα ᾖ τέλειος· ἵνα δι' ὧν λαλεῖ, πράσσῃ, καὶ δι' ὧν σιγᾷ, γινώσκηται. οὐδὲν γὰρ λανθάνει τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν ἐγγὺς αὐτοῦ εἰσιν. φοβηθῶμεν οὖν, τὸ κρίμα τῶν διδασκάλων. περισσότερον γάρ ἐστι τῶν λεγόντων, καὶ μὴ ποιούντων, τὸ κρίμα· ψευδώνυμον γνῶσιν διδασκόντων, καὶ ἐμβατευόντων εἰκῆ, καὶ φυσιουμένων ἀπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς, τυφλῶν, τυφλοῖς ὁδηγούντων, καὶ ἀμφοτέρων εἰς βόθυνον πιπτόντων. ἐκ γὰρ ἐξόδου λόγου αὐτοῦ γνωσθήσεται ἀνήρ. περὶ ὧν καὶ ὁ ἀπόστολός φησιν, οὗτοί εἰσιν ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον, ἢ φιλόθεοι. καὶ ὁ προπετὴς Ἰούδας ὁ Ἰσκαριώτης ἔλεγεν, διατί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; εἶπε δὲ τοῦτο οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν· [καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν, καὶ τὰ ἐμβαλλόμενα ἐβάσταζεν.] μᾶλλον δὲ ἄσπονδος ὢν, ἀθέμιτα ἐλάλει πρέποντα τῇ αὐτοῦ γνώμῃ. ὁ δὲ μακρόθυμος Κύριος ὁ πάντα φέρων, ἔλεγεν, ἄφετε αὐτὴν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Περὶ ὀργῆς. Λόγος κγ'.

ΜΕΓΑΛΩΣ θέλει βιάσασθαι ἄνθρωπος τοῦ κρατῆσαι τοῦ πάθους τῆς ὀργῆς, καὶ καταστεῖλαι τὸν θυμὸν τῆς ψυχῆς διὰ μακροθυμίας, δι' ἐπιεικίας, διὰ προσευχῆς, καὶ ταπεινώσεως· καὶ ἐν παντὶ ἔχειν ἑαυτὸν ἀψήφιστον. πολὺ γὰρ πολεμεῖ ὁ δαίμων οὗτος τῆς ὀργῆς τὸν ἄνθρωπον, κατὰ πολλοὺς τρόπους, μάλιστα τοὺς βουλομένους ἀγωνίζεσθαι. ἵνα οὖν συνάγῃ καρποὺς μετὰ πολλοῦ καμάτου, εἴτε διὰ νηστειῶν, καὶ ἀγρυπνιῶν, ἢ διὰ προσευχῶν, καὶ ψαλμῳδιῶν, ἢ διὰ διακονιῶν, ὑφ' ἓν σκορπίσει αὐτούς, μάλιστα ἐὰν ἴδῃ τινὰ μικρὸν παρατραπέντα τῆς εὐχῆς. ἐπιρρίπτει γὰρ ὁ παμπόνηρος δαίμων οὗτος τῷ ἀνθρώπῳ, καὶ οὓς συνήγαγεν ἐν πολλῷ χρόνῳ καρποὺς, ἐν μιᾷ ῥοπῇ ὥρας σκορπίζει. καὶ λοιπὸν εὑρίσκεται ὁ ἄνθρωπος μεθύων χωρὶς οἴνου, οὓς καὶ ταλανίζει ὁ προφήτης, λέγων, οὐαὶ οἱ μεθύοντες ἄνευ οἴνου. πολλοῦ οὖν ἀγῶνος δεῖται ὁ ἄνθρωπος τοῦ ἐξορίσαι τὸ πάθος τῆς ὀργῆς ἐν ἐκτενείᾳ προσευχῆς. ὁ τοίνυν βουλόμενος πρὸς τελείωσιν ἐλθεῖν, καὶ ἐπιθυμῶν τὸν πνευματικὸν ἀγῶνα ἀγωνίσασθαι, ἀπὸ παντὸς ἐλαττώματος ὀργῆς ἀλλότριος ἔσω.

A Sanè vnus fuit magister, qui, quæ dixit, fecit: nam vel tacens, digna gessit Patre suo. Qui verbum Iesu Christi penes se tenet ac recondit (siquidem perfectus iam est) verè is potest vel silentium Christi intelligere, vsque adeò vt per ea quæ silētio premit Christus, se tamē prodat & agnoscatur. Nihil vspiam est quod Domini fugiat cognitionem, quin arcana pectoris vestri in conspicuo illi sunt proximè. Iudicium itaque quod manet doctores eiusmodi, terrorem nobis incutiat. Abundantius etenim iudicium iis imminet qui quæ dicunt, non faciunt, docētes falsi nominis scientiā, nullo fructu suam *Doctorū improborū abundantius erit iudicium.*

B doctrinam ferentes, at interim sensu carnis exuberantes ac præturgidi. Cæci cùm sint, viā præstruunt cæcis, vt vtrique in foueam abeant præcipites: ab exitu enim sermonis sui cognoscetur vir. Eos qui tales sunt, perstringit Apostolus, *Hi sunt incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, inflati, voluptatum amatores magis quàm Dei.* Sed & effrenis ille lingua ac præproperus Iudas, cognomēto Iscariotes, dicebat, *Vt quid vnguentum hoc non venīit trecentis denariis, & datum est pauperibus: dixit autem hoc non quòd pauperes haberet curæ, sed quia fur* *Matth. 15.* *2. Tim. 3.*

C *erat:* potiùs verò, implacabilis cùm esset, suæ tegendæ voluntati, quædam in speciem decentia prætexebat homo nefarius. At Dominus longanimiter cuncta hæc præferens, respondit mitissimus, *Sinite eam, in diem sepulturæ meæ seruauit sibi.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

De Ira. HOMILIA XXIII.

NECESSE sit non mediocrem vim sibi inferat homo & eluctetur, turbulentā hanc vt frenet affectionem iræ, vimque animæ ad iram propendentem vt contineat in officio per longanimem tolerātiam, per orationem, ac sui *Ira Dæmon imprimis oppugnat certātes monachos.*

D quam humilimam deiectionem, adeò vt se nec fucatè iudicet, qui in aliorum cēsu numeretur, esse indignum. Innumeris siquidem modis iræ incentor hic Dæmon, ac multiformi conflictu hominem adoritur & oppugnat, eos potissimū qui ad sustinēdum agonem hunc in procinctu iam sunt: vt quos ingenti cum labore congeris fructus, siue ieiunio, siue peruigilio noctis, oratione, & decātatione psalmorū, aut certè administrandi officio, ad vnum dispergat omnes ac dissipet; omniū maximè, si quem viderit parū

E orationi attētum atque exerrantem. Suggerit enim hominis menti Dæmon hic totius malignitatis artifex, quot fructus eatenus coēgerit, tanto nimirum tempore, eos vt vel momento intercipiat & disperdat. Atqui homo talis deinceps inuenitur ebrius, nō item à vino. Huic assimiles deplorat miserè Propheta: *Væ qui ebrij estis sine vino.* Homini igitur semel infesso passione hac iræ; opus admodum sit, multū eluctetur præsidio extentæ orationis, eam à se vt ableget & agat in exiliū. Sanè cui est cordi perfectionis scop⁹, cui magnopere placet agō spiritualis; ab omni turbulēto defectu iræ se reddat extorrē. *Isai. 29.* *Ira oratione expugnatur.*

Interdum enim ſpiritus hic iræ cordi aſſidens tenebricoſis ſuis intemperiis oculum mentis excæcat adeò, vt in reliquum quæ ſaluti parandæ commodant & conferant, nequeamus diſcernere, non vllam deprehendere intelligentiam ſcientiæ ſpiritualis: non vllius obtinere ſalutaris conſilij perfectionem: extorres prorſus efficimur vitæ fœlicioris: non iam capax aut idonea fuerit mens diuinæ lucis contemplationis, non denique ſapientiæ reddimur participes, ſed nec vnum admittimus ſalutare conſilium aduerſus perplexam animi hæſitationem, non iuſtitia moderatrice iam poſſimus in ſobrietate premere cordis intẽperiem. Nulla igitur ex cauſa par eſt conciri nos per iram aduerſus fidei comparis virum, prætorquam aduerſus proprias affectiones, contra cogitationes improbas, quæ eò deuergunt prono curſu, vt nos à rectitudine auocent veræ viæ. Ob hoc iubet Eccleſiaſtes: *Auerte indignationem à te, quia iuuentus & ignorantia, vanitas:* Et, *Memor eſto creatoris tui, in die iuuentutis tuæ.* Rurſus: *Ira perdit etiam prudentes, ſermo durus ſuſcitat iras:* Et, *Ira patris filius imprudens, iracundiam autem viri mitigat famulus ſapiens.* Rurſum: *Grauis quidem lapis, grauis item portatu arena, ſed ira ſtulti vtroque grauior.* Item: *Non reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam eius, ne ſibi videatur eſſe prudens.* Iterum: *Stultus ſtatim prodit irám, qui autem aſtutus eſt, conſeruat eam.* Et: *Terribile verbum conturbat cor viri.* Et: *Sicut aqua mouetur vi ventorum, ita vir iracundus turbatur cogitationibus iræ plenis.* Monachus iracundus aper eſt eremiticus: quoſdam mox vt viderit, infrendens, dentibus exertis vulnus affigit. Iacobus item pulchrè nos docet: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram: Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur.* Item: *Vnde bella? vnde pugnæ inter vos? nonne hinc, ex voluptatibus veſtris?* Paulus item: *Non vos ipſos vindicantes (chariſſimi) ſed date locum iræ.* Rurſum: *Omnis amaritudo, & iracundia, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia.* Concinit Dauid: *Deſine ab ira, & derelinque furorem.* Et, *Iraſcimini & nolite peccare.* Sed & Dominus, noſtrarum prouidus curator animarum, ſententiam hanc tulit: *Omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: Qui autem dixerit, fatue, reus gehennæ ignis.* Ipſi gloria in ſæcula.

Nulli Chriſtiano, ſed noſtris ipſorum cogitationibus debemus ſuccenſere.

Prou. 15.

Prou. 12.

Monachus iracundus, eſt aper eremiticus.

Rom. 12.

Pſal. 36.

Matth. 5.

A τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς ὀργῆς, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ καρδίᾳ καθήμενον, τὸν μὲν ὀφθαλμὸν τῆς διανοίας σκοτειναῖς ταραχαῖς ἐκτυφλοῖ λοιπόν, ὥστε διακρίνειν τῶν συμφερόντων δυνάμεθα κτήσασθαι, ὥστε πνευματικῆς γνώσεως εὑρεῖν κατάληψιν, ὥστε βουλεύματος ἀγαθοῦ κατέχειν τελειότητα, ὥστε τῆς ὄντως ζωῆς γενέσθαι μέτοχοι· ὥστε τῆς θεωρίας τοῦ θείου φωτὸς δεκτικὸς ὁ ἡμέτερος νοῦς γενήσεται· ὥστε σοφίας μέτοχοι, ἀλλ' οὐδὲ τὰς σωτηριώδεις τῆς διακρίσεως βουλὰς κτήσασθαι δυνάμεθα, ὥστε τὰς τῆς δικαιο-

B σύνης κυβερνήσεις νηφαλέᾳ καρδίᾳ ἐπέχειν ἰσχύσομεν. οὐ χρὴ οὖν ἐξ οἵας δήποτε αἰτίας μετ' ὀργῆς κινεῖσθαι κατὰ τοῦ ὁμοπίστου, ἀλλ' ἢ μόνον κατὰ τῶν ἰδίων παθῶν, καὶ τῶν πονηρῶν λογισμῶν, οἵτινες σπεύδουσιν ἀπατῆσαι ἡμᾶς τῆς ἀληθινῆς ὁδοῦ. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ παροιμιαστὴς ἐντέλλεται λέγων, ἀπόστησον παροργισμὸν ἀπὸ σοῦ, ὅτι ἡ νεότης καὶ ἡ ἄνοια ματαιότης. καί, μνήσθητι τοῦ κτίσαντός σε, ἐν ἡμέρᾳ νεότητός σου. καὶ πάλιν, ὀργὴ ἀπόλλυσι καὶ φρονίμους, λόγος δὲ σκληρὸς ἐγείρει ὀργάς. καί, ὀργὴ πατρὸς, υἱὸς ἄφρων, θυμὸν δὲ ἀνδρὸς πραΰνει θεράπων φρόνιμος. καὶ πά-

C λιν, βαρὺ λίθος, καὶ δυσβάστακτος ἄμμος, ὀργὴ δὲ ἄφρονος βαρυτέρα ἀμφοτέρων. καὶ πάλιν, μὴ ἀποκρίνου ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ, ἵνα μὴ δόξῃ παρ' ἑαυτῷ φρόνιμος εἶναι. καὶ πάλιν, ἄφρων αὐθημερὸν ἐξαγγέλλει ὀργήν· ὁ δὲ πανοῦργος, ταμιεύεται. καὶ φοβερὸς λόγος ταράσσει καρδίαν ἀνδρός. καί, ὥσπερ τὸ ὕδωρ κινεῖται ὑπὸ βίας ἀνέμων, οὕτως θυμώδης ταράσσεται ὑπὸ λογισμῶν ὀργίλων. μοναχὸς ὀργίλος, σύαγρος ἐρημικός. ἰδὼν τινάς, καὶ τοὺς ὀδόντας πριέτεισι. ὁ δὲ Ἰάκωβος διδάσκει ἡμᾶς, λέγων· ἔστω

D πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, καὶ βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι· βραδὺς δὲ εἰς ὀργήν. ὀργὴ γὰρ ἀνδρὸς, δικαιοσύνην Θεοῦ κατεργάζεται. καὶ αὖθις, πόθεν πόλεμοι, καὶ πόθεν μάχαι ἐν ὑμῖν; οὐκ ἐντεῦθεν, ἐκ τῶν ἡδονῶν ὑμῶν; καὶ ὁ Παῦλος, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ. καὶ πάλιν, ὁ ἥλιος μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν, μηδὲ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. καὶ πάλιν, πᾶσα πικρία, θυμός, καὶ κραυγή, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ. ὁμοίως καὶ ὁ Δαβίδ,

E παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλειπε θυμόν. καί, ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. ὁ δὲ κηδεμὼν τῶν ψυχῶν ἡμῶν Κύριος ἀπεφήνατο, λέγων, ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ, μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ θυμοῦ. Λόγος κδʹ.

ΚΑΙ περὶ τοῦ θυμοῦ ἐὰν εἰσέλθῃ σοι πειρασμός, ἢ ἀντιλογία, ἢ ἐρεθισμὸς πρός τινα κινῆσαι θυμόν, μνήσθητι τῆς προσευχῆς, καὶ τοῦ τοιούτου κρίματος, καὶ εὐθέως ἡ ἄτακτος ἐν σοὶ κίνησις ἠρεμίσει. ὁ γὰρ θυμὸς πλεῖον τῶν ἄλλων παθῶν ταράττειν εἴωθε, καὶ συγχεῖν τὴν ψυχήν. ὁ θυμὸς καὶ ἡ ὀργή, οἱ δύο οὗτοι μιᾶς μητρὸς ἔγγονα τυγχάνουσιν τῆς καλουμένης ἀφροσύνης. φησὶ γάρ, ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ἄφρων. καί, ἄφρων αὐθημερὸν ἐξαγγέλλει ὀργήν. ὁ οὖν θέλων χωρισθῆναι ἀπὸ τῆς δυσειδοῦς τεκούσης αὐτούς, κρατησάτω ἑαυτὸν ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, καὶ πρᾳείᾳ καρδίᾳ καὶ τῇ πρὸς Θεὸν ἱκεσίᾳ, καὶ διὰ τοῦ ἀρνήσασθαι ἑαυτόν· καὶ ταχέως ἐλευθεροῦται ἐξ αὐτῆς. καὶ γίνεται ὁ υἱὸς τῆς σοφίας θεόφοβος καὶ θεόφιλος. ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου. καί, οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον μισεῖτε πονηρά. ἐκ τοῦ γὰρ φόβου εἰς τὴν ἀγάπην προβαίνει τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ Ἐκκλησιαστής φησιν, ἀπόστησον θυμόν σου ἀπὸ καρδίας σου· καὶ παράγαγε πονηρίαν ἀπὸ σαρκός σου. καὶ ἐν ταῖς παροιμίαις, πραΰθυμος ἀνὴρ καρδίας ἰατρός. σὴς δὲ ὀστέων καρδία αἰσθητική. καὶ πάλιν, ἀπόκρισις ὑποπίπτουσα ἀποστρέφει θυμόν· ὁ δὲ ὀξύθυμος πράσσει μετὰ ἀβουλίας. καὶ πάλιν, ἀνὴρ φρόνιμος πολλὰ ὑποφέρει. καί, ὁ μακρόθυμος ἀνὴρ πολὺς ἐν φρονήσει. ὁ δὲ ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων. καί, ἀνὴρ θυμώδης οὐκ εὐσχήμων. καὶ αὖθις, ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ἄφρων, σοφὸς δὲ ταμιεύεται κατὰ μέρος. καὶ πάλιν, μὴ σπεύσῃς ἐν πνεύματί σου θυμοῦσθαι, ὅτι θυμὸς ἐν κόλπῳ ἀφρόνων ἀναπαύσεται. καὶ πάλιν, ἄνθρωπος θυμώδης ἐκκαίει μάχην. οὐ γὰρ δυνήσεται ἄνθρωπος θυμώδης δικαιωθῆναι. καὶ αὖθις, ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ταράξει φίλους, καὶ ἀνὰ μέσον εἰρηνευόντων ἐμβαλεῖ διαβολήν. καὶ πάλιν, μὴ ἴσθι * ἑταῖρος ἀνδρὶ θυμώδει. φίλῳ δὲ ὀργίλῳ μὴ συναυλίζου, μήποτε μάθῃς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. καὶ ὁ Δαβὶδ περὶ τούτων φησί, θυμὸς αὐτοῖς κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς καὶ βυούσης τὰ ὦτα αὐτῆς. ὥσπερ γὰρ τὰ τῆς ἐχίδνης γεννήματα κατεσθίουσι τεκοῦσαν μητέρα, οὕτω λογισμὸς θυμώδης. ἡ προσευχὴ τοῦ θυμώδους, ὡς θυμίαμα ἐβδελυγμένον, καὶ ἡ ψαλμῳδία αὐτοῦ ὡς ἦχος ἀηδής. καὶ ὥσπερ λέων ἐν ζωγρείῳ κινεῖ τὰς στροφίγγας συνεχῶς, οὕτω καὶ θυμώδης ἐκκινεῖ λογισμοὺς ὀργῆς. καὶ ὥσπερ ἅρμα σφοδρὸν οὐ κινεῖ πύργον ὀχυρόν· οὕτω ψυχὴν ἀόργητον οὐ συναρπάζει θυμός. ὁ δὲ ἀπόστολος νουθετῶν φησιν, ἀπόθεσθε καὶ ὑμεῖς τὰ πάντα, ὀργήν,

A

De iracundia, siue indignatione, & animositate.

HOMILIA XXIV.

IAM de acriore illo impetu animi incandescentis, si quando te adorietur tentatio quæpiam, puta contradictio aut irritatio, quæ tibi aduersus vnum aliquem concitat animos: fac memineris orationis Dominicæ atque ipsius iudicij, & confestim inordinatus efferuescentis animi motus residebit & conquiescet. Isthæc enim præferuida intemperies animi, præter cæteras vitiosas affectiones, plus concitat turbarum. Nec B hoc solùm, sed & animam premit miserè & affligit continenter. Duo isti affectus, nempe ira & indignatio, nepotes vtique sunt matris vnius, eius quæ stultitia vocatur siue imprudentia. Ait enim: *Totum animum suum profert stultus.* Et, *Stultus ipso die prodit iram.* Qui igitur ab hac inuisa & hostili parente, quæ istos progenuit fœtus, disparari vult ac seiungi, seipsum vt vincat necesse est, in multa patientia & cordis lenitate, supplici prece ad Deum, suique ipsius abnegatione: & is iugo illo mox emancipa- C tur, fitque filius sapientiæ. Quid enim? Dei constituitur amicus, Deum obseruat venerabili cum timore: *Initium* siquidem *sapientiæ, timor Domini.* Et, *Qui diligitis Dominum, odite mala.* A timore enim Dei ad eius dilectionem, ordo est progressus. Sed & Ecclesiastes: *Aufer iracundiam à corde tuo, & remoue malitiam à carne tua.* In parabolis quoque: mansueti animi & placabilis vir cordis est medicus, tinea autem ossium, cor * sensitiuum. Rursum, *Responsio mollis auertit iram: qui præceps est ad iram, operatur sine consilio.* D Rursum, *Vir prudens multa suffert:* Et, *longanimis vir multæ est prudentiæ, pusillanimis autem, fortis est stultitia.* Et, *Vir iracundus neutiquam pulcher:* Et, *Totum animum suum profert stultus, sapiens autem reseruat per partem.* Iterum, *Ne sis velox spiritu ad irascendum, quia ira in sinu stultorum requiescit. Homo iracundus incendit pugnam, non enim poterit iracundus iustificari. Vir peccator turbabit amicos, & in medium pacem habentium immittet calumniam.* Inducit: *Ne fueris* * *socius viro iracundo, amico quoque furioso ne cohabites, ne fortè discas viam eius.* De eiusmodi etiam Dauid: *Furor illis secundùm similitudinem* E *serpentis, sicut aspidis surdæ & obturantis aures suas.* Quemadmodum enim viperæ fœtus matrem arrodunt suam, sic iracundi hominis cogitationes cor exedunt. Vt thymiama inamœnum & execrabile, ita istius concentus psalmorum, sonus insuauis. Quemadmodum leo in viuario continuè mouetur obliquis flexibus, ita iracundus secum versat cogitationes iræ. Sicut currus, turrim munitam non mouet loco: sic animum inirascibilem non abripit iracundia. Apostolus admonens ait: *Deponite & vos omnia, iram,*

Medicina spiritualis cōtra iracundiam.

Ira, stultitiæ filia est.

Psalm. 96.

Eccl. 11.

* καρδία αἰσθητική.

Prou. 14.

Prou. 15.

Eccl. 7.

Psal 57.

* φίλος.

indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro: Infert, *In pace enim vocauit nos Deus.* Iracundi enim, pro Christi inimicis habentur, ceu in alio dictum loco, *Cœperunt animo moueri principes.* Sed & Herodes videns quòd illusus esset a Magis, iratus est valde, & missis satellitibus occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, propter longè pretiosissimum margaritum cui vitam inuidebat: nempe Dominum Deum nostrum Iesum Christum, cui gloria in sæcula: Amen.

Matth. 2.

A θυμόν, κακίαν, βλασφημίαν, αἰσχρολογίαν, ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. καὶ ἐπιφέρει, ἐν γὰρ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός. οἱ γὰρ θυμώδεις εἰς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Χριστοῦ λογίζονται, ὡς καὶ ἐν ἄλλῳ εἴρηται, ἤρξαντο θυμοῦσθαι οἱ ἄρχοντες. καὶ ὁ Ἡρώδης ἰδὼν ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ἐθυμώθη λίαν. καὶ πέμψας ἀνεῖλεν πάντας τοὺς παῖδας τοὺς ἐν Βηθλεέμ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῆς, διὰ τὸν φθονούμενον καὶ πολύτιμον μαργαρίτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας,
B Ἀμήν.

De Tristitia.
Homilia XX.

Tristitia intempestiua est à Dæmone.

QVòd quis intempestiuo conficitur mœrore, ab ipso nostræ salutis æmulo Dæmone proficiscitur. In hoc enim instillat cordi importunam tristitiam, vt mentem à proposito auertat & amoliatur, orandi: ac proinde hominem ipsum infrugi reddat atq; inutilem. Neutiquam igitur admittenda est tristitia, nec eiusmodi suscipienda importuna ægritudo animi, vt ne inimicum impleas gaudio: quin potiùs calces obiiciendi, & reluctandum aduersus insidias furiæ istius inuentoris tristitiæ dæmonis. Si quando enim malignus hic spiritus clanculario quodam ambitu menti tuæ se insinuauerit, totam eam tetra caligine obscurabit, nec iam sinet preces absoluere te cũ alacritate spiritus; non sacræ lectioni permittet fixiùs vt assideas, idque magno tuo incommodo. Sic ægrescentem non sinit cum mansuetudine inserere se fratrum sodalitio: quin odium veriùs mẽti sic vitiatæ instillat, & ingignit aduersus propositi semel arrepti professionem. Omnia deniq; consilia quamlibet ea sint consentanea parandæ saluti & accommodata, semel vbi permiscuerit se mœror hic animam circumfundens, hominem reddit perinde ac vesanientem, mentéq; ac stupore captum, illi interdicens bona omni cõsuetudine ac fratrum congressu: adeò vt nec à germanè amicis exhibiti cõsilij salutaris sinat excipere sermones illos, sed ne etiã responso pacifico ac modesto dignatur: quin sic omnes animæ vires circũplexa semel tristitia, tota amarulẽtia complet atque insuaui intẽperie. Persuadet proinde homines vt vitabundus defugiat quasi authores suæ istius turbulẽtiæ. Neq; enim permittit vt agnoscat ægritudinẽ quæ se vrget, ab intimo prosilire animi recessu, sed externè. Tũc elucescit primùm veritas, cùm tentationes quę miserum inuaserãt, in apertam se proferunt lucem: quod sola cõtingit exercitatione. Tristitia igitur animæ est mœrentis deiectio. Os autem leonis, helluonis ritu nõ magno negotio absorbet mœrore tali cõfectum. Tristitia vermis est cordis, suammet exedens matrem. Neutiquam hęc experimento didicit, suauis quàm sit gustus mellis. Monachus mœrore intabescens, assimilis est ei qui exæstuanti febre laborat. Qui cõtinenti tristitia laborat monachus, nullo hic pacto mentem ad contemplationis surriget studium,

Tristitiæ definitio.

Περὶ λύπης. Λόγος κε'.

ΤΟ ἀκαίρως λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ φθονεροῦ δαίμονός ἐστιν. ἵνα γάρ πως ἀποσπάσῃ ἐκ τῆς προθέσεως τῆς εὐχῆς τὸν νοῦν, καὶ ἄκαρπον ποιήσῃ τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο ἐπιπέμπει αὐτῷ τὴν ἄκαιρον λύπην. οὐ χρὴ τοίνυν προσδέχεσθαι αὐτὴν, καὶ ἄχθεσθαι ἀκαίρως, καὶ πληροῦν τὴν χαρὰν τοῦ ἐχθροῦ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀ-
C νασφῆλαι ἐκ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλάστορος τοῦ τῆς λύπης δαίμονος. ὅταν γὰρ τὸ πονηρὸν τοῦτο πνεῦμα περιδράξηται τῆς ψυχῆς, καὶ ὅλην αὐτὴν σκοτίσῃ, οὐκ εὐχὰς ἐκτελεῖν μετὰ προθυμίας συγχωρεῖ, οὔτε ἱερῶν ἀναγνωσμάτων τῇ ὠφελείᾳ ἐγκαρτερεῖν· οὔτε πρᾶον καὶ εὐκατάμικτον πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ἀφίησιν. καὶ πρὸς αὐτὴν τοῦ βίου τὴν ἐπαγγελίαν μῖσος ἐμποιεῖ, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ σωτηριώδη βουλεύματα τῆς ψυχῆς ἡ λύπη συγχέασα, ὡς ἄφρονα ταύτην
D καὶ παράπληκτα ἀπεργάζεται, κωλύουσα πᾶσαν ἀγαθὴν συντυχίαν. καὶ οὐδὲ παρὰ τῶν γνησίων φίλων συγχωροῦσα δέχεσθαι λόγον συμβουλίας, οὐδὲ εἰρηνικὴν ἀπόκρισιν ἀφίησι τούτοις μεταδιδόναι· ἀλλὰ περιλαβοῦσα πᾶσαν τὴν ψυχὴν, πικρίας καὶ ἀηδίας αὐτὴν πληροῖ, καὶ πείθει αὐτὴν φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους, ὡς αἰτίους αὐτῇ τῆς ταραχῆς γινομένους. οὐ γὰρ συγχωρεῖ αὐτὴν ἐπιγνῶναι, ὅτι οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἔχει τὴν νόσον ἀποκειμένην. τότε δὲ φανεροῦται, ὅταν οἱ πειρασμοὶ ἐπελθόντες, διὰ τῆς γυμνασίας εἰς τὸ ἐμφα-
E νὲς ταύτην προαγάγωσιν. λύπη οὖν ἐστι κατήφεια μὲν ψυχῆς, στόμα δὲ λέοντος καταπίνον εὐχερῶς τὸν λυπούμενον. λύπη ἐστὶ σκώληξ καρδίας, κατεσθίων τὴν τεκοῦσαν μητέρα. οὐκ οἶδεν μέλιτος γεῦσιν ὁ λυπούμενος μοναχὸς, ὡς ὁ πυρέσσων σφοδρῶς. λυπούμενος μοναχὸς, οὐ κινεῖ τὸν νοῦν πρὸς θεωρίαν,

οὐδὲ προσευχὴν καθαρὰν ἀναπέμπει ποτὲ τῷ Θεῷ. ὁ κρατήσας παθῶν, ἐκράτησεν τῆς λύπης· ἡττημένος δὲ ἡδονῆς, οὐκ ἐκφεύξεται τοὺς δεσμοὺς αὐτῆς. ὁ λυπούμενος συνεχῶς, καὶ προσποιούμενος ἀπάθειαν, ὅμοιός ἐστιν νοσοῦντι, καὶ ὑγείαν ὑποκρινομένῳ. ὥσπερ γὰρ ὁ νοσῶν δηλοῦται ὑπὸ τῆς χροιᾶς, οὕτως ἐμπαθὴς ἐλέγχεται ὑπὸ τῆς λύπης. ὁ ἀγαπῶν τὸν κόσμον, λυπηθήσεται πολλά· ὁ δὲ καταφρονῶν τῶν ἐν αὐτῷ, εὐφρανθήσεται διὰ παντός. καὶ ὥσπερ χωνευτήριον καθαίρει ἀδόκιμον ἀργύριον, οὕτως ἡ κατὰ Θεὸν λύπη καρδίαν ἐνάμαρτον καθαίρει. καλὸν οὖν ἄγαν καὶ συμφέρον τῇ ψυχῇ, τὸ στερρῶς βαστάζειν πᾶσαν θλῖψιν, εἴτε παρὰ ἀνθρώπων, εἴτε παρὰ δαιμόνων ἐπαγομένην, καὶ εἰδέναι ἀκριβῶς, ὅτιπερ χρεῶσται ὑπάρχομεν τῆς καταπονήσεως. χρὴ οὖν ἐν προσευχῇ καὶ ὑπομονῇ ἀνθίστασθαι τῷ δαίμονι τούτῳ. ὁ γὰρ ἐκτὸς προσευχῆς καὶ ὑπομονῆς πειρασμοὺς νικῆσαι θέλων, οὐκ ἀπώσεται αὐτούς, ἀλλὰ πλέον ἐμπλακήσεται αὐτοῖς. οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς δι' ὑπομονῆς σὺν τῷ Δαβὶδ ψάλλομεν, ἵνα τί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου, καὶ ἵνα τί συνταράσσεις με; ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεόν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, σωτήριον τοῦ προσώπου μου, καὶ ὁ Θεός μου. ἀμήχανον γάρ ἐστιν χωρὶς λύπης παρελθεῖν τὸν ἐμπαιδευόμενον τοῖς πειρασμοῖς. ἀλλὰ μετὰ ταῦτα, πολλῆς χαρᾶς πληροῦνται οἱ τοιοῦτοι (μάλιστα ἐὰν δι' εὐχῆς καὶ ὑπομονῆς ἑαυτοὺς καθοπλίσωσιν) καὶ δακρύων γλυκέων, καὶ νοημάτων θείων, ὅσοι ἐγκαρτέρησαν τὸν πόνον καὶ τὴν θλῖψιν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. ἐν γὰρ ταῖς θλίψεσιν, τοῖς ἀθλοῦσιν οἱ στέφανοι. ἐπεὶ ἐὰν χαυνωθῇ ὁ λογισμὸς ἐκ τῆς εὐχῆς, ἄρχεται ἡ λύπη κατεσθίειν τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, ὡς εἴρηται, ὥσπερ σὴς ἱμάτιον, καὶ σκώληξ ξύλον· ἐν τοῖς ὀστέοις αὐτοῦ γενομένη. καὶ εὑρίσκεται ὁ ἄνθρωπος σκυθρωπὸς ἐν σκοτώσει λογισμῶν. διὰ τοῦτο καὶ ἡ γραφὴ παραινεῖ λέγουσα, λύπην μακρὰν ἀπόστησον ἀπὸ σοῦ· πολλοὺς γὰρ ἀπέκτεινεν ἡ λύπη, καὶ οὐκ ἔστιν ὠφέλεια ἐν αὐτῇ· καί, ἀπὸ λύπης ἐκβαίνει θάνατος· καί, λύπη καρδίας, κάμψει ἰσχύν. καὶ ἐπάγει, μὴ δώσῃς λύπην τῇ καρδίᾳ σου, ἀλλὰ ἀπόστησον αὐτήν, μνήσθητι τὰ ἔσχατα αὐτῆς. ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ ταύτην τὴν λύπην. καὶ μὴ λύπει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κατοικοῦν ἐν σοί· μή ποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν.

A neque ad orationem ſinceram quæ ad Deum deſtinetur, mentem reflectet. Victor paſſionũ, vtique victor triſtitiæ eſt. Quem vicit voluptas, is non facilè effugerit triſtitiæ vincula. Qui cõtinenti triſtitia cõficitur, cúmque hac perfectę animæ tranquillitatem ſibi vt comparet, adnititur; aſſimilis eſt ei qui ægreſcit quidem, ſed ſimulatione ementitur habere ſe ſanitatem. Quemadmodũ vel colore quis ſe prodit, morbo ſi premitur: ita qui perturbatione animi quapiã agitatur, triſtitię cõuincitur argumẽto. Qui mundum diligit, is neceſſe ſit vt ſubinde contriſtetur & mœreat: qui autẽ quæ in mun- B do ſunt bona, ne tantilli quidem ducit, iugi lætitia perfruetur. Quemadmodum conflatoria ars ex plumbi materia detrahit iugi cõflatione & imminuit: ita & triſtitia mundi iſtius mentem atterit. Vt argẽtum alioqui reprobum colluſtrat cõflatorium & purius reddit; ſic triſtitia quæ ſecundùm Deum eſt, cor expiat, licèt occalluerit peccati ſcoria. Sanè egregium eſt & animæ conducit non mediocriter, omnẽm inuectam afflictionem forti perferre animo, ſiue improbitate hominum ea infligatur impreſſio, ſiue aſſultus hic incentore dæmone irrogetur, ſed & noſſe te exactiùs conuenit nos iſtius C debitores eſſe ærumnæ & afflictionis. Opus igitur huic vt obluctemur ſæuo dæmoni, præſidio ſubnixi & orationis & patientiæ: nam qui tentationum iacula à ſe depellere quidem vult, nec fulcit ſe armis orationis & patientiæ, adeò à ſe non profligat eas, vt etiam illis perplexiùs inuoluatur. Nos igitur cum beato Dauid tolerãtes afflictionem, pſallamus; *Vt quid triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniã confitebor ei: ſalutare vultus mei & Deus meus.* Neque enim qui tẽtationem vibramentis eruditur, poſſibile ſit quin mœreat ac triſtetur. At- D que patienter tolerato agone, tales non mediocri perfunduntur gaudio; maximè ſi ſeipſos armis communierint orationis, patientiæ, & dulcium lacrymarum, necnon intelligentia diuinæ Scripturæ. Quanticumque enim ſunt quos labor & afflictio exercuere in cordibus ſuis? Iure quidem: Coronæ enim agonem fortiter ſuſtinentibus concinnantur. Quòd ſi mens inertia animi eneruetur, mox triſtitia arrodere incipit hominis cor, iuxta ſententiam ſuperiorem; ceu aſſolet pallium exedere tinea, vermis lignũ in ligni oſſibus prognatus. Deprehenditur homo E tunc in denſiſſima verſari caligine cogitationum. Ob hoc vnum admonet ſcriptura, dicẽs, *Triſtitiam longè auerte à te: multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in ea.* Et, *Ex triſtitia prouenit mors.* Et, *Triſtitia cordis inclinabit & emollìet robur.* Inducit: *Ne des in triſtitiam cor tuum, ſed aufer eam abs te, memento nouiſſimorum eius.* Auerte igitur abs te triſtitiam hanc, & ne contriſtes Spiritum ſanctum qui in te habitat, ne fortè interpellet Deum & recedat à te. Spiritus enim Dei qui in hanc etiam carnem ſe effudit, triſtitiam non fert, neque animi anguſtiam.

Qui à voluptate vincitur, facilè vincetur à triſtitia.

Triſtitiæ medetur oratio & patientia.

Triſtitia ſequitur inertiam.

Eccleſ. 30.

Spiritus Dei fugatur triſtitia.

Circunda igitur tibi hilaritatem, quæ omni tempore promeretur gratiam apud Dominum, & delectare in ea: Hilaris enim vir bona quidem operatur, & nihili ducit tristitiam, vir autem turbulentus ac tristis, malignè agit semper. Et quidem primùm, malignè agit, Spiritũ sanctum mœstificat, qui homini datus est hilaris. Huc accedit, quia preter hoc iniquitatem is operatur dum Domino confitetur: neque enim viri istius sic turbulenti interpellatio vim vllam obtinet diutiùs persistendi ante altare Dei. Assidet enim interpellationi eius spiritus tristitię, non finẽs puram esse diutius eius interpellationem ante altare Dei. Vt enim acetum vino vnà si immisceatur, nihil adfert iucundi gustus: ad eundem modum, tristitia mistim inserta Spiritus sancti domicilio, collocutionem reddit inamœnam. Profuerit igitur tristitiam eiusmodi à sè excutere, séque amicire totius indumento hilaritatis. Itaque ab hac tristitia extorres, nos

2.Cor.7. studio omni constituamus, quæ tristitia est mũdi: *Quæ autem secundùm Deum est tristitia*, iuxta Apostoli Pauli sentẽtiam, *pœnitentiam operatur ad salutem*, nec sanè pœnitẽdam aut aspernabi-

Prou.10. lem: tristitia mũdi è diuerso operatur mortem. Parœmiastes: *Benedictio Domini super caput iusti, nec apponetur ei tristitia in corde.* Rursus: *Cor gau-*

2.Cor.1. *dens & hilare, bonam parit valetudinem, tristis autem viri exsiccantur ossa.* Paulus item: *Non enim vos volumus ignorare (fratres) de tribulatione nostra quæ facta est nobis in Asia, quia supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos*

Psal.31. *etiam viuere, sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus*, Cum beato igitur Dauid dicendum nobis: *Miserere mei (Domine) quoniam tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, quoniam afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à*

Ioan.15. *gemitu cordis mei.* Et: *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici & à tribulatione peccatoris.* Sed, *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.* Et: *Ne auertas faciem tuã à puero tuo, quoniam tribulor, velociter exaudi me: Tu* enim *refugium meum es à tribulatione quæ circundedit me: Intreeat in cõspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuã ad precem meam.* Is tristitię iugo exemptus cùm esset, multa cum alacritate dicebat: *Dominus de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum.* Et: *Quid retribuam*

Psal.115. *Domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* quia de *tribulatione inuocaui eum, & exaudiuit me in latitudine.* Sed & Dominus discipulis suis dicebat, *Amen dico vobis, quia plorabitis & lugebitis vos, mundus autem gaudebit:* Quin & parabolicè de puerpera quòd tristitiam habeat,

A ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἐντρύφα ἐν αὐτῇ. ὁ γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης. ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ, πάντοτε πονηρεύεται. πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἱλαρόν. δεύτερον δὲ λοιπὸν ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐξομολογούμενος τῷ Κυρίῳ. τοῦ γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. ἐγκάθηται γὰρ ἡ λύπη εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. μεμιγμένη

B οὖν λύπη μετὰ τῆς ἐντεύξεως οὐκ ἀφίησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν πρὸς τὸ θυσιαστήριον. ὥσπερ γὰρ ὄξος καὶ οἶνος μεμιγμένος ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν· οὕτως καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχει. καλὸν οὖν ἐστιν ἀποβαλεῖν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐνδύσασθαι πᾶσαν ἱλαρότητα. ταύτης οὖν τῆς λύπης πάσῃ σπουδῇ ἐκτὸς γενώμεθα, ὅτι κατὰ κόσμον ἐστίν. ἡ δὲ κατὰ Θεὸν λύπη, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κα-

C τεργάζεται· ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη θάνατον κατεργάζεται. καὶ ὁ παροιμιαστής, εὐλογία Κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου, [αὕτη πλουτίζει,] καὶ οὐ μὴ προστεθῇ αὐτῇ λύπη ἐν καρδίᾳ. καὶ πάλιν, καρδίας εὐφραινομένης εὐεκτεῖν ποιεῖ. ἀνδρὸς δὲ λυπηροῦ ξηραίνεται τὰ ὀστᾶ. καὶ ὁ Παῦλος, οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ· ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρύνθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινούς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεός. καὶ ἡμεῖς οὖν σὺν τῷ

D Δαβὶδ εἴπωμεν, ἐλέησόν με Κύριε, ὅτι θλίβομαι· ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, ὅτι ἐκακώθην, καὶ ἐταπεινώθην ἕως σφόδρα· ὠρυόμην ἀπὸ στεναγμοῦ τῆς καρδίας μου, καὶ ἐλυπήθην ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου, καὶ ἐταράχθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, καὶ ἀπὸ θλίψεως ἁμαρτωλοῦ. ἀλλὰ σῶσόν με ὁ Θεός, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ὕλην βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. καὶ, μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τοῦ παιδός σου· ὅτι θλίβομαι, ταχὺ ἐπάκουσόν μου. σὺ γάρ μου εἶ κα-

E ταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως τῆς περιεχούσης με. εἰσελθέτω ἐνώπιόν σου ἡ προσευχή μου· κλῖνον τὸ οὖς σου εἰς τὴν δέησίν μου. καὶ ὅτε ἀπηλλάγη ἀπὸ τῆς λύπης, ἀγαλλιῶν λέγει, Κύριος ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν τοῦ ἀκοῦσαι τοῦ στεναγμοῦ τῶν πεπεδημένων, τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων· καί, τί ἀνταποδώσω τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; ὅτι ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην αὐτόν, καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν. καὶ ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἔλεγεν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς, ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται. καὶ παραβολικῶς περὶ τῆς τικτούσης, ὅτι λύπην ἔχει

καὶ ἐπάγει, οὕτως καὶ ὑμεῖς μὲν λύπην ἕξετε, πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ τοὺς ἐν θλίψει χαροποιοῦντι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ ἀκηδίας. Λόγος ϛʹ.

ΔΕΙΝΟΣ καὶ οὗτος ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων, καὶ οὗτος συνεργὸς καὶ σύζυγος ὑπάρχει τοῦ πνεύματος τῆς λύπης, καὶ σφόδρα βαρύτατος· ὅστις περὶ ὥραν ἕκτην ἐμπίπτει τῷ μοναχῷ, ἀγωνίαν αὐτῷ ἐμποιῶν, καὶ ἀπεχθῶς ἔχειν πρὸς τὸν τόπον, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς τοὺς συνδιατρίβοντας ἀδελφούς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον, καὶ πρὸς τὴν θείαν γραφήν, ἀηδίαν καὶ χάσμην πυκνοτάτην ἐμποιεῖ. πρὸς τούτοις, καὶ πεῖναν πολλὴν παρέχει· καὶ ὧδε κἀκεῖσε στρεφόμενον καραδοκοῦντα τὴν ὥραν τῆς ἑστιάσεως. καὶ λαβὼν βιβλίον ἀναγινώσκει μικρόν· καὶ πάλιν τίθησιν αὐτό, καὶ ἄρχεται τρίβειν τὴν ὄψιν, καὶ ταῖς θυρίσιν ἀτενίζειν· καὶ αὖθις ὀλίγον ἀναγινώσκειν, εἶτα μετρεῖν τὰς τετράδας, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐπιζητεῖν τῶν κεφαλαίων τῆς βίβλου. τέλος πτύξας τὸ βιβλίον κοιμᾶται· μικροῦ δὲ ὕπνου διαλαβόντος, πάλιν ἀνίσταται· ταῦτα δὲ ποιεῖ, βουλόμενος ἀναλίσκειν τὰς ὥρας· ποτὲ δὲ ἀκούσῃ τοῦ σημαντῆρος τοῦ ἀρίστου, ἀκούσας δὲ εὐπρόθυμος γίνεται, εὑρίσκεται δὲ καὶ εἰς διακονίαν ὀξύς, καὶ ἐντολὴν λογίζεται τὴν ἑαυτοῦ πληροφορίαν. λοιπὸν δὲ οὗτος ὁ τῆς ἀκηδίας δαίμων ὑποβάλλει αὐτῷ καὶ λογισμοὺς μεταβάσεως, καὶ ὡς εἰ μὴ μεταστήσῃ ἑαυτὸν πρὸς τόπους ἑτέρους, πᾶς ὁ χρόνος καὶ ὁ πόνος μάταιος αὐτῷ γενήσεται. εἶτα ὑποτίθεται αὐτῷ, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ τρόπῳ δυνήσεται τῆς νόσου ταύτης ἀπαλλάττεσθαι, εἰ μὴ διὰ τὸ συνεχῶς ἐξέρχεσθαι, καὶ παραβάλλειν ἀδελφοῖς, δῆθεν ὠφελείας, ἢ ἐπισκέψεως ἀσθενούντων χάριν, καὶ εὑρίσκεται ὥσπερ φρύγανον ἐρημίας· ὀλίγον ἡσύχασε, καὶ πάλιν ὑπὸ ἀνέμου ἐλαύνεται. καὶ ὥσπερ φυτὸν μέγα ἀφαιρούμενον, οὕτω καὶ μοναχὸς γυρευτὴς οὐκ οἴσει καρπὸν ἀρετῆς· καὶ ὥσπερ νεφέλη ἄνυδρος ὑπὸ ἀνέμου διώκεται, οὕτω μοναχὸς μὴ ἔχων ὑπομονὴν ὑπὸ πνεύματος ἀκηδίας. καὶ ὅταν δὲ καὶ μὴ δυνηθῇ ἐκβαλεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς κέλλης, ἄρχεται αὐτὸν ἐν αὐτῇ περισπᾶν ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς συνάξεως,

A inducit: *Sic & vos nunc quidem tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

De Acedia.

Homilia XXVI.

HIc etiamnum dæmon accedia planè intolerandus, cooperarius cùm sit & nihilo B dispar spiritui tristitiæ: est alioqui ea sua grauitate modestior, vt cùm circa horam sextam, velut ex insidiis assilit monacho, tædiosam ac formidabilem agoniam illi incutiens, vsque adeò vt vel locum oderit, veriùs autem fratres ipsos inuisos habeat quibuscum viuit communiter. Quid? ad opus quodlibet, ad diuinæ scripturæ lectionem, nescio quam illi ingerit insuauem & hiulcam oscitationem. His adde, esuriem suggerit, tempore prolixiore sustinendam. Ad eum modum supinus ille ac securus, boni operis scopum vnicum spectat; nempe C horam sumendæ alimoniæ. Interim tamen sumpto in manus libro legit nonnihil, quem & ordine suo locat: mox oculorum aciem intēdere incipit, inque fenestras propiùs defigit. Quiddam rursùs legit: deinde suos admetitur & enumerat quaterniones: Plicato mox libro obdormiscit: somni aliquantùm vbi decerpsit, rursus assurgit experrectus. Hæc eò facit vt horas deterat ac temporis fallat prolixitudinem. Atqui audito primùm signifero & indicio prādij, quàm alacer, quàm exprompitus eò prouolat? Inuenitur proinde & is ad ministran- D dum haud segnis, certò sibi promittens, eiusmodi munus loco mandati imputatum iri. Subinde tali suggerit dæmon hic acediæ cogitationum intempetiem: nempe aliò vt emigret, & quia tempus omne & labor omnis vacua sibi erunt frugis bonæ & inania, ni se ad alia conferat loca. Consilium rursus nouat misero isti, quia alio nullo pacto potest morbi sic perniciosi defungi intemperie, nisi continenter euagetur & commeet, séque recipiat ad fratres, quasi verò fiat id ob publicam vtilitatem procurandam, aut certè infirmos vt E inuiset. Is tandem nihil dissimilis comperitur virgulto deserti, quod vbi aliquantum interquieuit, rursus huc illuc aspiratione ventorum perpellitur. Aut certè, quemadmodum planta quæpiam procerior & exolescens genitali loco emota, ita & monachus gyrouagus, ne vnius quidem virtutis frugem referet. Quemadmodum item nubes nullo aquæ humore concreta, venti agitatione percellitur, ita monachus spiritu agitatus accediæ, nullam habet solidam requiem. Si quando dæmon hic ex adyto cellę illum non quiuerit extrudere, tunc hora maximè communionis ipsum adoritur, vt eius mentem dissipet & in diuersa abripiat:

ἀκηδία, quid; Thom. 2.2. q. 35

Acediosi monachi descriptio.

Acediosus monachus, errat semper & vagatur.

Monachus errro, non proficit in virtutibus.

A In Esaia: *Et disperdam omnes superbos.* Psaltes regius: *Ideò tenuit eos superbia in finem, quia operti sunt iniquitate & impietate sua.* Et: *Defecerunt & perierunt propter impietatem suam.* Et: *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.* Vnde & omni studio vsi sunt, sancta tua vt demolirentur, sanctuaria tua in solitudinem redigerent. Cæterùm, tu alleua manus tuas in superbias eorũ in finem, vt confundantur superbi, quia iniustè & iniquè egerunt cõtra nos. Semper enim superbi isti, quemadmodum patres eorum in eremo, nimiùsquam præuaricati sunt legem tuam. Atqui seruus tuus Dauid non declinauit à lege tua, nec cum *superbo oculo & insatiabili corde* si-B mul edebat, & nec omnino talis habitabat *in medio domus* illius, cogitatio videlicet vlla resipiens superbiam. Parœmiastes: Timor Domini odit malitiam, contumeliámque, & superbiam, ac vias prauas. Inducit: *Quanto maior es, tanto humilia teipsum, & inuenies gratiam in conspectu Domini.* Et: *Ne exaltes teipsum, vt ne cadas, quia odibilis ante Dominum & homines omnis superbus.* Iacobus: *Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Infert: *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet.* Timeamus itaque, fratres) & omni custodia cor hoc nostrum liberum conseruemus, ac purum exitialis & C mortiferi spiritus superbiæ. Si quando enim illius tyrãnis aduersus miserabilẽ prorsus animã inualuerit, haud secus facit ac si tyrannus quispiam supra modum ferox & immanis, vnam aliquam ciuitatem & amplitudine loci & situs sublimitate celebrem velut per manus captam à fundamentis totam subruit, æquatam solo, suffodit. Longè & hoc omni comploratione dignissimum: Execrabilis siquidem dæmon hic, viros (vt mihi dictum est) in perfectionis culmine iam constitutos, ac maximè, qui sublimis theoriæ merito ad cœlorum vsque fa-D stigium conscendisse videbantur, modis omnibus admolitur vt subruat ac præcipitet. Sed ne illos quidem post lapsum sinit ad pœnitentiæ portum ceu postliminio reuerti. Quo enim pacto isti ad pœnitudinis ac resipiscentiæ sinum se conferant, qui totum diabolum in se excipientes per superbiam, Deum per hoc colluctatorem sibi cõstituêre & aduersarium? Nos igitur humilitatis prȩsidio subnixi, principem hunc superbiæ omnis à nobis quàm longissimè profligemus & amoliamur, nobiscum taciti E mussitantes illud Apostoli elogium, quũ quidpiam operis confecerimus virtutis nomine dignum: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Iterum: *Non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Sed & illud a Domino dictum arcana cogitatione aduersum superbiæ tentationem admurmurandum venit: *Sine me nihil potestis facere.* Ita enim ab eodem Domino promerebimur audire & illud. *Videbam Satanam tãquam fulgur de cœlo cadentem: Ecce dedi vobis potestatem calcãdi super serpentes & scorpionem & super omnem virtutem inimici.* Clementem & benignum Deum addecet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Psal.72.

Iac.4.

Suberbi via ad pœnitentiam redeunt.

1.Cor.15.

Luc.10.

A

De specie superbiæ, qua quis de se quàm sit par, sentit altiora.

HOMILIA XLV.

QVI de se, quàm æquum sit, sentit altiora, complex vtique superbi est, & eodem conspirat. Ad vaniglorium tamen collatus nonnihil euariat & abit diuersus. Et quidem vnius arboris quum sint rami, fructus vtriusque, habent discerniculi aliquid. Nam hic, vt ne videatur, propendet in terram decliuis: ille verò vanæ gloriæ ramus in cœlum vsque prospectat. Hic, fidem vt commodet vanis, mirè alacer ac credulus: ille, ad consectanda gulæ irritamenta agilis admodum & expromptus. Vis dicam? Planè infrugi isti fructus & inutiles. Qui enim animas nostras infensè oderunt dæmones, quibusdam insusurrant ac suggerunt, quasi gratuiti beneficij loco nobis eam instillent & conferant animi inflationem. Deinde vt indulgentiùs solito nos ipsos laxemus, adhortantur. Quòd si animo præmolliti, locum cesserimus stultæ isti de nobis existimationi; nihil est quod deinceps inimici laborent vt nos in captiuitatem abducant. Prouidendum igitur ne vel tempore orationis nostræ ipsi occasionem vllam insultandi nobis demus inimico: quod fit dum extrahimur mente, & per eorum suggestionem absurdis prorsum & externis inescamur cogitationibus, quemadmodum docet Parœmiastes: *Noli altum sapere, & ne sis iustius multum: & ne sapias superflua, ne fortè declines.* Et: *Altam qui facit domum suam, quærit contritionem: qui autem renuit discere, incidet in mala.* Rursum: *Immundus est apud Dominum omnis qui alto est corde.* Iterum: *Ne gloriosus appareas coram rege, & in locis principum ne steteris, melius enim vt dicatur tibi, ascende ad me, quàm vt humiliet te coram principibus.* Alius: Ne gloriemini & ne loquamini sublimia ad fastum, neque egrediatur verbum iactantiæ de ore vestro. Paulus quoque Timotheo ait: *Dominis huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo qui præstat nobis omnia abundè.* Alibi: *Fratres, non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Romanis item: *Dicis ergo mihi, fracti sunt rami vt ego inserar: bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas, noli altum sapere sed time: si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat.* Nos igitur sinceriter ea ipsa quæ opere perfecit Dauid, melico concentu emodulemur: *Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me, sed humiliter sentiebam, sicut ablactatus super matrem suam.* Consimilem in modum, cum tribus illis pueris: *Quia Domine imminuti sumus super omnes gentes, & sumus humiles hodie propter peccata nostra.*

Prou.17.

Rom.11.

Psal.130.

Περὶ ὑψηλοφροσύνης.

Λόγος με΄.

ΟΥψηλόφρων ἕτερος μέν ἐστι τοῦ ὑπερηφάνου· παρήλλακται δὲ πρὸς τὸν κενόδοξον. ἑνὸς γὰρ δένδρου κλάδοι εἰσίν, ὁ δὲ καρπὸς ἐνηλλαγμένος· ὁ μὲν τῷ δοκεῖν κεκυφώς, ὁ δὲ μετεωρόκλαδος. καὶ ὁ μὲν πιστακοκενός, ὁ δὲ καρυόκουφος· ἀμφότεροι δὲ ἄχρηστοι. οἱ δὲ μισοῦντες τὰς ψυχὰς ἡμῶν δαίμονες ὑποτίθενταί τισιν ὥστε τινὰ φυσίωσιν ἡμῖν χαρίσασθαι· εἶτα πρὸς ταύτην ἡμᾶς διαλυθῆναι προτρέπουσιν. ἐὰν τοίνυν χαυνωθέντες τῇ οἰήσει, δῶμεν τόπον τῇ ὑψηλοφροσύνῃ, οὐ κάμνουσιν λοιπὸν οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν αἰχμαλωτίσαι ἡμᾶς. μὴ οὖν γινώμεθα δοξοχαρεῖς, καὶ ὑψηλόφρονες, ἵνα μὴ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ νώτου, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ προσώπῳ ἡμῶν τεκταίνωσιν οἱ ἁμαρτωλοί, καὶ γινώμεθα ἐπίχαρμα αὐτοῖς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς, ἐξελκόμενοι, καὶ δελεαζόμενοι ὑπ' αὐτῶν ἐν λογισμοῖς ἀλλοκότοις· καθὼς καὶ ὁ παροιμιαστὴς διδάσκει ἡμᾶς, μὴ ὑψηλοφρόνει φησίν, καὶ μὴ γίνου δίκαιος πολύ, καὶ, μὴ σοφίζου περισσά, μήποτε ἐκκλίνῃς. καὶ, ὁ ὑψηλὸν ποιῶν τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, ζητεῖ συντριβήν· ὁ δὲ σκολιάζων τοῦ μαθεῖν, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. καὶ πάλιν, ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίου, πᾶς ὑψηλοκάρδιος. καὶ αὖθις, μὴ ἀλαζονεύου ἐνώπιον βασιλέως, καὶ ἐν τόποις δυναστῶν μὴ ἐφίστασο. κρεῖσσον γάρ σοι ῥηθῆναι, ἀνάβηθι πρός με, ἢ ταπεινῶσαί σε ἐνώπιον δυναστῶν. καὶ ἄλλος, μὴ καυχᾶσθε, καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλὰ εἰς ὑπεροχήν, μηδὲ ἐξελθέτω μεγαλορρημοσύνη ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. καὶ ὁ Παῦλος Τιμοθέῳ φησίν, τοῖς πλουσίοις ἐν τῷ νῦν αἰῶνι παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι· ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ, τῷ παρέχοντι πάντα ἡμῖν πλουσίως. καὶ ἑτέρωθι, ἀδελφοὶ μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. καὶ Ῥωμαίοις, ἐρεῖς οὖν μοι, ἐξεκλάσθησαν κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ, καλῶς, τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν· σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας· μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ Θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδέ σου φείσεται. ἡμεῖς οὖν μετὰ τοῦ Δαβὶδ διαπραξώμεθα, εἰλικρινῶς μετὰ τοῦ Δαβὶδ ψάλλωμεν, Κύριε οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. ἀλλ' ἐταπεινοφρόνουν ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. ὡσαύτως καὶ μετὰ τῶν τριῶν παίδων, ὅτι δέσποτα ἐσμικρύνθημεν παρὰ πάντα τὰ ἔθνη, καί ἐσμεν ταπεινοὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ σήμερον, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν.

B C D E

τίς γὰρ καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν τὴν καρδίαν; ἢ τίς παρρησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτιῶν; ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς Κύριε, Κύριε τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστιν. Ταύτην οὖν ἐν εἰλικρινεῖ καρδίᾳ ἀναμέλποντες τοῦ Θεοῦ τὴν ᾠδὴν, ἀκουσώμεθα παρ' αὐτοῦ, ὅτι ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, οἱ δὲ ὑψηλοφρονοῦντες, ἐλεγχθήσονται. ὡς οἱ Φαρισαῖοι παρὰ τοῦ Σωτῆρος, λέγοντος πρὸς αὐτοὺς, ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ Θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι τὸ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλὸν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. λέγει δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ. Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ στραφῆτε, καὶ γένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ ἐπιφέρει, ὅστις οὖν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον, οὗτός ἐστιν ὁ μείζων εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A *Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? Aut quis profitebitur purum se esse à peccatis? Si enim iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? quia apud te propitiatio est.* Vt hanc planè melicam harmoniam recinentes corde sincero, ab ipso Domino audire promereamur: *Qui se humiliat, exaltabitur*: & qui de se quàm par sit, sublimius aliquid sentiunt, coarguentur. Vt & Pharisæi ab ipso Saluatore nostro: qui & illis dixit: *Vos estis qui iustificatis vosipsos in conspectu hominum: Deus autem nouit corda vestra, quia quod inter homines altum videtur, abominatio est* B *apud Deum.* Dicit proinde discipulis suis: *Amen amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum.* Infert: *Quicunque igitur humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.* Ipsi gloria in sæcula. Amen. *Luc. 6.* *Matth. 18.*

Περὶ τοῦ μὴ μεγαλοφρονεῖν περὶ ἑαυτοῦ.

Λόγος μϛ'.

ΚΑΙ τὸ μεγαλοφρονεῖν περὶ ἑαυτοῦ, ψεκτὸν καὶ ἀπηγορευμένον εὑρίσκομεν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. ὁ τοιοῦτος ἐν τοῖς ἄφροσι τέτακται, μᾶλλον δὲ ἐν τοῖς μωροῖς. φησὶν γὰρ, μωρὸς, καθ' ἑαυτὸν φρόνιμος. μὴ οὖν κρατήσωμεν, ἀγαπητοὶ, τὸ μάταιον τοῦτο φρόνημα· ἀλλὰ μᾶλλον κατέχωμεν τὰς διδασκαλίας τῶν πνευματοφόρων ἀνδρῶν, τουτέστιν τὴν ταπεινοφροσύνην, καὶ βαίνωμεν κατόπισθεν αὐτῶν, καὶ μὴ ἐπαιρώμεθα ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν τὸ παράπαν ἔν τινι, ἢ ἐν ἔργῳ, ἢ ἐν ἐπιτηδειότητι, ἢ ἐν διαταγῇ, ἢ ἐν διοικήσει πραγμάτων, ἢ ἐν λόγῳ σοφίας, ἢ ἐπινοήμασι γραφικοῖς, μήποτε τὸν Θεὸν παροργίσωμεν, καὶ τῷ πνεύματι τῆς βλασφημίας περιπέσωμεν κατὰ νοῦν. καλὸν δὲ μανθάνειν μᾶλλον, κἂν λίαν τις φρόνιμος τυγχάνει. ἡ γὰρ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ, ὠφελιμωτέρα ἐστὶ τῆς ὑμετέρας φρονήσεως. καλὸν δέ ἐστιν πάντα ἐνεργῶς λαλεῖν. ὁ γὰρ ἐκτὸς ἔργου σοφιζόμενος, καὶ λέγων λόγον, ἐξ ἀδικίας πλουτεῖ. καὶ οἱ πόνοι αὐτοῦ, εἰς οἴκους ἀλλοτρίους εἰσέρχονται κατὰ τὴν γραφήν. πρῶτος ὁ παροιμιαστὴς παραινῶν λέγει, ἔσο πεποιθὼς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ σου ἐπὶ Κύριον· ἐπὶ δὲ τῇ σοφίᾳ μὴ ἐπαίρου. καὶ μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. φοβοῦ δὲ τὸν Κύριον, καὶ ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἔκκλινον καὶ μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον. οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. καὶ αὖθις,

Apud temetipsum ne quid de te magni concipias.

C HOMILIA XLVI.

MAGNVM quiddam de se sentire, aut insolescere, & sibi placere, vituperabile est. Eiusmodi elatione animi insolescentis sacræ scripturæ decreto interdicimur, cùm talis iure in sensu numeretur imprudentium, magis verò stultorum. Ait enim: *Stultus apud semetipsum videtur sapiens.* Nihil igitur (charissimi) nobis sit curæ, flaccidam hanc & inanem assequi prudẽtiam, magis verò illorum doctrinam virorũ quos Spiritus afflauit, in armariolo memoriæ pressiùs recondamus, puta modestiam D animi quàm humillima de se sentientis: atque eorundem ingrediamur vestigiis; nec vllam ob rem corde efferamur aut insolescamus omninò, non propter operis solertiã, idoneitatẽ siue industriam, ordinem, iurisdictionem siue rerum administrationem, non ob sermonem sapientiæ, siue multiplicem scripturarum intelligentiam, ne fortè Domini aduersus nos prori- temus iram & exasperemus; qua fiat, vt mente emota sinamur in spiritum deuolui atque incidere blasphemiæ. *Blasphemia spiritus sequitur superbiã.* Sanè præstiterit, te vt tradas in discipulum, tametsi multa obrueris prudentia. Dispensatio enim Dei, cõparabiliter commodior atque vtilior est, nostra hac qualicumque prudentia: longè enim per omnia plùs adfert emolumenti, si efficaciter loquaris. Dum enim doces sapientiam, aut sermonem edisseris absque operis suffragio, ditescis quidem tu, sed de iniquitate. Atqui tui isti labores, iuxta scripturam, in alienas commigrant domos. Primus Parœmiastes per admonitionem dicit: *Esto fiduciam habens ex toto corde tuo in Dominum, ob tuam autem sapientiam ne eleueris.* Et: *Ne sis prudens apud temetipsum, time verò Dominum & declina ab omni malo.* Et: *Ne glorieris in crastinum, non enim scis quid paritura sit crastina dies.* Rursus: *Prou. 3.*

Fili, si sapiens fueris, tibimetipsi sapiens eris & pro- A
Prou.9. *ximo: si autem malus euaseris, solus hauries mala.* Iterum: *Vidi virum qui apud semetipsum videbatur esse sapiens, spem præ illo habebat stultus.* Rursum: *Sapiens apud semetipsum vir diues, pauper autem intelligens condemnabit eum.* Item: *Filius malus sublimes habet oculos, palpebris autem suis*
Iac.4. *extollitur.* Scribit & Iacobus: *Nunc autem exultatis in superbijs vestris.* Omnis exultatio talis maligna est. Eodem conspirat illud Pauli: *Noli-*
Esa.5. *te esse prudentes apud vosmetipsos, & in conspectu*
1.Cor.2. *vestro scientes.* Psaltes item regius: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Et: B *Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.* Corinthiis per Epistolam Paulus: *Et ego,* ait, *quando veni ad vos (fratres) non veni in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis mysterium Christi: non enim iudicaui me aliquid scire inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum: & ego in infirmitate & in timore & tremore fui apud vos.* Inducit: *Non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo, non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter exa-* C *minatur: Spiritualis autem diiudicat omnia, & ipse*
2.Cor.3. *à nemine iudicatur.* Rursum: *Confidentiam talem habemus ad Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis ipsis: sed idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera sed*
Philip 3. *spiritus: Littera enim occidit, spiritus autem viuificat.* Iterum: *Ego me ipsum nondũ arbitror cõprehendisse: Vnum autem, ea quæ sunt retro, obliuiscens: ad ea verò quæ sunt priora, extendens meipsum.*

Sanè hanc Apostoli modestiam sese ad eum modum demittentis pro virili (fratres) imitemur ac desinamus magnificè de nobisipsis sen- D tire ob qualemcúnque nobis indultam sapientiam & intelligentiam, parabola exteriti quam induxit Dominus de Pharisæo sese gloriosiùs venditante, atque Publicano.

Ait enim; *stans Pharisæus apud semetipsum hæc orabat: Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, aut etiam vt hic Publicanus: Publicanus contrà percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori.* Inducit: *Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quàm ille: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.* E Ipsi gloria in sæcula. Amen.

A υἱὲ, ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ, καὶ τοῖς πλησίον σου. ἐὰν δὲ κακὸς ἀποβῇς, μόνος ἀντλήσεις τὰ κακά. καὶ πάλιν, ἴδον ἄνδρα δόξαντα παρ᾽ ἑαυτῷ εἶναι σοφὸν, ἐλπίδα μέντοι γε ἔσχεν μᾶλλον ὁ ἄφρων αὐτοῦ. καὶ πάλιν, σοφὸς παρ᾽ ἑαυτῷ, ἀνὴρ πλούσιος· πένης δὲ νοήμων καταγνώσεται αὐτοῦ. καὶ πάλιν, [ἔγγονον κακὸν, δίκαιον ἑαυτὸν κρίνει. τὴν δὲ ἔξοδον ἑαυτοῦ οὐκ ἀπένιψεν] ἔκγονον κακὸν ὑψηλοὺς τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχει, καὶ τοῖς βλεφάροις αὐτοῦ ἐπαίρεται. γράφει δὲ καὶ Ἰάκωβος· νυνὶ δὲ καυχᾶσθε ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν· B πᾶσα καύχησις τοιαύτη, πονηρά ἐστιν. ὡσαύτως καὶ ὁ Παῦλος, μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ᾽ ἑαυτοῖς. καὶ ὁ Ἡσαΐας, οὐαὶ οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον ἑαυτῶν ἐπιστήμονες. ὁ δὲ ψαλμῳδὸς, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι, καὶ Κύριος διασκεδάζει βουλὰς ἐθνῶν, ἀθετεῖ δὲ λογισμοὺς λαῶν, καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων. τοῖς δὲ Κορινθίοις ὁ Παῦλος, κἀγὼ ἐλθὼν πρὸς ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἦλθον οὐ καθ᾽ ὑπεροχὴν λόγου, ἢ σοφίας, καταγγέλλων ὑμῖν τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ ἔκρινα εἰδέναι ἐν C ὑμῖν εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον· κἀγὼ ἐν ἀσθενείᾳ καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν τρόμῳ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς. καὶ ἐπάγει, οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ᾽ ἐν διδακτοῖς πνεύματος, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ οὐ δύναται γνῶναι, ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. ὁ δὲ πνευματικὸς, ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς δὲ ὑπ᾽ οὐδενὸς ἀνακρίνεται. καὶ πάλιν, πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν πρὸς D τὸν Θεὸν, οὐχ ὅτι ἀφ᾽ ἑαυτῶν ἱκανοί ἐσμεν λογίσασθαί τι, ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ᾽ ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος ἀλλὰ πνεύματος· τὸ γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. καὶ πάλιν, ἐγὼ ἐμαυτὸν οὔπω λογίζομαι κατειληφέναι, ἓν δὲ, τὰ μὲν ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. μιμησώμεθα οὖν, ἀδελφοὶ, τὴν ταπεινοφροσύνην τοῦ ἀποστόλου, καὶ ἀποβαλώμεθα τὸ μέγα φρονεῖν, ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν σοφίᾳ, καὶ συνέσει· φοβούμενοι μάλιστα τὴν παραβολὴν τοῦ Κυρίου, τὴν περὶ τοῦ E μεγαλαύχου Φαρισαίου, καὶ τοῦ τελώνου. φησὶ γὰρ, σταθεὶς ὁ Φαρισαῖος, πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα ηὔχετο· ὁ Θεὸς εὐχαριστῶ σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ, ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων, ἅρπαγες, ἄδικοι, [μοιχοὶ] ἢ καὶ ὡς οὗτος ὁ τελώνης. ὁ δὲ τελώνης ἔτυπτεν τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων· ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. καὶ ἐπάγει· λέγω ὑμῖν, ὅτι κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A

Περὶ τοῦ μὴ ἐξουθενεῖν τινά. Λόγος μζ'.

ΟΥ θεμιτόν ἐστιν ἐξουθενεῖν τινα, ἢ εὐτελίζειν, ἢ ἐπαίρεσθαι κατά τινος, ὡς ὅτι ἰδιώτης ἐστὶν, ἢ ἀνείδεος, ἢ ἀμαθὴς, ἢ ἀμελὴς, ἢ ἁμαρτωλὸς, ἢ περὶ οἱουδήποτε πράγματος. οὓς γὰρ ἡμεῖς ἐξουθενούμεθα, τούτους ὁ Θεὸς ἐπιλέγεται, καὶ οὓς ἡμεῖς εὐτελίζομεν, τούτους ὁ Θεὸς εἰς μέτρον ἄγει πάλιν. εἰ εἴληφας χάρισμα πνευματικὸν, καὶ λόγον σοφίας, ἢ γνώσεως, ἢ διδασκαλίας ἢ προφητείας, ἢ διακονίας, εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ πάμπλουτος, ὁ Θεὸς ὁ διδοὺς πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ μὴ ὀνειδίζων. σὺ δ' οὖν μὴ ἐπαίρου κατὰ τοῦ πλησίον, ἐπεὶ οὐ παραμένει σοι ἡ χάρις· βδελύττεται γὰρ τοὺς τοιούτους. χάρισμα ἔχεις παρὰ Κυρίου, διακόνησον τοῖς πνευματικοῖς, τοῖς γινώσκουσιν, ὅτι ἃ λέγεις, Κυρίου ἐστὶν, εἰς οἰκοδομὴν τῆς ἐν Χριστῷ ἀδελφότητος, ἐν πάσῃ ταπεινοφροσύνῃ καὶ πραότητι· ὅπερ ἐστὶ καλὸν καὶ ὠφέλιμον τοῖς ἀνθρώποις. γέγραπται δὲ ἐν ταῖς παροιμίαις, μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα ἐν κάλλει αὐτοῦ. καὶ, μὴ βδελύξῃς ἄνθρωπον ἐν ὁράσει αὐτοῦ. μικρὰ ἐν πετεινοῖς ἡ μέλισσα, καὶ ἀρχὴ γλυκασμάτων ὁ καρπὸς αὐτῆς. καὶ πάλιν, πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπ' ἐδάφους· ὁ δὲ ἀνυπονόητος ἐφόρεσε διάδημα. καὶ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν, περὶ τῶν υἱῶν Ἰεσσαὶ εἶπεν Κύριος πρὸς Σαμουὴλ, μὴ ἐπιβλέψῃς εἰς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, μηδὲ εἰς τὴν ἕξιν τοῦ μεγέθους αὐτοῦ, ὅτι ἀπώσμαι αὐτόν· ὅτι οὐχ ὡς ἴδοι ὁ Θεὸς, ὄψεται ἄνθρωπος· ὅτι ἄνθρωπος ὄψεται εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς, εἰς καρδίαν. καὶ παρήγαγεν Ἰεσσαὶ τοὺς ἑπτὰ υἱοὺς αὐτοῦ, τοὺς δυνατούς. καὶ, οὐδένα ἐξ αὐτῶν ἐξελέξατο ὁ Κύριος, εἰ μὴ τὸν μειρακίσκον Δαβὶδ, τὸν παρὰ ἀνθρώποις ἀψήφιστον, παρὰ δὲ Θεῷ ψηφιστὸν τὸν πρᾶον, καὶ ταπεινὸν, ὃ καὶ ἐμαρτύρησεν ὁ Θεὸς, μετὰ ταῦτα λέγων, εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν, εἶπεν Ἠσαΐας ὁ προφήτης πρὸς Ἐζεκίαν· τάδε λέγει Κύριος, ἐξουδένωσέ σε παρθένος, θυγάτηρ Σιὼν ἐπὶ σοὶ κεφαλὴν ἐκίνησεν· καὶ ἐπάγει· οὐκ εἰσελεύσεται εἰς τὴν πόλιν ταύτην. καὶ ἐξῆλθεν ἄγγελος Κυρίου, καὶ ἀνεῖλεν ἐκ τῆς παρεμβολῆς τῶν Ἀσσυρίων, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας· ὁ δὲ Δαβὶδ, κἀγὼ ἐγενήθην ὄνειδος αὐτοῖς· εἴδοσάν με, καὶ ἐσάλευσαν κεφαλὰς αὐτῶν. καὶ, ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς. καὶ, σὺ βοηθός μου κραταιός. καὶ ὁ Ἰὼβ, νυνὶ δὲ κιθάρα εἰμὶ αὐτῶν, καὶ ἐμὲ θρύλλημα ἔχουσιν. καὶ ἐπεὶ θρύλλημα αὐτὸν ἔσχον, ὁ δὲ Θεὸς ὕψωσεν αὐτὸν πολλαπλασίως. ὁ δὲ παροιμιαστὴς,

Neminem debere contemni.

HOMILIA XLVII.

NEVTIQVAM fas sit vllum hominum contemnere aut illius imminuere famam, aut certè aduersus alium sese efferre impotentiùs, puta quòd idiota sit, nec agat pro potestate sed priuatus, aut quia deformis est, cunctator & ignauus, peccator, rudis & inscius literarũ, denique ob similem quamcumque causam. Quos enim nihili ducimus & aspernamur, Deus clementer respectat, & quorum imminuimus famam, illos Dei benignitas reuocat ad moderatam vitæ temperiem. Rursus: si quod accepisti spirituale donum, putà, sermonem sapientiæ, aut sciẽtiæ, aut doctrinæ, aut prophetiæ, aut ministrationis, benedictus Deus per omnia diues: *Deus* (inquam) *qui dat omnibus hominibus, nec improperat.* Tibi interim prospiciendum, ne quando hoc nomine eleuêre aduersus proximum insolentiùs. Isthæc enim gratia, temporaria cùm sit, non est penes te vnum permansura. Tales Dominus abominationi habet & execratur. Donum quodpiam sortitò accepisti, Dei benignitate, fac illud impartiare communiter & administres spiritualibus. Vtique isti persuasum habent & pro comperto, quia quę dicis tu, Domini vtique sunt, idque ad ædificationem, cum omni modestia & mansuetudine, quod ad communem omnium cedit magnopere commendandam vtilitatem. Scriptũ quippe est in Prouerbiis: *Ne laudaueris virum in specie illius, & ne abomineris hominem in visu eius: breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris fructus eius est.* (Eccl. 11.) E diuerso: *Multi tyranni sederunt super pauimentum, insuspicabilis autem portauit diadema.* Sed & in primo regnorum de filiis Iesse dixit Dominus Samuëli: *Ne respicias ad vultum, eius neque ad habitum magnitudinis ipsius, quia abieci eum: quia non sicut viderit Deus, videbit homo: homo enim in faciem prospiciet, Deus autem intuetur cor.* (1. Reg. 16.) Et adduxit Iesse septem filios suos, vtique potentes robore, neminemque ex istis elegit Dominus, nisi adolescentulum illum Dauid, qui in hominum quidem prospectu in nullo videbatur censu numerandus, at apud Deum magni habebatur loco suffragij, vt qui mansuetus erat admodum & modestè humilis: cui & secundùm hæc testimonium reddidit Deus dicens: *Inueni Dauid filium Iesse virum secundùm cor meum.* Sed & regnorum quarto dixit Esaias Propheta ad Ezechiam: *Contempsit te virga filia Sion: super te caput mouit.* (4. Reg. 18.) Inducit: *Num ingredietur ciuitatem hanc? & exijt Angelus Domini & interfecit de castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Dauid item: *Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me & mouerunt capita sua.* Et: *Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.* (Iob 30.) Iob quoque: *Nunc autem cithara sum eorum, & me in prouerbium habent.* Cúmque hunc in prouerbij derisiculi vicem habuissent, tunc illum multò copiosiùs extulit in sublime. Parœmia-

A

De Obedientia.

Homilia XXXIX.

QVI sincero affectu per omnia spiritualium Patrum monitiones sectatur, & obedit; nihil non eorum quæ per se facit, ad Dei transcribit gloriam: & illi vni quicquid laude cum primis dignum magna animi coontentione conficere potuerit, multa cum alacritate consecrat. Vir planè obediens, tametsi in vita præsenti est; attamen ita conuersatur tanquam à mundo extorris & exoticus: Propriam enim voluntatem renunciando cùm à se excusserit, eam perficit libenùs quæ Domini est. Atqui talis in numerum transit Christi Confessorum: nec id assequitur solùm, sed & quod reliquum illi est temporis sui incolatus prorsus viuit curæ omnis liber. Ad hæc, opere ipso, sedulum se probat Domini imitatorem: Ipse enim *factus est obediens ad mortem, mortem autem crucis*. Sanè obedientia est, qua quis persuadetur & obedit citra vllam diiudicationem, adeò vt quod superioris imperio imponitur, iucundus quis & alacer, non item turbulentus, expleat. Obedientia renunciatio propriæ est voluntatis, nulla non sui parte perfecta, quæ solo moderatoris sui annutu ad quiduis operandum nihil turbulentè mouetur. Ad explenda opere mandata, Obedientia primum sortitur locum. Inter eas virtutes quæ hominem velut manu ducunt & instituunt ad pietatem, quiddam egregium in se complecti perspicitur obedientia. Hæc stultam illam sui existimationem siue arrogantiam aspernatur: iure quidem, parens modestiæ cùm sit atque humilitatis: Principium enim diuinæ est dilectionis: vnde & Dominus iuxta rationem dispensationis vsque ad crucem & mortem Patri suo obediuit, in hoc, vt eos quos comperiret in hac vita inoffensum obedientiæ tenuisse callem, ad æternam illam reuehat vitam. Quis non talem demiretur ac beatum prædicet? Quin potiùs quis non hanc admirabilis vitæ rationem studeat æmulari? Voluntatem propriam à te exscindere, perinde est ac si proprium fundas sanguinem: sed & hæc homini imputatur pro victima. Functio hæc, hoc munus, viri planè est & prudentis & perfecti: Id quod clarissimè docet nos Esaias dicens: *Si non feceris voluntatem tuam in die sancto, & non extuleris pedem tuum ad opus, neque locutus fueris verbum in ira, eris fiduciam habens in Domino, & cibabit te bonis terræ.* Salomon item, *Filius fui & ego patri obediens, & dilectus in conspectu matris meæ: qui docebant me dicentes, confirmetur sermo noster in corde tuo.* Alius insuper: *Qui custodit mandatum conseruat animam suam, qui autem negligit vias suas, morietur.* Rursus: *Beatus vir qui timet omnia per circunspectionem: qui enim custodit mandatum, non sentiet quicquam mali.* Proinde Petrus per Epistolam dicit: *Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum.* Et, *Famuli subiecti in*

Obediens transit in numerum confessorum.

Philipp. 2.

Obedientia definitio.

Christus obediuit Patri, vt exemplo esset nobis.

Prou. 4.

Περὶ ὑπακοῆς. Λόγος λθ.

Ὁ ΕΙΛΙΚΡΙΝΩΣ ἐν πᾶσιν ὑπακούων τοῖς πνευματικοῖς πατράσιν αὐτοῦ, τὰ κατὰ Θεὸν τῷ Θεῷ ἀνατίθησιν. ὁ ὑπήκοος ἀνὴρ κἂν ἐν τῷδε τῷ βίῳ διάγῃ, ἀλλ' ὡς ἔξω τοῦ κόσμου τούτου πομπεύεται. τὸ γὰρ αὐτοῦ θέλημα ἀπαρνησάμενος, τὸ τοῦ Κυρίου ἐκτελεῖ. καὶ ὁ τοιοῦτος τοῖς ὁμολογηταῖς συναριθμεῖται. οὐ μόνον δὲ τοῦτο, B ἀλλὰ καὶ ἀμερίμνως βιοῖ ἅπαντα τὸν τῆς παροικίας αὐτοῦ χρόνον. πρὸς τούτοις καὶ μιμητὴς τοῦ Κυρίου ἀναδείκνυται, ὅτι αὐτὸς ὑπήκοος ἐγένετο μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ὑπακοή οὖν ἐστιν ἀδιάκριτος πειθώ· ἵνα τις τὸ προσταχθὲν ἀλύπως ἐπιτελέσῃ. ὑπακοή ἐστι παντελὴς ὑποταγὴ τοῦ ἰδίου θελήματος ἐστερημένη, καὶ μόνῳ τῷ τοῦ ἐπιστατοῦντος νεύματι ἀταράχως πρὸς πρᾶξιν κινουμένη ἐν πάσαις ἐντολαῖς. ἡ ὑπακοὴ πρῶτον ἐν πάσαις ταῖς εἰσαγωγικαῖς ἀρεταῖς ἔγνωσται ὑπάρχειν καλόν· καὶ C τὴν μὲν οἴησιν ἀθετεῖ, τὴν δὲ ταπεινοφροσύνην τίκτει. ἀρχὴ γὰρ γέγονε τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης. ὅθεν καὶ ὁ Χριστὸς τῷ τῆς οἰκονομίας λόγῳ ἄχρι σταυροῦ καὶ θανάτου, ὑπήκουσε τῷ ἑαυτοῦ πατρί, ἵνα τοὺς ἐν ὑπακοῇ ζήσαντας, εἰς αἰώνιον ζωὴν ἐπαγάγῃ. τίς οὖν μὴ μακαρίσῃ τὸν τοιοῦτον; μᾶλλον δὲ τίς μὴ ζηλώσῃ τὴν τοιαύτην πολιτείαν; τὸ γὰρ ἐκκόψαι τὸ ἴδιον θέλημα αἱματεκχυσία ἐστί, καὶ εἰς θυσίας λογίζεται τῷ ἀνθρώπῳ· καὶ φρονίμου καὶ τελείου ἀνδρός ἐστι D τὸ κατόρθωμα. καὶ σαφῶς διδάσκει ἡμᾶς ὁ Ἡσαΐας λέγων, ἐὰν μὴ ποιήσῃς τὸ θέλημα τὸ σὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἁγίᾳ, καὶ οὐκ ἀρῇς τὸν πόδα σου ἐπ' ἔργον, οὐδὲ λαλήσῃς λόγον ἐν ὀργῇ, καὶ ἔσῃ πεποιθὼς ἐπὶ Κύριον, καὶ ψωμιεῖ σε τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς. φησὶ δὲ ὁ σοφὸς Σολομών, υἱὸς ἐγενόμην καὶ πατρὶ ὑπήκοος, καὶ ἐν προσώπῳ μητρὸς ἀγαπώμενος· οἵτινες ἐδίδασκόν με λέγοντες, ἐρειδέσθω ὁ λόγος ἡμῶν ἐν τῇ καρδίᾳ σου. καὶ ἄλλος, ὃς φυλάσσει ἐντολήν, τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ὁ δὲ καταφρονῶν τῶν ἑαυτοῦ ὁδῶν, ἀπολεῖται. E καὶ πάλιν, μακάριος ὃς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν. ὁ γὰρ φυλάσσων ἐντολήν, οὐ γνώσεται πονηρά. ὁ δὲ Πέτρος ἐπιστέλλει λέγων, ὑποτάγητε οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν Κύριον. καὶ οἱ οἰκέται ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ

τόπω τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ τοῖς ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς· ὡσαύτως καὶ ὁ Παῦλός φησιν, τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσι· καὶ οἱ δοῦλοι ὑπακούετε τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις ὑμῶν, μὴ κατ' ὀφθαλμοδουλείας, ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν φόβῳ Θεοῦ. καὶ ἀλλαχοῦ. διὰ τοῦτο ἔγραψα ὑμῖν, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. [καὶ εἴ τις οὐχ ὑπακούει ὑμῶν, τοῦτον διὰ τῆς ἐπιστολῆς σημειοῦσθε, καὶ μὴ συναναμίγνυσθε αὐτῷ.] καὶ αὖθις, ἡ γὰρ ὑμῶν ὑπακοὴ εἰς πάντας ἀφίκετο. καὶ περὶ τοῦ Κυρίου· καίπερ ὢν υἱὸς ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν, καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. καὶ ὁ Κύριος, καταβέβηκα, φησιν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. [καὶ πάλιν, ὁ δεχόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται. καὶ αὖθις, ὁ ἀκούων ὑμῶν, ἐμοῦ ἀκούει.] αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A *omni loco, dominis non solùm bonis & modestis, sed etiam discolis.* Similem in modum Paulus, *Filij obedite parentibus.* Et: *Serui obedite carnalibus dominis vestris, non ad oculum seruientes, quasi placentes hominibus, sed in timore Dei.* Alio item loco: *Propter hoc scripsi vobis, vt intelligatis probationem vestram, si in omnibus obedientes estis.* Rursus: *Vestra enim obedientia ad omnes peruenit.* Et de Domino: *Et quidem* Coloss.3.
cùm esset Filius, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam, & consummatus factus est omnibus Hebr.5.
obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ. Dominus denique ait: *Descendi de cœlo, non vt*
B *faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, Patris:* cui & gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Περὶ συκοφαντίας. Λόγος μ΄.

ΔΕΙΝΟΝ τὸ τῆς συκοφαντίας πάθος, μᾶλλον δὲ καὶ διαβολικόν, κατὰ τὸ περὶ αὐτοῦ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, ταπεινώσει συκοφάντην. ἄσπονδοι γὰρ ὄντες, καὶ θεοστυγεῖς οἱ συκοφάνται, κοινωνοί, καὶ συμμέτοχοι, καὶ συγκληρονόμοι γίνονται τοῖς προδοῦσι καὶ σταυρώσασι τὴν ἀλήθειαν τουτέστι, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ἐγὼ γάρ εἰμι, φησιν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. παρακελεύεται οὖν ὁ νόμος λέγων, οὐκ ἐμμενεῖ μάρτυς εἷς κατὰ πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἁμαρτίαν ἣν ἂν ἁμάρτῃ. ἐπὶ στόματος, φησι, δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. ὁ δὲ Σαοὺλ παραχευσάμενος τὴν ἐντολὴν ταύτην, τοὺς τριακοσίους ἱερεῖς τοῦ Κυρίου ἀπέκτεινεν διὰ τῆς μαρτυρίας ἑνὸς συκοφάντου Δωὴκ τοῦ Σύρου. καὶ αὖθις, οὐ συκοφαντήσει ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ. καὶ ὁ παροιμιαστής, ὁ συκοφαντῶν πένητα, παροξύνει τὸν ποιήσαντα αὐτόν. καὶ ἐπάγει· δόξα ἀνδρὶ ἀποστρέφεσθαι λοιδορίας. πᾶς δὲ ἄφρων τούτοις συμπλακήσεται. ὁ δὲ Δαβίδ, ἐμοὶ μὲν εἰρηνικὰ ἐλάλουν, καὶ ἐπ' ὀργὴν δόλους διελογίζοντο· καὶ αὐτὸς ἐπεύχεται λυτρωθῆναι ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων· καὶ ἐπαγγέλλεται φυλάσσειν τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. καὶ αὖθις, σκέπασόν με ἀπὸ συκοφαντίας ἀνθρώπων, καὶ συστροφῆς πονηρευομένων, οἵτινες ἠκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς γλώσσας αὐτῶν. καὶ ἐπάγει, μακάριος ἀνήρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. καὶ ἄλλος· ὁ συκοφαντῶν πτωχόν, πολλὰ ποιεῖ τὰ ἑαυτοῦ κακά. καὶ ὁ παροιμιαστής φησιν, ἀνδρεῖος ἐν ἀσεβείᾳ, συκοφαντεῖ πτωχούς. καὶ πάλιν. Λέων πεινῶν, καὶ λύκος διψῶν, ὃς τυραννεῖ, πτωχὸς ὤν, ἔθνος πενιχρόν.

De Calumnia.

HOMILIA XL.

C PERVICAX & perplexa est affectio hæc calumniæ: verius dixerim esse diabolicam, secundùm id quod de ea in Psalmis dictum est, *Humiliabit calumniatorem.* Tales nemini conciliantur, infidi cum sint, & per hoc, Deo inuisi maximè. Illorum accensendi sunt consortio, participio, nec dispari hæreditati, qui veritatem ipsam perfidissimè prodiderunt, denique cruci affixerunt, hoc est, Dominum nostrum Iesum Christum. Ipse enim dixit: *Ego sum veritas & vita.* Cauet enim lex ne vnus & solus consistat testis, ad perhibendum testimonium aduersus peccatum omne
D quo quis peccauit. *In ore* (ait) *duorum aut trium testium stabit omne verbum.* Sed & Saul, præceptum hoc cùm veluti obiecto cubito à se 1.Reg.22.
fuisset amolitus ac repudiasset, ad vnius sycophantæ Doëch Syri testimonium, trecentos sacerdotes Domini peremit: Rursus edicto cauet, ne quis proximo suo faciat calumniam. Parœmiastes item, *Qui calumniatur pauperem, exacerbat eum qui fecit illum.* Inducit: Prou.22.
Gloria est viro qui auertit se à conuitiis, qui autem imprudens est, immiscebitur his. Dauid: Psal.118.
Mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia dolos cogitabant. Idem supplex orat eximi
E siue redimi à calumniis hominum, atque hinc promisso obstringit se ad custodiam mandatorum Dei. Rursum: *Protege me à conuentu malignantium,* qui quidem *exacuerunt vt gladium linguas suas.* Inducit: *Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, neque est in ore eius dolus.* Alius: Qui calumniam struit pauperi: aggrauat sua ipsius peccata. Parœmiastes: *Qui ad impietatem fortis est, calumniatur pauperes.* Prou.28.
Iterum: *Leo esuriens, & lupus sitiens,* qui cùm sit pauper, tyrannide premit gentem pauperculam.

lorum. Et: Rex indigens prouentuum, magnus est calumniator. Et: *Qui fodit foueam proximo, incidet in eam.* Ecclesiastes: *Conuerti ego me, & vidi vniuersas calumnias quæ fiunt sub sole, & ecce lacrymæ eorum qui opprimuntur calumniis, & non est qui consoletur eos.* Rursus: *Circumagit ac perturbat sapientem & perdit generositatem eius.* Dominus autem *saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.* Præmuniamus igitur nos ipsos, fratres mei, aduersus calumniam, nulla non sui parte pestilentem ac perniciosam: eorum atroci supplicio exterriti, qui ambitiosiore studio eam excoluerunt. Aduersum hanc melicum illud & perquam suaue Pauli verbum cum eodem cantillemus: *Persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc:* vt ne cum Iudæis qui Christum infenso atque hostili oderant animo, compari mulctemur damnatione. Isti ad Pilatum cùm venissent, exerta voce aduersus Dominum dicebant, *Hunc inuenimus subuertentem gentem, & probibentem tributa dari Cæsari, dicentem se Christum regem esse:* Ipse autem vt agnus innocens, longanimi tolerantia cuncta perferebat. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Eccles. 4. *1. Cor. 4.*

A καὶ βασιλεὺς ἐνδεὴς προσόδων, μέγας συκοφάντης. καὶ, ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. καὶ ὁ Ἐκκλησιαστής, ἐπέστρεψα ἐγώ, καὶ ἴδον πάσας τὰς συκοφαντίας τὰς γινομένας ὑπὸ τὸν ἥλιον· καὶ ἰδοὺ δάκρυα τῶν συκοφαντουμένων. καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ὁ παρακαλῶν· καὶ αὖθις· ἡ συκοφαντία περιφέρει σοφὸν, καὶ ἀπολλύει τὴν καρδίαν εὐγενείας αὐτοῦ· ὁ δὲ Κύριος σώσει τοὺς υἱοὺς τῶν πενήτων, καὶ ταπεινώσει συκοφάντην. ἀσφαλισώμεθα οὖν ἑαυτοὺς ἀδελφοί, ἀπὸ τῆς παγκάκου συκοφαντίας B δεδιότες τὴν πικρὰν κόλασιν τῶν ταύτην μετιόντων. τοὐναντίον δὲ, τὰ τοῦ Παύλου, σὺν τῷ Παύλῳ μελῳδήσωμεν· λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. ὡσπερεὶ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. μὴ συγκατακριθῶμεν τοῖς δυσμενέσιν ἐχθροῖς τοῦ Χριστοῦ, Ἰουδαίοις· οἵτινες προσελθόντες τῷ Πιλάτῳ, κατὰ τοῦ Κυρίου ἔλεγον, τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα τὸ ἔθνος, καὶ κωλύοντα Καίσαρι διδόναι φόρους, λέγοντα ἑαυτὸν C Χριστὸν βασιλέα εἶναι. αὐτὸς δὲ πάντα ὡς ἀρνίον ἄκακον μακροθύμως ἔφερεν, αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

De Furto.

HOMILIA XLI.

Latrocinij auspicia, sine initia.

DÆMON hic improbandi furti reprobus artifex primùm quidem à vilibus & exiguis rebus auspicium sumit suæ artis: Atqui temporis progressu ad magna sensim prouehitur, ac tandem in difficillima quæque desinit. Eorum enim quæ fiunt vnumquodque, à minimo suum capit exordium: Vbi autem ea res sumpta paulatim alimonia adoleuerit, grã D descit iã quotidiana accessione. Malitiæ enim istius deploratissimæ ars, rete quoddam est miris technis implexum & inuolutum: qui aliquò vsque se iam siuit hoc implicari laqueo; si quidem cunctetur & negligat his tricis explicare se & euoluere, omni mox ex parte adstringitur. Dum enim extenuat furti grauitatem, secum admurmurat tacitus: parua sunt hæc, nihil hæc sunt, non est peccatum: ac ita deinceps inualescente consuetudine, gangrenę in morem, in vlcus fœdissimũ proserpere inuenitur. Consuetudo enim (ait ille) altera est natura. Ecquis E tandem ab hac furandi consuetudine, quantiscumque laboribus eximitur & emãcipatur, vel semel ab ea edomitus? ni forsan is non perfunctoriè ac nullo remorante pudore Christi Domini supplex procidat pedibus, per orationem, ieiunium, & eleemosynam, exerta voce dicens, Iesu: Tu mi Domine, libera (quæso) me, vt olim liberasti latronem vnà tecum cruci affixum, Leui insuper & Zacchæum publicanos? Necesse proinde sit; hunc talem, ad Dominum lacrymas præmittere & offerre: etenim lacrymæ illi perquam acceptæ sunt. Simul enim Deus vt istius videt pœnitentiam, bonam mox aspirat cordi cogitationem, vt ne in posterum quicquam malè concupiscat eorum quæ in peculio sunt proximi.

Medicina spiritualis cõtra furandi consuetudinem.

Περὶ κλοπῆς. Λόγος μα'.

ΟΥΤΟΣ ὁ κακότεχνος τῆς κλοπῆς δαίμων, πρῶτον μὲν μικρῶν τῶν πραγμάτων ἀπάρχεται. καὶ προϊὼν εἰς μεγάλα καὶ παχέα καταλήγει. καὶ γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν γινομένων ἀπὸ μικροῦ ἀπάρχεται, καὶ κατὰ μέρος τρεφόμενον λαμβάνει τὴν D αὔξησιν· ὅτι δικτυόν ἐστιν πολύπλοκον τῆς κακίας μέθοδος. ὁ μερικῶς ἐμπλακεὶς, ἐὰν ἀμελήσῃ, περιεκτικῶς σφίγγεται· εὐτελίζων γὰρ τὰ μικρά, φησιν, οὐδέν εἰσιν, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία· καὶ λοιπὸν συνηθείας ἐπικρατούσης, ὡς γάγγραινα νομὴν εὑρίσκει. ἔθος γάρ φησιν, δευτέρα φύσις. καὶ πολλῷ κόπῳ τις ἐλευθεροῦται κατακυριευόμενος ὑπ' αὐτοῦ εἰ μὴ ἀνενδότως καὶ ἀναιδῶς προσέλθῃ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ διὰ προσευχῆς καὶ νηστείας, καὶ ἐλεημοσύνης, κράζων τῷ Ἰησοῦ, καὶ λέγων, ἐλευθέρωσόν με δέ- E σποτα, ὡς τὸν συσταυρωθέντα σοι λῃστὴν, καὶ Λευῒν, καὶ Ζακχαῖον τοὺς τελώνας. χρὴ δὲ καὶ δάκρυα προσκομίσαι αὐτῷ, ὅτι τὰ δάκρυα δεκτὰ αὐτῷ εἰσιν. καὶ βλέπων ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ, παρέχει αὐτῷ ἀγαθὸν λογισμὸν τοῦ μὴ ὀρέγεσθαι τὰ τοῦ πλησίον.

A ὁ θέλων οὖν, ὡς εἴρηται, τῆς ἀνόμου ταύτης ἐργασίας ἐλευθερίας τυχεῖν, εὐμαρῶς, δι' ἐλεημοσύνης, καὶ ὀλιγοσιτίας, καὶ προσευχῆς, καὶ τῆς τῶν μελλόντων προσδοκίας, ῥᾳδίως ἀπαλλάσσεται. ὁ φυλάττων γὰρ τὸν νόμον, φυλάττεται ὑπὸ νομοδότου Χριστοῦ. μὴ οὖν ἀμελήσωμεν ἀγαπητοὶ τοῦ συντόμως ἀπαλλαγῆναι τῆς τοιαύτης αἰσχύνης. ἔστι γὰρ τὸ πάθος τοῦτο δυσαπάλλακτον· ἐπειδὴ θυμηδέστερον φαίνεται τῷ κλέπτῃ ἐπιθυμεῖν τῶν ἀλλοτρίων. καὶ δοκεῖ θηρεύειν τὰ μὴ αὐτοῦ, ἀπόλλυσιν τὰ αὐτοῦ. B συνέζευκται δὲ καὶ τῇ κλοπῇ τὸ ψεῦδος καὶ ἡ συκοφαντία. φησὶ γὰρ ὁ νόμος, οὐ κλέψεις, οὐ ψεύσῃ, οὐδὲ συκοφαντήσεις τὸν πλησίον σου. ὁ δ' Αχὰρ παραβάτης νόμου καὶ ἐντολῆς γενόμενος, ἔκλεψεν ἐκ τοῦ ἀναθέματος, ψιλλὸν, καὶ γλῶσσαν χρυσῆν, καὶ δίδραχμα διακόσια· καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ ἁμαρτίαν ὁ λαὸς ὤλετο, εἰ μὴ θεράπων Ἰησοῦς ἐβόησε πρὸς Κύριον, καὶ αὐτὸς ἐφανέρωσεν αὐτῷ αὐτόν. καὶ εἶπεν Ἰησοῦς, τί ὅτι ὤλεσας ἡμᾶς; ἐξολοθρεύσαι σε, Κύριος· καὶ C ἀπέλαβεν ἰσόρροπον τοῦ κλέμματος τῆς παρανομίας. ἐλιθοβόλησεν γὰρ αὐτὸν πᾶς ὁ λαὸς σὺν πᾶσι τοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀπέθανεν. καὶ ὁ προφήτης Ζαχαρίας περὶ τῶν τοιούτων φησίν, καὶ εἰσελεύσεται ἡ ἀρὰ εἰς τὸν οἶκον τοῦ κλέπτου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ ὀμνύοντος, καὶ καταλύσει ἐν μέσῳ αὐτοῦ. ἔχει δὲ καὶ ὁ κλέπτης, καὶ τὸν ὅρκον συνεπισχύοντα, ὥστε πᾶν κλέμμα ἀνάθεμα. ὁ δὲ παροιμιαστής, ὁδοὺς ἀσεβῶν μὴ ἐπέλθῃς, ἔκκλινον ἀπ' αὐτῶν, καὶ παράλλαξον. ἀσέβεια γάρ ἐστιν, τὰ τῶν ἄλλων οἰκειοῦσθαι. D καὶ ἐπάγει· εἰ γὰρ ἐπορεύοντο τρίβους ἀγαθάς, εὕροσαν ἂν τρίβους δικαιοσύνης. καὶ ὁ Παῦλος παραινῶν φησίν· μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ· ὁ κλέπτων, μηκέτι κλεπτέτω, μᾶλλον δὲ κοπιάτω, ἐργαζόμενος ταῖς ἰδίαις χερσὶν τὸ ἀγαθόν, ἵνα ἔχῃ μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι. καὶ αὖθις, ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. καί, ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα Κυρίου. καὶ ἐπιφέρει· ἐὰν οὖν ἐκκαθάρῃ τις ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον. καὶ ἐπιστέλλει τῷ Τίτῳ· δούλους δεσπόταις ἰδίοις E ὑποτάσσεσθαι ἐν πᾶσιν, εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πᾶσαν πίστιν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. εἰ γὰρ ἐκ τῶν οἰκείων νοσφισάμενοι, τοιοῦτον τέλος ἀπηνέγκαντο, Ἀνανίας, καὶ Σαπφείρα, (οἱ ἐν ταῖς πράξεσι φημί,) πόσῳ μᾶλλον οἱ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων; τὸ γὰρ κλέμμα σύμβολόν ἐστι τοῦ ἀφίστασθαι τῆς ἀληθείας μᾶλλον δὲ καὶ τῆς δεσποτικῆς προδοσίας. γέγραπται γὰρ ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ,

A Quisquis igitur, ab hac ex lege & iniqua operatione non magno admodum negotio cupit emancipari & libertate perfrui, sanè is per eleemosynam & frugalitatem siue parsimoniam victus, per orationem & futurorum spem neutrobi vacillantem, facilè voti fiet compos. Qui autem seruat legem, vtique ab eo protegitur & seruatur qui sanxit legem, Christo. Ne igitur (charissimi) cunctemur ab hoc per se pudendo & ignominioso dedecore, quàm ocyssimè emancipari. Hæc enim animi ægritudo insidens animo semel, ab eo ægerrimè B se sinit auelli, cùm fur credat, cupiditatem aliena suppilare, rem esse magnopere expetendam ac delectabilem: inde fit, vt cùm videtur, non sua venatorum more consectari, quæ sui sunt iuris perdat miser. Furto mendacium atque calumnia pari iugo confœderantur: Siquidem lex ait, *Non furtum facies, non mentieris, non calumniaberis proximum tuum.* Exod. 20. Achar ille sancitæ legis istius ac mandati præuaricator factus, furatus est ex anathemate militare pallium, linguam auream & ducentas didrachmas: atque ob hoc peccatum perierat populus, nisi Iosuë famulus Domini C ad Deum supplex exclamasset. Axar, dic, Acham. Iosue 7. At hic furtum suum prodidit Iosuë, qui & dixit, *Vt quid turbasti nos? exturbet te Dominus.* Ecquem recepit fructum de furto præuaricationis? Cum vniuerso siquidem peculio ipse intercidit, ac mortuus est, à populo appetitus lapidibus. Zacharias Propheta, de eiusmodi: *Et ingredietur maledictio in domum furis, & in domum iurantis, & euersio fiet in medio domus illorum.* Zach. 5. Habet enim fur iuramentum quo se fulcit ac firmat. Itaque furtum omne anathema est. Parœmiastes: *Ad vias impiorum ne accesseris,* Fur iuramento se fulcit se. D *sed declina ab eis & discede.* Sanè, impietatis est sibi vendicare quæ alieni sunt iuris. Si enim isti recta ingressi fuissent; nimirum inuenissent semitas iustitiæ. Iure igitur admonet Paulus: *Ne dederitis locum diabolo: qui furabatur, iam ne furetur: magis autem laboret, operans suis manibus quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem habenti.* Ephes. 4. Rursus: *Nouit Dominus qui sunt eius:* Et, *Abscedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini:* Et infert, *Si quis igitur se emundauerit ab his, erit vas in honorem sanctificatum.* Per epistolam iubet & Tito, *Serui vt sint dominis suis subiecti,* Act. 5. E vtque in omnibus sint grati, non item contradicentes, non furantes, sed vt omnem fidem demonstrent bonam. Si enim qui ex prædiis propriis suppilarunt, talem reportarunt ex furto exitum (Ananiam dico & Sapphiram, vt in Apostolicorum actuum historia proditum est) quanto atrocius illos manet supplicium, qui ex alieno compilant & arrodunt peculio? Eiusmodi enim furtiua compilatio pararia est consilij quo ab ipsa deficias veritate, magis autem author Dominicæ proditionis. Scriptum quippe est in Ioannis Euangelio:

Ioan. 12.

A *Dicit igitur vnus ex discipulis ipsius Iudas Simonis ille Iscariotes, Vt quid vnguentum istud non venijt trecentis denarys, & datum est pauperibus? dixit autem hoc, non quia de pauperibus cura illi erat, sed quia fur erat & loculos habebat, & ea quæ mittebantur, exportabat:* Dominus autem nihil non perferebat longanimiter. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De Mendacio.

Homilia XLII.

B MENDACIVM prorsus interdictum Christianis est. Vt enim vera qui loquitur, verbi veritatis se nihil obscurè declarat esse seruum: ita qui ore nihil dubitat mendacia depromere; mancipem se esse demonstrat verbi mendacis: magis verò patris mendacis: *A quo enim quis victus est, huic & in seruitutem redigitur*, ait Petrus. Sunt enim inter animæ vitiosas affectiones pleræque aliæ, quas vel ipso naturæ sensu deprehendimus esse peccata: mendacium autem, vbi assiduitate occaluit atque induruit, ne vnus quidem intelligit, quàm sit hæc animi ægritudo C molesta, imò exitialis. Prorsus sanctione diuinæ Scripturæ interdicimur mendacio. Est enim cæteris perturbationibus animæ non paulò plùs adferens molestiæ atque periculi. *Ego* enim *sum* (ait Dominus) *veritas & vita*: adeò se inquinat ac defœdat quisquis patris diaboli persuasione falsum sibi arrogat nomen: res enim ipsa luculenter docet mendacium à malo proficisci. Qui igitur veritatem diligit, nihil obscurè hic Dominum & diligit. Lex illa prior edicto cauet, ne quis aduersus proximum falsum dicat testimonium: eademque iubet, verbum omne iniquum vtauerfere. D Sed & Sapientia: *Os quod mentitur, occidit animam*: Rursus, *Ne exares & concinnes mendacium aduersus fratrem tuum, & ne velis mentiri omne mendacium: assiduitas enim eius non cedit bonum.* Rursus: *Accendit mendacium testis iniquus*, mittit accusationes in medium fratrum. Esaias item de illo nunquam non mendaci populo ad hanc loquitur formulam: *Propter malitiam labiorum, per linguam alteram.* Rursus: *Et posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Sed & Hieremias: *Quia mendacium & non fides inualuit super terram.* Dauid E quoque: *Filij alieni mentiti sunt & claudicauerunt à semitis suis.* Siquidem qui alieni à veritate sunt vtique claudicant, nempe à rectitudine viæ (quæ Christus est) transuersi ac detorti: *Ego* enim *via sum & veritas*, ait Dominus. Et illud, *Inimici Domini mentiti sunt ei.* Quapropter odio habet omnes qui operantur iniquitatem, Et: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium* Et. *Quia mentita est iniquitas sibi, labia enim dolosa in corde & in corde locuta sunt mendacium.* Quin sapientissimus Salomon Deo ait,

2. Petr. 1.

Mendacium quàm lethale sit, ne vnus quidem intelligit.

Sap. 1.

Eccles. 7.

Pendet sententia.

Desit hic, filij alieni mentiti sunt mihi.

Psal. 5.

A λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν, Ἰούδας Σίμωνος ὁ Ἰσκαριώτης, διὰ τί τοῦτο τὸ μύρον οὐκ ἐπράθη τριακοσίων δηναρίων, καὶ ἐδόθη πτωχοῖς; εἶπεν δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν· καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν, καὶ τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. ὁ δὲ Κύριος, μακροθύμως πάντα ἔφερεν. αὐτῷ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ ψεύδους. Λόγος μβʹ.

B ΤΟ ψεῦδος παντελῶς ἀπηγόρευται Χριστιανοῖς· ὥσπερ γὰρ ὁ ἀληθινολόγος, δοῦλός ἐστι τοῦ ἀληθινοῦ λόγου· οὕτως καὶ ὁ ψευδολόγος τοῦ ψευδοῦς λόγου, μᾶλλον δὲ τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους. ᾧ γάρ τις φησὶν τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται. τὰ μὲν γὰρ πλείονα τῶν ἄλλων παθῶν αἰσθανόμεθα ὅτι ἁμαρτία ἐστίν, τὸ δὲ ψεῦδος ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐνδιαλεχίζειν οὐδὲ ἴσμεν ὅτι χαλεπὸν καὶ ὀλέθριόν ἐστιν. πάνυ γὰρ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ ἀπηγόρευται, καὶ ἔστιν χαλεπώτε- C ρον πάντων τῶν παθῶν. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τοῦ ἀψεύστου ἁγιάζεται ἐκ τῆς ἀληθείας, (ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ἀλήθεια φησὶν ὁ Κύριος.) οὕτως μολύνεται ὁ ψευδόμενος ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τοῦ διαβόλου. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστι, σαφῶς ὁ Κύριος διδάσκει. ὁ οὖν ἀγαπῶν τὴν ἀλήθειαν, δῆλον ὅτι τὸν Κύριον ἀγαπᾷ· καὶ ὁ χαίρων τῷ ψεύδει, τὸ θέλημα τοῦ δυσμενοῦς ἀγαπᾷ. πρῶτος ὁ νόμος παρακελεύεται, οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ· ἀπὸ παντὸς ῥήματος ἀδίκου ἀποστήσῃ. D καὶ ἡ σοφία· στόμα καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχήν. καὶ πάλιν, μὴ ἀροτρία ψεῦδος ἐπὶ ἀδελφῷ σου, καὶ μὴ θέλε ψεύδεσθαι πᾶν ψεῦδος. ὁ γὰρ ἐνδελεχισμὸς αὐτοῦ οὐκ εἰς ἀγαθόν. καὶ πάλιν, ἐκκαίει ψεῦδος μάρτυς ἄδικος, καὶ ἐπιπέμπει κρίσεις ἀνὰ μέσον ἀδελφῶν. ὁ δὲ Ἡσαΐας περὶ τοῦ ἀεὶ ψεύστου λαοῦ, οὕτως φησίν, διὰ φαυλισμὸν χειλέων, καὶ διὰ γλώσσης ἑτέρας. καὶ αὖθις· καὶ ἐθήκαμεν ψεῦδος τὴν ἐλπίδα ἡμῶν, καὶ τῷ ψεύδει σκεπασθησόμεθα. καὶ ὁ Ἱερεμίας, ὅτι ψεῦδος, καὶ οὐ πίστις ἐνίσχυσεν ἐπὶ τῆς γῆς. E ὁ δὲ Δαβίδ, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι· υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν· καὶ ἐχώλαναν ἀπὸ τῶν τρίβων αὐτῶν. οἱ γὰρ ἀλλότριοι τῆς ἀληθείας, χωλαίνουσιν ἐκτραπέντες τῆς εὐθείας ὁδοῦ. τουτέστιν ἀπὸ Κυρίου (ἐγὼ γάρ εἰμι ἡ ὁδός, καὶ ἡ ἀλήθεια φησὶν ὁ Κύριος.) καὶ οἱ ἐχθροὶ Κυρίου, ἐψεύσαντο αὐτῷ· καὶ διὰ τοῦτο ἐμίσησεν πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. καὶ, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος· ὅτι ἐψεύσατο ἡ ἀδικία ἑαυτῇ. χείλη γὰρ δόλια ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν ψευδῆ. ὁ δὲ σοφώτατος Σολομὼν

A δύο αἰτοῦμαι πρὸς Θεόν φησι, μὴ ἀφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ πρὸ τοῦ με ἀποθανεῖν· μάταιον λόγον, καὶ ψευδῆ, μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ ποίησον. βδέλυγμα γὰρ Κυρίῳ χείλη ψευδῆ· ὁ δὲ ποιῶν πιστῶς, δεκτὸς παρ' αὐτῷ. ὃς ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν, οὗτος ποιμανεῖ ἀνέμους. ἡ γὰρ ψευδὴς γλῶσσα, μισεῖ ἀλήθειαν. καὶ, μάρτυς ψευδὴς οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται· ὁ δὲ ἐγκαλῶν ἀδίκως, οὐ μὴ διασωθῇ. καὶ, μάρτυς ψευδὴς ἀπολεῖται. ἀνὴρ δὲ ὑπήκοος φυλασσόμενος, λαλήσει ἀλήθειαν. καὶ πάλιν, μὴ ἴσθι ψευδὴς μάρτυς ἐπὶ σὸν πολίτην, τουτέστιν, ἐπὶ σὸν ὁμόπιστον· μηδὲ πλατύνου ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. B καὶ ἄλλος, μῶμος πονηρὸς, ψεῦδος ἐν ἀνθρώπῳ. ὁ δὲ πιστὸς μάρτυς οὐ ψεύδεται. καὶ πάλιν, ἄκακος πιστεύει παντὶ λόγῳ, πανοῦργος δὲ ἔρχεται εἰς μετάνοιαν. καὶ πάλιν, οὐχ ἁρμόσει ἄφρονι χείλη πιστά, οὐδὲ δικαίῳ χείλη ψευδῆ. καὶ ἐπάγει, αἱρετώτερος κλέπτης ἢ ὁ ἐνδελεχίζων ψεύδει. ὁ δὲ ἀπόστολος Παῦλος, μὴ ψεύδεσθε εἰς ἀλλήλους, ἀλλὰ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν, ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ. καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ὁ Πέτρος πρὸς Ἀνανίαν· διατί, φησιν, ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ νοσφίσασθαι ἀπὸ τῆς τιμῆς τοῦ χωρίου; C καὶ ἐπάγει, οὐκ ἐψεύσω ἀνθρώποις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ. καὶ ὁ Ἰάκωβος· ἐπεὶ μικρὸν ζῆλον ἔχετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, μὴ κατακαυχᾶσθε, καὶ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. ὁ δὲ Κύριος περὶ τοῦ ἀντιχρίστου· ὅταν λαλῇ, φησι, τὸ ψεῦδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ, ὅτι ψεύστης ἐστίν, ὡς καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ἀκούσαντες οὖν, ἀγαπητοί, τὸν πονηρὸν ψόγον τοῦ διαβολικοῦ ψεύδους, πάσῃ σπουδῇ φύγωμεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ προσδράμωμεν τῇ ἀληθείᾳ, ἥτις ἐστὶ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἡμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. D

& à se pudorem quàm longissimè ablegarint, A licèt naturæ istius conspicuæ elegantissimum quemque ordinem peruerterint, ac pudendis flagitiis corruperint. Par est enim credere, tales aliquando experrectos, & à graui quo premebantur, veterno excussos, ad Deum eructuros esse aciem mentis, & tanto propius se aduoluturos pedibus Domini, quanto se longiùs disiunxerant. Esto, quis labitur (non iam de anima loquor) quis quæso, est qui non vel lingua sua peccauit? Nos igitur quæ præscripsimus, hæc cogitemus attenti, nimirum proprios defectus vt lugeamus, lacrymarum aspergine obliteremus, B Deum precemur supplices, & per hæc, ab inueterata & cariosa peccatorum putredine nosipsos expurgemus: nec solùm, sed & alienæ compatiamur calamitati, atque indolescamus ex animo, eorum maximè qui nobis germanitate iunguntur, vel generis, vel fidei quæ in Christum est, eóque sunt concorpores. Per hæc sanè quis Dei possit sibi conciliare & emereri gratiam. Apostolus proinde per epistolam ait: *Tu quid iudicas fratrem tuum?* Aut etiam cum spernis fratrem tuum? *Omnes enim præsentabimur ante tribunal Christi, itaque rationem reddet suorum factorum vnusquisque Deo: ne igitur in posterum, inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, aut scandalum.* C Infert: *Propter quod inexcusabilis es, ô homo omnis qui iudicas: In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quia iudicium Dei est secundùm veritatem in eos qui talia agunt.* Rursus: *Scimus autem eum qui dixit, mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus:* quia iudicabit Dominus populum suum. (Iac. 4.) Haud aliter Iacobus, hæc colligit: *Vnus est legislator & index, qui potest saluare & perdere: tu autem quis es qui iudicas proximum?* Rursum Paulus: D *Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat aut cadit: stabit autem; potens enim est Deus statuere illum.* Dominus bis concinit: *Nolite iudicare, vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condemnemini.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

καὶ ἀποχωρισθῶσι μακρότερον, κἂν πᾶσαν, κατὰ τὸ φαινόμενον, ἐξαφανίσωσι τὴν κατὰ φύσιν καλλίστην κατάστασιν. εἰκὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ποτὲ ἐξυπνισθέντας πρὸς Θεὸν ἀναβλέψαι, καὶ τοσοῦτον γενέσθαι ἐγγὺς τῶν ποδῶν τοῦ Κυρίου, ὅσον μακρότερον ἀπέσχον. ἔστιν γοῦν ὁ ὀλισθαίνων λόγῳ, καὶ οὐκ ἀπὸ ψυχῆς· τίς δέ ἐστιν ὃς οὐχ ἥμαρτεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ; ἡμεῖς οὖν ἃ προσετάχθημεν, ταῦτα διαφυλάξωμεν, τουτέστιν, τοῦ πενθεῖν καὶ κλαίειν τὰ ἑαυτῶν ἐλαττώματα, καὶ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ καθαρεῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῆς σαπρίας ἡμῶν, καὶ συμπάσχειν καὶ συναλγεῖν τοῖς ὁμογενέσι, καὶ συσσώμοις, καὶ ὁμοπίστοις. ἐν τούτοις γὰρ εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, λέγων, σὺ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου, ἢ καὶ σὺ τί ἐξουθενεῖς τὸν ἀδελφόν σου; πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. ἄρα οὖν ἕκαστος περὶ ἑαυτοῦ λόγον δώσει τῷ Θεῷ. μηκέτι οὖν ἀλλήλους κρίνωμεν, ἀλλὰ τοῦτο κρίνατε μᾶλλον, τὸ μὴ τιθέναι πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ εἰς σκάνδαλον. καὶ ἐπιφέρει, διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε πᾶς ὁ κρίνων· ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις· τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. οἴδαμεν γὰρ ὅτι τὸ κρίμα τοῦ Θεοῦ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν, ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράττοντας. καὶ αὖθις, οἴδαμεν δὲ τὸν εἰπόντα, ἐμοὶ ἐκδίκησις. ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος. καὶ, ὅτι, κρινεῖ Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ ὁ Ἰάκωβος ταῦτα ἐπιλέγει, εἷς ἐστιν ὁ νομοθέτης καὶ κριτὴς, ὁ δυνάμενος σῶσαι καὶ ἀπολέσαι· σὺ δὲ τίς ὁ κρίνων τὸν πλησίον; καὶ πάλιν ὁ Παῦλος, σὺ τίς εἶ ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει, ἢ πίπτει. σταθήσεται δέ. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς στῆσαι αὐτόν. καὶ ὁ Κύριος, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κατακριθῆτε, καὶ μὴ καταδικάζετε, ἵνα μὴ καταδικασθῆτε. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Nemini dandum esse scandalum.

HOMILIA X.

Περὶ τοῦ μὴ σκανδαλίζειν.

Λόγος ι'.

OMNI custodia (fratres) nosipsos conseruemus, atque aduigilemus, ne cui demus E vllam scandali siue offendiculi occasionem, liberi vt simus atque immunes miserrimæ illius calamitatis, quam talibus apprecati sunt cum Prophetæ tum Apostoli: Nec solùm, sed & Dominus noster Iesus Christus. (Abac. 2.) Primus se offert Propheta Abacuc: *Væ* (ait) *qui potat proximum suum euersione dolosa.* (Eccl. 25.) Ecclesiastes item: *Qui fodit foueam proximo suo, incidet in eam.* (Prou. 27) Et: *Qui voluit lapidem, super se voluit.* Et: *Qui demolitur sepem, mordebit eum coluber.* (Eccl. 10.) Parœmiastes: *Circumcide abs te os prauum,*

ΠΑΣΗ φυλακῇ τηρήσωμεν ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, τοῦ μὴ δοῦναι ἀφορμὴν σκανδάλου, ἢ προσκόμματός τινι, ἵνα ῥυσθῶμεν τοῦ ταλανισμοῦ τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου ἡμῶν, καὶ φιλανθρώπου Χριστοῦ. πρῶτον γοῦν ὁ προφήτης Ἀββακούμ· οὐαὶ φησὶν ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπῇ θολερᾷ. καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς, ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. καὶ ὁ κυλίων λίθον, ἐφ' ἑαυτὸν κυλίει. καὶ καθαιροῦντα φραγμὸν, δήξεται αὐτὸν ὄφις. καὶ ὁ παροιμιαστὴς, περίελε ἀπὸ σοῦ σκολιὸν στόμα·

καὶ ἄδικα χείλη μακρὰν ἀπὸ σοῦ ποίησον, ὅτι ἐνώπιόν εἰσι τῶν τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμῶν, ὁδοὶ ἀνδρός. ὁ δὲ ἀπόστολος Ἑβραίοις, γῆ γάρ φησιν, ἡ πιοῦσα πολλάκις τὸν ἐπ' αὐτῆς ἐρχόμενον ὑετὸν, καὶ τίκτουσα βοτάνην εὔθετον ἐκείνοις δι' οὓς καὶ γεωργεῖται, μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. ἐκφέρουσα δὲ ἀκάνθας, καὶ τριβόλους, ἀδόκιμος, καὶ κατάρας ἐγγύς· ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Ταῦτα περὶ τοῦ εἰς πίστιν σκανδάλου διελέγετο πρὸς αὐτοὺς, ὡς δεξαμένοις μὲν τὴν σπορὰν τοῦ λόγου, ἀκανθώδεσιν δὲ λογισμοῖς συμπνίγουσι τὸν λόγον, καὶ μὴ καρποφοροῦσι. Ῥωμαίοις δέ φησιν, παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς, ἀδελφοί, σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας, καὶ τὰ σκάνδαλα, παρὰ τὴν διδαχὴν, ἣν ὑμεῖς ἐμάθετε, ποιοῦντας, καὶ ἐκκλίνατε ἀπ' αὐτῶν. οἱ γὰρ τοιοῦτοι, οὐ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ δουλεύουσιν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ, καὶ διὰ τῆς χρηστολογίας, καὶ εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. καὶ πάλιν, βλέπετε μήπως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν· ἐὰν γάρ φησιν, ἴδῃ σε τὸν ἔχοντα γνῶσιν ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον, οὐχὶ ἡ συνείδησις αὐτοῦ, ἀσθενοῦς ὄντος, οἰκοδομηθήσεται, εἰς τὸ τὰ εἰδωλόθυτα ἐσθίειν; καὶ ἐπάγει, ἀπόλλυται γὰρ ὁ ἀσθενῶν ἀδελφὸς ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, δι' ὃν ὁ Χριστὸς ἀπέθανεν· οὕτως δὲ αὐτῶν τύπτοντες τὴν συνείδησιν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε. καὶ αὖθις· ἵνα τί γὰρ ἡ ἐλευθερία μου κρίνεται ὑπὸ ἄλλης συνειδήσεως; εἰ ἐγὼ χάριτι μετέχω, τί βλασφημοῦμαι ὑπὲρ οὗ ἐγὼ εὐχαριστῶ; ὁ δὲ Κύριος ἀπεφήνατο λέγων· ὃς δ' ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα κρεμασθῇ μύλος ὀνικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. καὶ ἐπιφέρει, ὁρᾶτε, μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων· λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν, ἐν οὐρανοῖς διὰ παντὸς βλέπουσιν τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός μου. καὶ αὖθις, οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων· δεῖ γὰρ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα. πλὴν οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. δοξάσωμεν οὖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Περὶ τοῦ μὴ ὀνειδίζειν, ἀλλὰ μᾶλλον, ὀνειδίζεσθαι. Λόγος να'.

Ὁ ὀνειδίζων τὸν πλησίον ἔν τινι πλημμελήματι, τοῖς αὐτοῖς δικτύοις περιπλακήσεται. ὁ γὰρ ἀπείρανθρωπος τοῦτο καὶ θεῖον· ἐγκαταλιμπάνεται γὰρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ ἀσυμπαθὲς καὶ τὴν ἔπαρσιν. καὶ εἰς τὸ αὐτὸ πταῖσμα περιπίπτει, εἰ μὴ διὰ μετανοίας ἐξιλεώσηται τὸν Θεόν, ἐξομολογούμενος τὸ πταῖσμα αὐτοῦ. ὁ δὲ ὀνειδισθεὶς, ἐὰν ἀταράχως καὶ εὐχαρίστως δέξηται τὸν ὀνειδισμὸν, λογιζόμενος ἑαυτὸν ὑπεύθυνον εἶναι τοῦ ὀνειδισμοῦ,

& labia iniqua longè fac à te, quia coram oculis Dei sunt viæ viri. Apostolus quoque ad Hebræos ait: *Terra enim sæpè bibens imbrem super se venientem, & pariens herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas & tribulos, reproba & maledictioni proxima est, cuius finis in combustionem.* Hebr. 6. Hæc planè disserebat istis de scandalo, quo fidei acceptæ segetem premebant, qui semen quidem verbis acceperant, sed illud spinarum instar aculeatis cogitationibus præfocabant, nihil proinde proferentes frugis bonæ. Idem & Romanis: *Obsecro igitur vos (fratres) vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula faciunt, præter doctrinam quam vos didicistis: & declinate ab eis: tales enim Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ventri, & per suauem sermonem & benedictionem seducunt corda innocentium.* Rom. 16. Iterum: *Videte ne fortè potestas vestra offendiculum fiat infirmis: si quis enim viderit te qui habes scientiam, in idolio recumbentem, nunquid conscientia ipsius cùm sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?* 1. Cor. 8. Inducit: *Et peribit infirmus frater, in tua scientia, pro quo Christus mortuus est: atque ita ipsorum percutientes conscientiam, in Christum peccatis.* Rursus: *Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quòd gratias ago?* Dominus porrò aduersùs tales pronunciauit, dicens: *Qui scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris;* Matth. 18. potius quam scandalizet vnum ex paruulis istis. Et addit: *videte ne scandalizetis vnum ex paruulis istis: Dico vobis quia Angeli eorum in cœlis vident faciem Patris mei.* Rursus: *Væ mundo, à scandalis.* Et: *Verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit.* Benignum & clementem Deum nostrum addecet gloria in sæcula Amen.

Vt neminem afficias probro aut dedecore, magis autem optes affici.

Homilia LI.

Qvi contumeliosus in proximum opprobrat quidpiam delictis suis ipse, quæ alteri intexuit & adornauit, irretietur retibus. Iure quidem. *Quod enim seminat quis, hoc & metet.* Is siquidem medio in discrimine destituitur Dei præsidio, quòd per elationẽ mentis adeò nõ indolescit calamitati alienę, vt etiam inclemẽter insultet: is vt plurimùm in eandẽ ruinã nec semel prolabetur, ni erratũ suũ cõfessus, per pœnitentiã Deũ sibi conciliet & reddat propitiũ. Ille verò in quem intortum est contumeliosius opprobrium, si quidem eam contumeliam imperturbato animo exceperit & cum gratiarũ actione,

per eam humiliationem diuina ope protegitur, ne in eadem iam victus reuoluatur peccata. Contumelia enim hominis cordi afflictiuam tribulationem adfert; at æquo animo sustinenti author est eidem munditiæ & puritatis. Sed & quantò quis pro Christi veritate exceperit insigniorem obiectæ confusionis ignominiam, tantò is vberiorem gloriam promerebitur. Audiet & illud ab animarum nostrarum principe medico: *Ecce sanus factus es, iam ampliùs noli peccare.* Vnus proinde inter sapientes dicit: *Ne exprobres homini auertenti se à peccato*: quin potiùs prouide bona coram Deo & hominibus. Cor igitur nostrum (charissimi) solidè firmemus & communiamus, ne se occupet explorandis aliorum peccatis, neu cuiquam opprobrium intendat, aut contumeliam, ne nos merito nostro audire contingat à beato Dauide, *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Amici quoque beati Iob exprobratoriè dicebant, *Vbi est domus principis?* Rursus: *Quid enim si tu morieris: erit ne subcœlestis hæc plaga inhabitabilis?* Sed & Eliphax aliquanto priùs ait: *Nunquid non militia tua multa? Innumerabilia sunt peccata tua: Pignorabas à fratribus tuis frustrà, vestimentum verò nudorum abstulisti: at ne aquæ quidem poculo refocillasti sitientes, sed & esurientes priuasti frustulo panis: Viduas emisisti vacuas, pupillos verò afflixisti: Itaque laquei circumdederunt te.* Et hæc quidem commenti adornato mendacio, iusto isti contumeliosiùs opprobrabant, non quòd illum odissent, sed vt asperitate verborum humiliarent alioqui humillimum: Illi etenim, beato viro affines erant. Nam Eliphaz frater patris Iob erat primus. Attamen iustus hic contorta in se contumeliæ spicula omnia generoso pectore ferebat, & quidem tali plaga inclementer cùm esset saucius. Quin & hos suos exprobratores conciliabat Deo, & repropitiabat, quod vtique non contigisset, nisi preces intercessissent admirabilis huius Iob. Iam quando iuxta Scripturam, *Homo improperans verbis improperij, omnibus diebus suis non erudietur*: & nos igitur Christiani, rectâ per sanctorum callem incedentes dicamus: *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, & si is qui me oderat, super me magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.* Et: *Tota die exprobrabant mihi inimici, & qui laudabant me, aduersum me iurabant: Ego autem tanquam surdus non audiebam.* Ait autem & beatus Petrus, *Si reprobamini in nomine Domini, beati, quoniam quod est honoris & virtutis, & qui est Dei spiritus, super vos requiescit.* Et Apostolus: *In hoc enim & laboramus & maledicimur, quia speramus in Deo viuo, qui saluator est omnium hominum, maximè fidelium.* Sed & Dominum à cruce pendentem qui præteribant, blasphemabant,

Iob.5.
Eccl.8.
Psalm.56.
Iob 22.
Amici Iob non malè affecti in eum. Eliphaz erat patruus Iob.
Matth.27.

διὰ τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ ὁ Θεὸς σκεπάζει αὐτόν, τοῦ μηκέτι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἡττᾶσθαι ἁμαρτήμασιν. ὀνειδισμὸς γὰρ ἀνθρώπου, θλίψιν μὲν παρέχει τῇ καρδίᾳ, ἁγνείας δὲ αἴτιος γίνεται τῷ ὑπομένοντι. καὶ ὅσον μὲν ἄν τις ὑπὲρ ἀληθείας Χριστοῦ καταδέξηται ὄνειδος, πολυπλασίως ὑπὸ πλήθους δοξασθήσεται, καὶ ἀκούσεται παρὰ τοῦ ἰατροῦ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἴδε, ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε. λέγει δὲ καί τις σοφός· μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας, ἀλλὰ μᾶλλον προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἀνθρώπων. B τηρήσωμεν οὖν, ἀγαπητοί, τὴν καρδίαν ἡμῶν ἐρηρεισμένην, τοῦ μὴ προσέχειν ἀλλοτρίοις πταίσμασιν, καὶ ὀνειδίζειν, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν παρὰ τοῦ Δαβίδ, υἱοὶ ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν, ὅπλα καὶ βέλη καὶ ἡ γλῶσσα αὐτῶν, μάχαιρα ὀξεῖα. καὶ γὰρ τοῦ Ἰὼβ οἱ φίλοι ὀνειδίζοντες αὐτὸν ἔλεγον, ποῦ ἐστιν οἶκος ἄρχοντος; καὶ πάλιν, τί γὰρ ἐὰν σὺ ἀποθάνῃς, ἀοίκητος ἡ ὑπ᾽ οὐρανόν; ὁ δὲ Ἐλιφὰζ προέτερον φησίν, οὐχὶ ἡ κακία σου ἐστὶ πολλή; ἀναρίθμητοι δέ εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι σου, ἐνεχύραζες δὲ τοὺς ἀδελφούς σου διὰ C κενῆς. ἀμφίασιν δὲ γυμνῶν ἀφείλου· οὐδὲ ὕδωρ διψῶντας ἐπότισας, ἀλλὰ πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν· χήρας δὲ ἐξαπέστειλας κενάς· ὀρφανοὺς δὲ ἐκάκωσας. τοιγαροῦν ἐκύκλωσάν σε παγίδες. ταῦτα μὲν ψευδηγοροῦντες ὠνείδιζον αὐτόν· οὐ διὰ μῖσος δὲ, ἀλλὰ διὰ τὸ ταπεινωθῆναι αὐτὸν τοῖς ῥήμασιν. ἦν γὰρ γνώριμος αὐτῶν· ὁ γὰρ Ἐλιφὰζ ἀδελφὸς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἦν [illegible]· πλὴν ὁ δίκαιος πάντα ἔφερεν γενναίως· καίτοιγε ἐν τοιαύτῃ πληγῇ ὤν, καὶ ὀνειδιζόμενος ὑπ᾽ αὐτῶν ἐξιλεοῦτο τὸν Θεόν· καὶ εἰ μὴ διὰ τῶν εὐχῶν τοῦ Ἰώβ, D ἀπώλεσεν ἂν αὐτοὺς ὁ Θεός. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Ἰώβ. ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπος συνεθιζόμενος λόγοις ὀνειδισμοῦ, ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ οὐ μὴ παιδευθῇ, κατὰ τὴν γραφήν. ἡμεῖς οὖν ὡς Χριστιανοὶ τῇ ὁδῷ τῶν ἁγίων βαδίζοντες εἴπωμεν, ὅτι εἰ ὁ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. καὶ εἰ ὁ μισῶν με, ἐπ᾽ ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν, ἐκρύβην ἂν ἀπ᾽ αὐτοῦ. καὶ τό, ὅλην τὴν ἡμέραν ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου· καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με, κατ᾽ ἐμοῦ ὤμνυον. ἐγὼ δὲ ὡσεὶ κωφὸς οὐκ ἤκουον. φησὶ δὲ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος· εἰ ὀνειδίζεσθε E ἐν ὀνόματι Κυρίου, μακάριοι, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀναπέπαυται. καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλος, εἰς τοῦτο γὰρ καὶ κοπιῶμεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, ὅτι ἠλπίκαμεν ἐπὶ Θεῷ ζῶντι· ὅς ἐστιν πατὴρ πάντων ἡμῶν, μάλιστα δὲ πιστῶν. καὶ τὸν Κύριον ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, οἱ παραπορευόμενοι ἐβλασφήμουν,

κινοῦντες τὰς κεφαλάς. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀρχιερεῖς μετὰ τῶν γραμματέων ἐμπαίζοντες ἔλεγον, ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυτὸν οὐ δύναται σῶσαι; τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ οἱ λῃσταὶ οἱ συσταυρωθέντες ὠνείδιζον αὐτόν. ὁ δὲ μακρόθυμος Κύριος, τὸ ἐναντίον, ὑπὲρ αὐτῶν ἐξιλεοῦτο τὸν πατέρα· καὶ ἔλεγεν, πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν. καὶ πρὸ τούτου, θαρσοποιῶν τοὺς μαθητάς, ἔλεγεν, μακάριοί ἐστε ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσιν, καὶ εἴπωσιν πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν, ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ. χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A mouentes capita: nec secus Principes sacerdotum cum scribis illudebant dicentes, *Alios saluos fecit, non potest se saluare. Idem* prorsùs & latrones qui cum ipso crucifixi erant, improperabant ei. Longanimis Dominus ex contrario pro istis sic impiis repropitiabat Patrem, & dicebat: *Pater ignosce illis peccatum, non enim sciunt quid faciunt.* Quid aliquantò priùs, nonnihil iniiciens discipulis audaciæ, dicebat? *Beati eritis cùm exprobrauerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne verbum aduersum vos, mentientes: gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cœlis.* Ipsi gloria in sæcula. Amen. Matth. 5. B

Περὶ τοῦ μὴ ἀνταποδοῦναι κακόν.

Λόγος νβ΄.

ΠΡΩΗΝ μὲν περὶ τοῦ μὴ ὀνειδίζειν, ἀλλ᾽ ὀνειδίζεσθαι, ὀλίγα διαλαβόντες, νῦν περὶ τοῦ μὴ ἀνταποδοῦναι κακίαν, τὸν λόγον μετενέγκωμεν. εἰ οὖν βουλόμεθα συγκληρονόμοι Χριστοῦ εἶναι, ἐφάμιλλοι γενώμεθα τοῖς τοῦ Χριστοῦ φιλοτάτοις. μιμησώμεθα τὸ πρᾶον τοῦ Δαβίδ, ὅπως καὶ ἡμεῖς ἀκούσωμεν παρὰ τοῦ Θεοῦ, εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. εὗρον γάρ φησιν ὁ ὑπεράγαθος καὶ φιλάγαθος, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου, περὶ τοῦ ἀμνησικάκου Δαβίδ, καὶ περὶ ἐχθροὺς ἀγαθοῦ. καὶ ἡμεῖς οὖν μὴ ποιήσωμέν τι πρὸς ἄμυναν ἀδελφοῦ κατηδικηκότος ἡμᾶς, ἵνα μὴ ἀπάντα ἡμῖν σκολιὰ γένηται ἐν καιρῷ προσευχῆς. ὁ νόμος παρακελεύεται προσνοεῖν τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ· καὶ ὁ Ἰώβ, ὡς ἐχόμενος ἀπὸ κακίας παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐμαρτυρεῖτο. καὶ ὁ Ἰωσήφ, τοὺς ἐπιβούλους ἀδελφοὺς οὐκ ἠμύνατο. καὶ Ἄβελ ἁπλῶς καὶ ἀνυπόπτως συνεπορεύετο τῷ ἀδελφοκτόνῳ Κάϊν. καὶ πάντως ἁπλῶς διακηρύττει ἡ θεολογία τοὺς ἐν ἀκακίᾳ πολιτευομένους ἁγίους. φησὶν δέ τις, ὃς ἀνταποδίδωσιν κακὸν, ἀντὶ ἀγαθῶν, οὐ κινηθήσεται κακὰ ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ. καὶ πάλιν, ὁ βαλὼν λίθον εἰς ὕψος, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἑαυτοῦ βάλλει. καὶ ὁ ὀρύσσων τῷ πλησίῳ βόθρον, ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. καὶ ὁ ἱστῶν παγίδα, ἁλώσεται ἐν αὐτῇ. καὶ ποιοῦντι πονηρὰ, ἐπ᾽ αὐτὸν κυλισθήσεται. ὁ δὲ Ἱερεμίας, ἐντυγχάνων τῷ Θεῷ, κατὰ τὸν Ἰσραὴλ λέγει· εἰ ἀνταποδίδοται ἀντὶ ἀγαθῶν κακὰ, μνήσθητι ὡς ἐλάλησα ὑπὲρ αὐτῶν ἀγαθά. οὕτως ὁ δίκαιος, νυκτός τε καὶ ἡμέρας ὑπὲρ αὐτῶν τὸν Θεὸν ἐξιλεοῦτο.

Quòd malum malo retaliandum non sit.

HOMILIA LII.

PAVLO quidem priùs de eo quòd nemini ingerendum sit improperium, sed ingestum tolerandum æquanimiter, nonnihil disseruimus: nunc nobis est sermo aliò transcribendus, nempe vt doceamus non conuenire C Christiano, malum vt repenset, aut retaliet mala. Sanè Christi cohæredes si esse cupimus, magnopere nobis est contendendũ perquam similes vt inueniamur sanctis Christo charissimis. Id fiet, si mansueti Dauidis imitabimur lenitatem, vt & nos quiddam assimile audire à Deo promereamur, quod & de ipso Dauide pronuntiauit, viro iniuriarum immemore prorsus, & erga inimicos perquam benigno, nimirum illud: *Inueni virum secundùm cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.* Et nos igitur tanti Herois prouocati exemplo, nonnihil auxilij prꝍstemus ac suf-
D fragemur fratri, à quo qualicunque iniuria pul- Exod. 23.
sati sumus: ne vel tempore orationis postulatio *Ipsissimis verbis eadẽ prorsus Dionysii Areop. epistola 8.*
omnis nostra repudietur, resque abeat in diuersum quam petimus. Iubet lex subiugale animal inimici (si fors labi contingat) vt proinde subleues. Iob testimonium à Deo reportare promeruit, quòd suam adhuc retineret ac tueretur innocentiam. Ioseph de fratribus nullam expetiuit vltionẽ, quos alioqui vitæ insidiatores suæ fuerat passus. Abel amabili simplicitate præditus nec vllius suspicax in se iniuriæ, simul cum fratricida cõcessit in agrũ. In genere, quotquot sanctos diuinæ concelebrant literꝍ, eos astruũt
E per innocentiæ callem vitam instituisse suam. Sed & vnus aliquis ait: *Qui reddiderit mala pro bonis, non mouebuntur mala de domo eius.* Iterum: *Qui iacit lapidem in altum, in suum caput iacit.* Et: *Qui fodit foueam proximo, incidet in eam.* Et: *Qui statuit laqueum, capietur in eo, & qui facit mala, in eum deoluentur.* Hieremias quoque Deum interpellans aduersus Israël dicit: *Si redduntur pro bonis mala, recordare, quanta locutus sim pro eis bona.* Adeò iustus hic, perdius Hier. 18.
& pernox istis sic ingratis exorabilem Dei clementiam studebat conciliare, & flectere iram:

vnde & semel & secundò diuina voce accepit responsum, *Noli orare pro eis, non enim exaudiam te.* Ecquid tandem excepit dignæ retributionis? vtrique tam bene de se merentem demiserunt in lacum fœtulentum ac cœnosum madidum. Hæc perpetuò Iudæos comitata est malè grata strenuitas, sic se fortes præstiterunt.
Gen.50. Ioseph præterea adeò nihil interminatus est vltricis vindictæ fratribus, vt vnumquemque complexus seorsim, colla illorum oppleuerit
Psalm.7. lacrymis: tanta erga illos liquescebat charitate Sed & dicebat: *Nolite timere, ego pascam vos* Quid proinde postularit Dauid à Deo, expendendum nunc: *Domine Deus meus, si feci istud* (ait) *si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam vtique ab inimicis meis inanis.* Petrus item admonens ait, *Non reddentes malum pro malo, aut maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis:* Pau-
i.Thess.5. lus etiamnum: *videte ne quis malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est, sectemini & in inuicem & in omnes.* Rursum: *Noli vinci à malo,*
Matth.5. *sed vince in bono malum.* Quid Dominus? *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, benedicite maledicentibus vobis: quicunque percusserit te in dexteram maxillam: præbe ei & alteram, & ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium tuum.* Et: *Si quis angariauerit te milliare vnum, vade cum eo & alia duo.* Et: *Estote misericordes & perfecti, sicut Pater vester cælestis.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

A ὅτε καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι μὴ ἀξίου ὑπὲρ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. αὐτοὶ δὲ ἀντημείψαντο αὐτόν, χαλάσαντες αὐτὸν ἐν τῷ βορβόρῳ τοῦ λάκκου. τοιαῦτα γὰρ ἀεὶ τῶν Ἰουδαίων τὰ ἀνδραγαθήματα. καὶ Ἰωσὴφ δὲ, οὐ μόνον οὐκ ἠμύνατο τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῶν ἐξ ἀγάπης πολλῆς· καὶ ἔλεγεν, μὴ φοβεῖσθε, ἐγὼ διαθρέψω ὑμᾶς. ἴδωμεν τί καὶ ὁ Δαβὶδ ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ· Κύριε ὁ Θεός μου, φησιν, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου,
B εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. ὁ δὲ Πέτρος παραινῶν λέγει· μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας· τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες, ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε. καὶ ὁ Παῦλος, ὁρᾶτε, φησιν, μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδῷ, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. καὶ αὖθις· μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. ὁ δὲ Κύριος, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχ-
C θροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. καὶ ὅστις σε ῥαπίσει εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ τὸ ἱμάτιόν σου. καὶ εἴ τις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο. καὶ γίνεσθε οἰκτίρμονες καὶ τέλειοι ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

De memoria acceptæ iniuriæ.

HOMILIA LIII.

ABSOLVTO vtcumque sermone, de eo quòd pro malo neutiquam rependendum sit malum, ad eum trascendamus, qui est de memoria acceptæ iniuriæ. Non modò (fratres) non debemus meminisse vllius mali à contribulibus aut affinitate propinquis accepti: sed ex diuerso cuncti veniunt Christiana longanimitate tolerandi, ac mali nostra sunt subleuandi benignitate: nec vtcumque, verùm erga tales nostræ conduplicemus argumenta liberalitatis, vt vel piorum operum efficacia nosipsos declaremus ingenuos Christi esse discipulos: Ipse enim Christus in malos atque inutiles suam effundit benignitatem. Ad eum modum pia contentione imitari Dominum debemus, quatenus sinunt viriculæ nostræ. Sanè si qua incessit cupido obtinendæ aliquando beatitudinis, eius necesse sit iram vt arceamus, non ab opere solùm, sed nec in mentis domicilium sinamus alicunde irrepere. Neque enim tanti est in ipso incandescentis iræ articulo frænare os, nec vllum depromere verbũ concepti furoris index:

Περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν.

D

Λόγος νγ'.

ΤΟΝ περὶ τοῦ μὴ ἀνταποδοῦναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ, λόγον τελέσαντες, μετέλθωμεν καὶ εἰς τὸν τῆς μνησικακίας. οὐ μόνον γὰρ, ἀδελφοί, οὐκ ὀφείλομεν μνησικακεῖν τοῖς ὁμογενέσι καὶ ὁμογάμβροις, ἀλλὰ τοὐναντίον, Χριστιανικῶς φερόμενοι, καὶ τοὺς κακοὺς ἀγαθύνοντες, καὶ ἐφαπλοῦντες ἐπ' αὐτοὺς πολλὴν ἀγαθότητα, καὶ ἐπιδεικνύντες διὰ τῶν ἔργων ἑαυτοὺς ἀληθινοὺς μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ,
E ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν ἐπὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους. οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν, ἐν ἅπασι, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν, μιμήσασθαι τὸν Κύριον ἡμῶν. εἰ τοίνυν ἐπιθυμοῦμεν τοῦ μακαρισμοῦ αὐτοῦ, οὐ μόνον τὴν κατ' ἐνέργειαν ὀργὴν κωλῦσαι ὀφείλομεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κατὰ διάνοιαν. οὔτε γὰρ τοσοῦτόν ἐστι τὸ κρατεῖν τοῦ στόματος ἐν καιρῷ θυμοῦ, καὶ μὴ ἐκφέρειν ῥήματα μανιώδη·

ὅσον δὲ καθαρίζειν τὴν καρδίαν ἀπὸ μνησικακίας, καὶ μὴ ἀναστρέφειν ἐν τῇ διανοίᾳ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ πονηροὺς λογισμούς. τὰς ῥίζας γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων ἐκκόπτεσθαι παραγγέλλει ἡ εὐαγγελικὴ διδασκαλία. τῆς ῥίζης γὰρ ἐκκοπείσης τοῦ θυμοῦ ἀπὸ τῆς καρδίας, οὔτε μῖσος, οὔτε φθόνος εἰς ἔργον προαχθήσεται. ὥσπερ οὖν σκιάζει ἥλιον ὑποδραμὸν νέφος, οὕτως νοῦν λογισμὸς μνησικακίας. ἐν μνησικάκῳ γὰρ ψυχῇ ἀλώπεκες κατασκηνώσουσι, καὶ ἐν τεταραγμένῃ καρδίᾳ θηρία φωλεύσουσιν. καὶ ὥσπερ ἀνὴρ σεμνὸς καταγώγιον αἰσχρὸν φεύγει, οὕτως καὶ ὁ Θεός, μνησίκακον καρδίαν· καὶ ὃν τρόπον καπνὸς ταράσσει ὀφθαλμούς, οὕτως μνησίκακος ἐν καιρῷ προσευχῆς. ἀκούσωμεν οὖν τί ἐντέλλεται ἡμῖν δι᾽ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν δούλων αὐτοῦ ὁ Κύριος. τοιγαροῦν διαμαρτύρεται ἡμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας, λέγων, κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον αὐτοῦ μὴ λογιζέσθω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. καὶ ἄλλος, ὃς μνησικακεῖ, παράνομος. καὶ πάλιν, ὁ κρύπτων ἔχθρας, συνίστησι δόλον. ἐν παντὶ ἀδικήματι μὴ μνησικακήσῃς τὸν πλησίον· ἀλλ᾽ ἐὰν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, τρέφε αὐτόν· καὶ ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν. καὶ πάλιν, ἄφες τὸ ἀδίκημα τῷ πλησίῳ σου. καὶ τότε δεηθέντος σου αἱ ἁμαρτίαι σου λυθήσονται. καὶ ἐπάγει, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργήν, καὶ παρὰ Θεοῦ ζητεῖ ἴασιν· αὐτὸς σὰρξ ὤν, διατηρεῖ μῆνιν, καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; καὶ ἐπιφέρει· μνήσθητι τὰ ἔσχατά σου, καὶ παῦσαι ἐχθραίνων. καὶ αὖθις, ἀπόσχου ἀπὸ μάχης, καὶ ἐλαττώσεις ἁμαρτίας. καὶ ὁ παροιμιαστής, φόβος Κυρίου, μισεῖ κακίαν, ὕβριν τε καὶ ὑπερηφανίαν, καὶ ὁδοὺς πονηρῶν. καὶ πάλιν, μὴ εἴπῃς, ὃν τρόπον ἐχρήσατό μοι, χρήσομαι αὐτῷ· ἤ, τίσομαι αὐτόν, ἅ με ἠδίκησεν. καὶ αὖθις, μὴ εἴπῃς, τίσομαι τὸν ἐχθρόν μου· ἀλλ᾽ ὑπομεῖνον τὸν Κύριον ἵνα σοι βοηθήσῃ. ἐν ὁδοῖς γὰρ δικαιοσύνης ζωή, ὁδοὶ δὲ μνησικάκων εἰς θάνατον. καὶ ὁ Ἰάκωβος· ἀποθέμενοι οὖν πᾶσαν ῥυπαρίαν, καὶ περισσείαν κακίας, ἐν πρᾳότητι δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον, δυνάμενον σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν. ὁ δὲ Παῦλος, μὴ παιδία γίνεσθε ταῖς φρεσί, ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζετε. φύγωμεν οὖν, ἀδελφοί, τὸ ὀλέθριον πάθος τῆς μνησικακίας, ἵνα μὴ ἀπαλλοτριώσῃ ἡμᾶς τῆς πρὸς Θεὸν παρρησίας· οὐ γὰρ τολμήσει τις νοσῶν τοῦτο τὸ νόσημα τῆς μνησικακίας, παραστῆναι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ προσευχῇ.

A quanti est expurgare cor ab omni acceptæ iniuriæ inamœna & insuaui memoria, vt ne tecùm aduersus fratrem quidpiam malignæ cogitationis tacita mente obuerses. Siquidem Euangelica doctrina cumprimis iubet ab radice peccata exscindi. Iræ enim radicem prorsus à corde si excideris, iam non odium erit, non inuidia ad opus vsque progredietur. Itaque vt radiosissimum solis iubar subtercurrens obumbrat & occulit nubes, ita & menti nostræ vel sola acceptæ iniuriæ cogitatio densam oppandit caliginem. In anima enim sic tenaci iniuriarum insidiosæ vulpes sinum sibi figunt atque exædificant vmbratile B tabernaculum, inque eiusmodi corde turbulento, tanquam in spelæis retrusissimis delitescunt feræ immanes. Vt quisque casti pudoris amantissimus, longissimè se submouet ab obscœno & infami diuerticulo meretricum, ita quoque Deus cor auersatur & defugit eius qui fixius memoria tenet irrogatam sibi iniuriam. Quemadmodum fumus obturbat & circumfundit quamlibet perspicacem aciem oculorum, sic & orationis tempore memoria contumeliæ mentem sua intemperie exagitat. Quid itaque faciendum nobis præscribat Dominus, per se suosque C seruos, intenta percipiamus aure. In primis suo testimonio præscriptam confirmat sententiam Zacharias Propheta: *Malitiam* (inquit) *ne meminerit vnusquisque aduersus proximum suum in cordibus vestris.* Alius eôdem respicit: *Vnusquisque malitiam proximi sui ne cogitetis in cordibus vestris.* Rursus: *Qui meminit iniuriæ, iniquus.* Iterum: *Qui occultat inimicitiam, concinnat dolum: In omni iniustitia, ne sis memor iniuriæ proximi:* sed, *Si esurierit frater tuus, ciba illum: si sitit, potum da ei.* Et: *Dimitte iniuriam proximo, & tunc deprecante te, peccata tua soluentur.* Inducit: *Homo homini conseruat iram, & à Deo quærit medelam? Talis caro cùm sit, reseruat iram: & quis propitiabit peccata illius?* Infert: *Memento nouissimorum, & desine inimicari, abstine à lite, & minues peccata.* Parœmiastes, *Timor Domini odit malitiam, contumeliam, superbiam, & vias prauorum.* Rursus: *Ne dixeris, quomodo fecit mihi, faciam ei quæ mihi fecit iniustè.* Et, *Ne dixeris, vindicabo me de inimico meo: sed sustine Dominum, vt tibi auxilietur: In vijs enim iustitiæ, vita: viæ* E *autem renunniscentium iniuriæ, ad mortem.* Iacobus: *Deponentes igitur omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras.* Paulus item: *Nolite pueri effici sensibus, sed innocentia paruuli estote.* Hæc itaque perniciosa perturbatio, memoriæ nempe retentricis iniuriarum, nobis (fratres) magnopere vitanda est, vt ne nos à fiducia abalienet quam erga Deum habemus. Neque enim qui hoc ægrotet genere morbi, Deo se ausit præsentare cum sinceritate orationis, nec enim potest.

Contumelia memoria inter orandum, vexat mentem.

Eccl.10.

Eccl.28.

Prou.8.

Prou.20.& 24

Iacob.1.

1.Cor.14.

Matth.5. Dominico etenim illo præcepto reuocatur & arcetur: *Si offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, quia habet aliquid frater tuus aduersum te, relinque ibi munus tuum altare, & vade priùs vt reconcilieris fratri tuo, & tunc vbi redieris, offer munus tuum.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Inimicitias in nullum prorsus exerceri debere.

HOMILIA XLV.

INFENSE atque inimiciter persequi vnum aliquem qui tibi sit contribulis, aut fidei germana communione fœderetur, nefarium prorsus, nec vlli consentaneum qui Deum veneratur, séque ex professo cultui diuino mancipavit. Neque enim Deus inimicitias vlli hominum exercendas sua sanxit lege, præterquam aduersus illum homicidam diabolum qui ipso statim initio orbis conditi hominem illici lenocinio inescatum decepit, atque adeò deceptum, amœnitate exegit paradisi. Haud secus iubemur Madianitas execrari & odisse, nimirum impuros illos spiritus fornicationis atque omnifariæ libidinis incentores, qui improbas cogitationes & nimisquam obscœnas quasi semina cordibus inseruit nostris. Hos pro virili portione vt oderis, necesse sit, eósque declines quàm ocyssimè, nequando nos reddant inuisos Deo per impuram cum ipsis conflictationem & amicitiam, iuxta sententiam illam: *Nonne*
Psal.139. *qui oderunt te Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Aduersus autem alium quemuis, locum nullum habet inimicitia, præsertim si de damno agitur corporali, de detractione, vel contumelia, aut quæcunque tandem sunt conformia isti sæculo & consentanea. Neque enim aduersus tuum gentilem siue contribulem debes hostilem affectum induere ob hæc temporaria, potiùs agendæ veniunt gratiæ, quòd nobis sunt salutis certiùs obtinendæ pararij. Sola enim est malitia quæ nos à familiari Dei congressu diremit, hominesque à charitate mutua auulsit. Hanc igitur aduersum homines inimicitiam, ante omnia abs te vt amoliaris ac vites, operæ pretium est: at virtutem continenti studio persequere, quæ te Deo conciliet, & proximis agglutinet mutuæ glutinio charitatis. Scopus enim vnicus hic est virtutis & philosophiæ, vt citra
Esai.1. fucum quiduis agat, præsertim si cum prudentia coniungitur. Esaias Propheta nostrum sermonem suo confirmat patrocinio, ait enim: *Nec eris cum pluribus in malitia.* Hæc quidem de impuris & obscœnis cogitationibus dicens. Inducit autem: *Lauamini, mundi estote, auferte malitias ab animabus vestris, quiescite à malitijs vestris, discite benefacere.*

A κωλύεται γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου, λέγοντος, ἐὰν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ἔχει ὁ ἀδελφός σου τὶ κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Περὶ τοῦ μὴ ἐχθραίνειν.

Λόγος με'.

B ΤΟ ἐχθραίνειν ἀνθρώποις ὁμοφύλοις καὶ ὁμοπίστοις, ἀθέμιτον καὶ ἀνάρμοστον τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν, καὶ ἐπαγγελλομένοις θεοσέβειαν. ὁ γὰρ Θεὸς, ἔχθραν οὐκ ἐνομοθέτησεν ἀνθρώποις, εἰ μὴ μόνον πρὸς τὸν ὄφιν, ἤγουν πρὸς τὸν δι' αὐτοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀπατήσαντα, καὶ ἐξαγαγόντα ἐκ παραδείσου τὸν ἄνθρωπον, ἀνθρωποκτόνον διάβολον. ὁμοίως δὲ καὶ ἐχθραίνειν προσετάχθημεν τοῖς Μαδιηναίοις, τουτέστι, τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι τῆς πορνείας καὶ ἀσελ-
C γείας, τοῖς ἐπεγείρουσι τοὺς πονηροὺς καὶ βεβήλους λογισμοὺς εἰς τὴν καρδίαν. τούτοις δὴ πάσῃ δυνάμει ἐχθραίνειν καὶ ἀποστρέφεσθαι, ἵνα μὴ ἐχθροὺς ἡμᾶς ποιήσωσι τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς πρὸς αὐτοὺς φιλικῆς ὁμιλίας, κατὰ τὸ εἰρημένον, οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην; τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτοὺς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. πρὸς δὲ ἄνθρωπον οὐ χρὴ ἔχθραν ἔχειν· μάλιστα περὶ ζημίας σωματικῆς, ἢ καταλαλιᾶς, ἢ ὕβρεως,
D ἢ ὅσα τῷ αἰῶνι τούτῳ ἁρμόζει. οὐ χρὴ δὲ αὐτὰ ἀπεχθῶς διακεῖσθαι πρὸς τὸν ὁμόφυλον· ἀλλὰ μᾶλλον εὐεργετεῖν, ὅτι πρόξενοι ἡμῖν γίνονται σωτηρίας. ἡ γὰρ κακία, τῆς μὲν εἰς Θεὸν συναφείας ἀπέστησε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλων διέστησε. ταύτην οὖν πρὸ πάντων δεῖ φεύγειν, καὶ διώκειν τὴν ἀρετὴν, καὶ Θεῷ προσεγγίζουσαν, καὶ ἀλλήλοις συνάπτουσαν. ἀρετῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ὅρος, τὸ μετὰ συνέσεως ἄπλα-
E στον. συνηγορεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἡμῶν καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας· φησὶ γὰρ, οὐκ ἔσῃ μετὰ πλειόνων ἐν κακίᾳ. περὶ τῶν ἀκαθάρτων λέγων λογισμῶν. καὶ ἐπάγει, λούσασθε, καὶ καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν.

καὶ ὁ παροιμιαστής φησι, μὴ φιλεχθρήσῃς εἰς ἄνθρωπον μάτην, μή ποτε εἰς σὲ κακὸν ἐργάσηται. καὶ πάλιν, φόβος Κυρίου, μισεῖ κακίαν· ὁ δὲ ἀναιδής, μεθ' ὕβρεως πράσσει κακά. καὶ ὁ φιλομαχῶν, χαίρει μάχαις. καὶ πάλιν, ἀνὴρ ἀμετάβολος γλώσσῃ, ἐμπεσεῖται εἰς κακά. ὁ δὲ Δαβὶδ ἀντιβολῶν φησι πρὸς τὸν Θεόν, μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθραίνοντές μοι ἀδίκως, οἱ μισοῦντές με δωρεάν· ἀλλ' αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἐντραπήτωσαν οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου. καὶ ἀπόστρεψον τὰ κακὰ τοῖς ἐχθροῖς μου. καὶ, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου (τουτέστιν, ἐν τῷ Χριστῷ) ἐξολόθρευσον αὐτούς. καὶ, Κύριος ἐμοὶ βοηθός, κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου· ἐν τῷ Θεῷ γὰρ ποιήσομεν δύναμιν καὶ αὐτὸς ἐξουδενώσει τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. ταῦτα δὲ περὶ τῶν νοητῶν ἐχθρῶν προσηύχετο, καὶ οὐχὶ περὶ ἀνθρώπων. καὶ μάρτυς ἡ κατ' αὐτὸν ἱστορία· τοῦ γὰρ Σαοὺλ ζητοῦντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διώκοντος αὐτόν, μετὰ τρισχιλίων ἀνδρῶν, καὶ παραδοθέντος εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἅπαξ, καὶ δίς, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ λεγόντων, ἰδοὺ ἡ ἡμέρα ἣν Κύριος παρέδωκεν τὸν ἐχθρόν σου ἐν τῇ χειρί σου· αὐτὸς ἀπελογεῖτο, ζῇ Κύριος, οὐ μὴ ἐπαγάγω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ χριστὸν Κυρίου. καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπένθει θανόντος αὐτοῦ. καὶ ἐθανάτωσε τὸν εὐαγγελισάμενον αὐτῷ τὴν σφαγὴν αὐτοῦ. ὁμοίως πάλιν ἐπένθει καὶ περὶ τοῦ θανάτου Ἀβεσαλὼμ τοῦ ζητοῦντος αὐτὸν ἀποκτεῖναι. σαφῶς οὖν ἀποδέδεικται διὰ τούτων, ὅτι οὐ πρὸς ἀνθρώπους ἦν αὐτῷ ἡ ἔχθρα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς νοητοὺς δαίμονας. καὶ ἡμεῖς οὖν τῷ πάντων Θεῷ ἀναθώμεθα, καὶ αὐτὸς σώζει ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, μάλιστα ἐὰν ἀκούσωμεν τοῦ Ἰακώβου, λέγοντος μὴ στενάζετε ἀδελφοί μου κατ' ἀλλήλων, ἵνα μὴ κριθῆτε. καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου εἰρηκότος, ὑμῖν δὲ λέγω τοῖς ἀκούουσιν, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

A Parœmiastes item: *Ne diligas inimicitias aduersus hominem frustra, ne fortè in te aliquid mali operetur.* Prou. 8. Iterum: *Timor Domini odit malitiam, impudens autem cum contumelia operatur mala.* Dauid item suppliciter Deo procidens, ait: *Ne gaudeant super me qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, sed confundantur & reuereantur quærentes animam.* Et: *Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua*, hoc est in Christo) *disperde illos.* Et, *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos: In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.* Et hæc quidem orasse intelligi B debet aduersus spirituales inimicos, non item aduersus homines. Historia testimonio est aduersus intellectuales hostes Dauidem esse precatum Deum: Cùm enim Saül animam Dauid propensissimè appeteret, eúmque persequeretur manu stipatus virorum trium millium, & esset Saul semel & secundò traditus in manus ipsius Dauid & eorum qui cum ipso erant, qui etiam dicerent: *Ecce dies in qua tradidit Dominus inimicum tuum in manu tua:* 2. Reg. 1. Respondit Dauid, *Viuit Dominus, non iniiciam manum meam in Christum Domini.* Neque id modò fecit, sed & Saülis mortem luxit, eúmque dedidit neci, C qui cædem renunciarat Saulis. 2. Reg. 18. Nec aliter Absalonis lugebat mortem, qui necem tam studiosè expetiuerat patris. Arbitror sanè per hæc nihil obscuris argumentis declaratum istius inimicitias neutiquam in homines intentatas fuisse, sed aduersus Dæmones odio omni dignissimos. Et nos igitur qui præ cæteris (vel ipso teste habitu) spirituales videmur, audiamus Iacobum dicentem: Iac. 5. *Nolite ingemiscere in alterutrum, fratres mei: vt ne in iudicium decidatis.* Sed & ipse Dominus quid dixerit, attenta ac fideli aure percipiamus: Matth. 5. *Vobis autem dico audientibus, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: Orate pro his D qui calumniantur & persequuntur vos.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Περὶ τοῦ μὴ φθονεῖν.

Λόγος νε'.

Καὶ ὁ φθόνος δεινὸν πάθος καὶ διαβολικόν, E καὶ δυσίατον· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ἀρξάμενον εὐθέως μετεπήδησεν εἰς τὸν ἀδελφοκτόνον Κάϊν. καὶ καθεξῆς εἰς τοὺς κυριοκτόνους Ἰουδαίους κατήντησε. δεινὸν οὖν, ὡς ἔφαμεν, καὶ πονηρὸν ὁ φθόνος. ὁ μὲν γὰρ φθονῶν ἄχθεται, καὶ τήκεται. καὶ ὥσπερ σκώληξ ἐν ξύλῳ καὶ σὴς ἐν ἱματίῳ, οὕτως τὴν καρδίαν

Ne cupiam inuideris.

Homilia LV.

Iam inuidia quàm vehemens sit animi affectio, veriùs diabolica intemperies, vixque illam admittens medelam; quis referat? Ab ipso enim diabolo vix dum traxerat originem; & ecce è vestigio in fratricidam Caïnum transiliuit, atque ordine deinceps prono cursu in Dominicidas Iudæos deuoluta est. *Inuidia, à diabolo, in Cainũ, & ab hoc in Iudæos transfugium.* Planè inuidia vehemens atque atrox malum ac modis omnibus crudele est. Qui enim cuipiam inuidet: animi angore discruciatur, cõtabescit miserè, eliquatur totus. Inuidia enim quasi vermis in ligno, & in vestimẽto tinea, ita cor deniq;

& faciem eius conficit ac macerat hebeti pallo- A
re, qui semel in ipsius manus incidit. Contra, is
cui inuidetur, in hominum prospectu miris mo-
dis promouetur ac proficit, à Domino prote-
ctus. Exemplo est beatus ille Ioseph: Quo enim
faces fraternæ inuidiæ in illum exarserant a-
criùs; hoc ille sublimiùs à Deo prouehebatur,
quousque tandem ad regni gubernacula pro-
1.Reg.17. motus est. Sic & Saul œstro exstimulatus inui-
diæ, admirabilem illum Dauid persequebatur,
sicut scriptum est: *Exierunt quæ cum tripudio age-
bant triumphalem choream puellæ, ac dicebant, per-
cussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem mil-
libus suis.* Dicto ocyus parens ille inuidiæ om-
nis in Saulis corde sibi delegit vitæ domici- B
lium, eique insusurrauit, vt diceret: *Dauid de-
derunt decem millia, mihi autem mille?* Et quidem
Psalm.108. domus Dauid, cui sic inuidebatur, quotidiana
accessione crescebat & confortabatur, ipse per
hæc ad lyram melicum cantillabat carmen; *Po-
suerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro
dilectione mea.* Iterum: *Maledicent illi & tu be-
nedices: Ego autem non proponebam ante oculos meos
Abac.1. rem iniustam.* Sed & Propheta Abacuc: *Purus
*LXX. ἐπὶ πό- est oculus tuus, ne videat mala & aspiciat super la-
νους ὀδύνης. bores doloris.* Apostolus item ad Philippenses
scribens, pulchrè doctores illos notat inuidiæ:
Quidam quidem per inuidiam & contentionem, ex C
concertatione scilicet proficiscentem; *Chri-
stum annunciant, existimantes pressuram se suscita-
re vinculis meis.* Per admonitionem inducit:
*estote ergo in inuicem benigni, misericordes, donantes
inuicem sicut & Christus donauit vobis. Estote*
igitur *imitatores Christi sicut filij charissimi, &
ambulate in dilectione.* Animæ sincerioris pe-
culiare est argumentum, vt quod loquitur, ni-
hil prorsus resipiat inuidiæ. Zelum alioqui
habet malitiæ omnis exortem, & qui iugiter
Dei quærat ac firmet gloriam. Nihil minùs
conuenit quàm vt profiteamur nos esse disci- D
pulos Domini, re autem ipsa sinamus nos in-
tercipi peste inuidiæ, inque vicem tumultue-
mur. Id maximè tum contingit, si quando vide-
rimus quosdam fratrum, totius sodalitij quàm
minimos, aut certè deformes, ad magistratum
obeundum esse promotos: audimus dominum
tunc dicentem, *da huic locum, vt recubitu sedeat
sublimiore.* Quin miremur potiùs rerum condi-
tarum curatorem, qui sua sapienti atque arca-
na prouidentia, illi quidem velut sortitò (mise-
rabilis licèt in speciem cõspiciatur) adiudicauit E
hæreditatem, siue cæteros vt antegrediatur au-
thoritate, aut certè vt imperet, nos cõtra in po-
strema sedere voluit parte. Ab hac igitur (fra-
tres) pestili lue inuidiæ quàm ocyssimè defu-
Gen.4. giamus, quæ diaboli germen est: vt ne compari
mulcta dãnationis cum Caino inuoluamur; qui
quidẽ per suspiria crebra, artuúmq; miserabilẽ
Matth.27. tremorẽ vitã cùm exegisset, amara morte fun-
ctus est: Neu rursus cum malignissimis Iudæis
qui per inuidiã mirabiliũ Dei operũ, ipsum ad
mortẽ prodiderũt, vel teste Euãgelio. Cõgregat enim dixit Pilatus: *Quē vultis, dimittã vobis? Barrabã*

A καὶ τὸ πρόσωπον ἐξαφανίζει τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ ὁ φθόνος. ὁ δὲ φθονούμενος ἐπὶ τὰ πρόσω προκόπτει, ὑπὸ Κυρίου σκεπαζόμενος· ὥσπερ καὶ ὁ Ἰωσήφ· ὅσον γὰρ ἐφθόνουν αὐτῷ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, τοσοῦτον ὁ Θεὸς ὕψωσεν αὐτὸν, ἕως οὗ εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς τὴν βασιλείαν. ὡσαύτως καὶ ὁ Σαοὺλ, διὰ φθόνον ἐδίωκεν τὸν Δαβὶδ, καθὰ γέγραπται, ἐξῆλθον αἱ χορεύουσαι καὶ ἔλεγον, ἐπάταξεν Σαοὺλ ἐν χιλιάσιν αὐτοῦ, καὶ Δαβὶδ ἐν μυριάσιν αὐτοῦ. παραχρῆμα γὰρ ἐρρίζωσεν ὁ φθόνος ἐν τῇ καρδίᾳ Σαοὺλ· καὶ εἶπεν
B τῷ Δαβὶδ, σοὶ δέδωκαν τὰς μυριάδας, κἀμοὶ τὰς χιλιάδας. καὶ ὁ μὲν οἶκος τοῦ φθονεροῦ Σαοὺλ, ἐπορεύετο καὶ ἠλαττονοῦτο· ὁ δὲ οἶκος τοῦ φθονουμένου Δαβὶδ, ηὔξανεν, καὶ ἐκραταιοῦτο· καὶ αὐτὸς ἐμελῴδει· ἔθεντο κατ' ἐμοῦ κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν, καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου. καὶ πάλιν, καταράσονται αὐτοὶ καὶ σὺ εὐλογήσεις· ἐγὼ δὲ οὐ προεθέμην πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον. καὶ ὁ προφήτης Ἀββακοὺκ, καθαρὸς ὀφθαλμὸς τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρὰ, καὶ ἐπιβλέπειν * ἐπὶ πόνους ὀδύνης. ὁ δὲ ἀπόστολος στηλιτεύων τοὺς ἐν φθό-
C νῳ διδασκάλους, γράφει Φιλιππησίοις, τινὲς μὲν διὰ φθόνον καὶ ἔριν, ἐξ ἐριθείας τὸν Χριστὸν καταγγέλλουσιν, οἰόμενοι θλίψιν ἐγείρειν τοῖς δεσμοῖς μου· καὶ παραινῶν αὐτοὺς, ἐπάγει, γίνεσθε οὖν εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἐχαρίσατο ὑμῖν. γίνεσθε οὖν μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητὰ, καὶ περιπατεῖτε ἐν ἀγάπῃ. ψυχῆς γὰρ καθαρᾶς ἴδιον, λόγος μὲν ἄφθονος. ζῆλος δὲ ἄκακος, ἔρως δὲ ἄ-
D παυστος τοῦ Κυρίου τῆς δόξης. οὐκ ἔστιν οὖν ἁρμόδιον τοῖς τοῦ Κυρίου φοιτηταῖς φθόνῳ κρατεῖσθαι, ἢ θορυβεῖσθαι, ὅταν μάλιστα θεωρήσωμεν ἀδελφούς τινας ἐλαχίστους, ἢ ἀειδεῖς ἐπὶ ἀρχὴν προκύψαντας. ἀκούσωμεν γὰρ τοῦ Κυρίου λέγοντος, δὸς τούτῳ τόπον, ὥστε κατακλιθῆναι ἀνώτερον. ἀλλὰ μᾶλλον θαυμάζωμεν τὸν δίκαιον προνοητὴν, σοφῶς καὶ ἀπορρήτως κεκρικότα, ἐκεῖνον μὲν τὸν οἶκον κληρωθῆναι καὶ προελθεῖν καὶ καθηγεῖσθαι,
E ἡμᾶς δὲ ἐσχατίζειν. φύγωμεν οὖν ἀγαπητοὶ τὸν φθόνον, τὸ γέννημα τοῦ διαβόλου· ἵνα μὴ συγκατακριθῶμεν τῷ Κάϊν· ὅστις στένων, καὶ τρέμων κατέλυσε τὸν βίον. μηδὲ πάλιν τοῖς πονηροῖς Ἰουδαίοις, οἵτινες διὰ φθόνον τῶν τοῦ Κυρίου θαυμάτων, παρέδωκαν αὐτὸν εἰς θάνατον, καθὼς μαρτυρεῖ τὸ εὐαγγέλιον. συνηγμένων γάρ φησιν αὐτῶν, εἶπεν ὁ Πιλᾶτος, τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν

ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; ᾔδει γὰρ ὅτι διὰ φθόνον παρέδωκαν αὐτόν. ὁ δὲ ἀμνησίκακος Κύριος, ὡς ἀρνίον ἄκακον, πάντα ὑπέφερεν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ μὴ ἐρίζειν. Λόγος νϛʹ.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἐριστὴς οὐ μόνον μετὰ τῶν οἰκείων οὐκ εἰρηνεύει, ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τῶν ἀλλοτρίων. θέλων γὰρ τὸν ἐριστικὸν αὐτοῦ λογισμὸν πληροφορῆσαι, ἀεὶ εἰς ῥᾳδιουργίας ἐπιτηδεύει, καὶ ἐνδελεχῶς παροξύνεται, καὶ ἄλλους θολοῖ. ὁ τοιοῦτος στυγητὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὑρίσκεται, μᾶλλον δὲ καὶ οἴκτιστος. γέγραπται γὰρ ἐν τῇ Γενέσει, ὅτι ἔλαβεν Ἠσαῦ ἐκ τῶν ἀλλοφύλων γυναῖκας, καὶ ἦσαν ἐρίζουσαι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῇ Ῥεβέκκᾳ. Εἶπεν δὲ Ῥεβέκκα τῷ Ἰσαάκ, προσώχθισα τῇ ζωῇ μου, διὰ τὰς θυγατέρας τῶν υἱῶν Χέτ. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ λόγου, ὅτι τὸ ἐρίζειν ἀθέοις ἁρμόζει, καὶ οὐχὶ πιστοῖς καὶ εὐλαβέσι. οἱ γὰρ ὄντως εὐλαβεῖς, καὶ Χριστοῦ μαθηταί, τὸν ἑαυτῶν δεσπότην καὶ διδάσκαλον μιμοῦνται. Οὐκ ἐρίσει, γάρ, φησιν, οὐδὲ κεκραυγάσει, οὐδὲ ἀκούσει τις τὴν φωνὴν αὐτοῦ. καὶ οἱ τοιοῦτοι οὐ πειρῶνται οἱονδήποτε πρᾶγμα δι' ἐρισμοῦ καὶ φιλονεικίας ἐπιλῦσαι, ἀλλὰ δι' ὑπομονῆς, καὶ προσευχῆς, καὶ ὑπακοῆς καὶ μονολογίστου ἐλπίδος. φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, ἦλθον οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμόν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. καὶ ὁ παροιμιαστὴς δὲ περὶ τῶν ἐριστῶν φησι, μὴ διαμάχου ἀνθρώπῳ γλωσσώδει, μηδὲ ἐπισώρευε ἐπὶ τὸ πῦρ αὐτοῦ ξύλα. καί, μὴ ἀποκρίνου ἄφρονι πρὸς τὴν ἐκείνου ἀφροσύνην, [ἵνα μὴ ὅμοιος γένῃ αὐτῷ· ἀλλ' ἀποκρίνου ἄφρονι κατὰ τὴν ἀφροσύνην ἐκείνου,] ἵνα μὴ φαίνηται σοφὸς παρ' ἑαυτῷ. καὶ ἄλλος, ἔρις κατασπευδομένη ἐκκαίει πῦρ, καὶ μάχη κατασπεύδουσα, ἐκχέει αἷμα. καὶ πάλιν, ἐὰν φυσήσῃς εἰς σπινθῆρα, ἐκκαυθήσεται· καὶ, ἐὰν ἐμπτύσῃς εἰς αὐτόν, σβεσθήσεται, καὶ ἀμφότερα ἐκ τοῦ στόματος ἐκπορεύεται. λέγει δὲ καὶ ὁ Ἰάκωβος, ὅπου γὰρ ζῆλος καὶ ἔρις, ἐκεῖ ἀκαταστασία, καὶ πᾶν φαῦλον πρᾶγμα. ὁ δὲ Παῦλος φησι, τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, ὀργή, καὶ θυμός· θλίψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακόν. καὶ ἐν ἄλλοις, ὃν τρόπον Ἰαμνὴς καὶ Ἰαμβρὴς ἀντέστησαν τῷ Μωσῇ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ· ἐπιστέλλει δὲ καὶ τῷ Τίτῳ, λέγων· μωρὰς δὲ ζητήσεις καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔρεις, καὶ μάχας νομικὰς περιΐστασο. εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι.

A *in Iesum qui dicitur Christus? sciebat enim, quia per inuidiam tradidissent eum.* Dominus autem iniuriç omnis immemor, quasi agnus innocens, nihil non tolerabat mansuetissimus. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Ne contendito.

HOMILIA LVI.

CONTENTIOSVS & qui litibus serendis insueuit, adeò cum domesticis, habiturus pacem non est, sed ne cum externis quidem. B Dum enim suç cogitationi, quam contentionis serēdæ studio cōcepit, cupit modis omnibus vt satisfiat; nunquam non ad ingenium & cōmenta veteratoriç artis conuersus cōminiscitur nouitias fraudes, ac veluti acri quopiā œstro percitus, perpetim nouandis litibus extimulatur. Per hçc interim aliis concitat turbas, & suis eos exagitat intemperiis. Hic talis nulli non deprehenditur inuisus, atque omnium odio longè dignissimus: veriùs dixerim, omnium multò miserrimus. Scriptum quippe in Genesi est, quia Esau vxores accepit non suæ gentis, sed exter- C næ, quæ pro consuetudine contendebant cum Isaac & Rebecca. Dixit autem Rebecca Isaac, *Distædet me vitæ meæ, mihique ipsi infensa sum propter filias filiorum Her.* (Gen. 27.) Luculēter per hoc insinuatur verum esse, quia pugnis atque contentione verborum velitarium digladiari & serere lites, eorum est qui à Deo sunt alieni, non item fidelium & qui se excolendæ pietati totos consecrarunt. Religiosi enim verè qui sunt & Christi discipuli, suum ipsorum æmulantur & dominum & doctorem. *Non contendet* (ait quidam) *nec clamabit, neque audiet quis vocem eius.* (Isa. 42. Matth. 12.) Quic- D quid isti tandem rei vel operis aggrediuntur, nunquam id per litem & contentionem ad exitum vsque promouent & absoluunt. (*Contentiosi nil unquam ad exitum perducunt.*) Finis enim imponitur operi debitus, per patiētiam, orationem, obedientiam, pérque solam spem generosam. Ait enim Dominus: *Veni, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris.* Parœmiastes item de contentiosis eiusmodi: *Ne litiges cum homine linguaci, neque struas super ignem illius ligna.* Et, *Ne respondeas stulto secundùm stultitiam illius, vt ne videatur sibi sapiens.* Alius quidam: *Lis festinata incendit ignem, & pugna festinans effundit pugnas.* Rursum: *Si* E *sufflaueris in scintillam, accendetur: & si conspueris in illam, extinguetur, & ambo ex ore procedunt.* Dicit & beatus Iacobus: *Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia & omne opus prauum.* Paulus præterea: *Iis qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credūt autem iniquitati, ira & indignatio: tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum.* Alio item loco: *Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Sed & ad Titum epistola: *Stultas quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis deuita: sunt enim inutiles & vanæ.* (Tit. 3.)

A *Fili, si sapiens fueris, tibimetipsi sapiens eris & proximo: si autem malus euaseris, solus haurtes mala.* Prou. 9.
Iterum: *Vidi virum qui apud semetipsum videbatur esse sapiens, spem pra illo habebat stultus.* Rursum: *Sapiens apud semetipsum vir diues, pauper autem intelligens condemnabit eum.* Item: *Filius malus sublimes habet oculos, palpebris autem suis extollitur.* Scribit & Iacobus: *Nunc autem exultatis in superbijs vestris.* Iac. 4. Omnis exultatio talis maligna est. Eòdem conspirat illud Pauli: *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, & in conspectu vestro scientes.* Esa. 5. Psaltes item regius: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vana sunt.* 1. Cor. 2. Et:
D ἔξοδον τὰ ἔργα σου, καὶ παρασκευάζου εἰς τὸν ἀγρόν. καὶ πορεύου κατόπισθέν μου. καὶ ἀνοικοδομήσεις τὸν οἶκόν σου τὸν διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ Ἀδὰμ σαθρωθέντα, ἐν δὲ τῷ βαπτίσματι δὲ ἀνακαινισθέντα. καὶ ὁ ἀπόστολος δὲ Παῦλος, βλέπετε πῶς περιπατεῖτε, μὴ ὡς ἄσοφοι, ἀλλ' ὡς σοφοὶ ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρόν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, προσέχετε ἑαυτοῖς καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ἔθετο ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν
E τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ Ἰωάννης, παιδία, ἐσχάτη ὥρα ἐστί. καὶ καθὼς ἠκούσατε περὶ τοῦ ἀντιχρίστου ὅτι ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. ὅθεν γινώσκομεν ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστί. καὶ ὁ Κύριος, προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν γνώσεσθε αὐτούς. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Περὶ χρηστολογίας.

Λόγος ξβ'.

Ἡ Χρηστολογία ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας προέρχεται. ἐὰν μή τις καθάρῃ ἑαυτοῦ καρδίαν ἀπὸ χρηστολογίας, χρηστολογῆσαι οὐ δύναται. κἂν γὰρ δοκεῖ λέγειν τοῖς ἀκροαταῖς, ἀπρόσδεκτοί εἰσιν οἱ λόγοι αὐτοῦ, καὶ ἀπόβλητοι, μὴ ἔχοντες ἰκμάδα τῆς χάριτος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου. ὁ θέλων οὖν ὠφελῆσαί τινα ἐν λόγῳ, αἰτείσθω παρὰ τοῦ Θεοῦ λόγου, λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος αὐτοῦ, καθὼς ὁ Ἡσαΐας διαγορεύει· Κύριος γάρ, φησι, δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας τοῦ εἰδέναι, ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. καὶ ἐπάγει, ἀκούσατέ μου, καὶ ζήσεται ἐν ἀγαθοῖς ἡ ψυχὴ ὑμῶν. ὁ δὲ παροιμιαστής, κηρίον μέλιτος λόγοι καλοί. γλύκασμα δὲ αὐτῶν ἀκοή, καὶ ἴασις ψυχῆς. ὅσοι γὰρ πρὸς σωτηρίαν λέγονται, γλύκασμα καὶ ἴασιν ἐμποιοῦσι τῇ ψυχῇ. συνετὸς δὲ ἐν πράγμασιν εὑρετὴς ἀγαθῶν. καὶ χείλη φιλήσουσιν ἀποκρινόμενα λόγους καλούς. καὶ χείλη λεῖα, καλύπτει καρδίας λύπην. καὶ πάλιν, λόγος λυπηρὸς ἐγείρει ὀργάς· γλῶσσα δὲ σοφῶν, καλὰ ἐπίσταται· ἴασις γὰρ γλώσσης, δένδρον ζωῆς. καὶ πάλιν, στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν, καὶ χείλη δικαίων, ἀποστάζουσι χάριτας. καὶ στόμα ταπεινὸν μελετᾷ σοφίαν. καὶ πάλιν, ἀπὸ καρπῶν στόματος, ψυχὴ ἀνδρὸς πλησθήσεται ἀγαθῶν· ἀνταπόδομα δὲ χειλέων αὐτοῦ, δοθήσεται αὐτῷ. καὶ αὖθις, χείλη ἀληθινά, κατορθοῖ μαρτυρίαν. οἱ δὲ βουλόμενοι εἰρήνην, εὐφρανθήσονται. ὁ δὲ ὑμνῳδὸς ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν· καὶ Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ. καί, Κύριε τὰ χείλη μου ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν αἴνεσίν σου. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγων, ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ἑκάστῳ ὑμᾶς ἀποκρίνασθαι. καὶ Ῥωμαίοις· ἐπιποθῶ γάρ φησιν ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικόν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε, καὶ ἐμοῦ· καὶ πάλιν, παρακαλοῦντες ἕνα ἕκαστον ὑμῶν, καὶ παραμυθούμενοι εἰς τὸ περιπατεῖν ἀξίως τοῦ Θεοῦ. εἴ τις οὖν αἰσθάνεται ἑαυτοῦ εἰληφότος χάρισμα διδασκαλίας παρὰ τοῦ Θεοῦ, λαλείτω μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἵνα καὶ ἄλλους οἰκοδομῇ, μήποτε καὶ ἐγκληθῇ ὡς ὁ κρύψας τὸ τάλαντον. ὁ δὲ μήπω εἰληφὼς χάρισμα τοιοῦτον, σιγάτω, καὶ μὴ προσφερέτω ῥήματα ἀργὰ ἀπὸ καρδίας αὐτοῦ. μήποτε ἀκούσῃ, τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω; ὁ γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος,

A

De benigna & comi allocutione.

HOMILIA LXII.

BENIGNA & suauis allocutio è bono cordis thesauro exerit se ac promit. Nisi enim quis suum ipsius cor ab inutili garrulæ locutionis expurgarit abusu, neutiquam is poterit compellare fratres benigno affatu. Tametsi videri possit quædam differere auditoribus, ingrati tamen futuri sunt sermones ac digni qui repudientur, neque enim rorulentam illam habent asperginem gratiæ Spiritus sancti. B Quisquis cupit nonnihil prodesse verbo suo, à Deo Verbo supplex postulet verbum in apertione oris sui: quemadmodum & Esaïas ait: *Dominus dat mihi linguam eruditam, vt nouerim quem oporteat proferre sermonem.* Inducit: *Audite me, & viuet in bonis anima vestra.* Parœmiastes; *Fauus mellis sermones boni, educatio autem eorum auditio, & sanitas animæ.* Quanticúmque enim ad parandam salutem pertinentes depromuntur, per quàm suauem dulcedinem atque sanitatem ingignunt animæ. Sed & prudens in negotiis, inuentor bonorum. Labia amabilia sunt, quæ respon- C dent sermones bonos. Et: *Labia lenia occultant tristitiam cordis.* Rursus: *Sermo tristis excitat iras, lingua autem sapientium bona scit:* medela enim linguæ, arbor vitæ. Iterum: Os iusti distillat sapientiam, & labia iustorum distillant gratias. Et, *Os humile meditatur sapientiam.* Rursus: *A fructibus oris anima viri replebitur bonis: retributio labiorum eius dabitur ei.* Rursus: *Labia veracia prosperè dirigunt testimonium, qui autem volunt habere pacem, lætabuntur.* Melicus hymnorum concentor: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Et, *Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.* Et: D *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Sed & Paulus per epistolam dicit: *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.* Et ad Romanos: *Desidero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos, id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem.* Iterum: *Deprecantes vnumquemque vestrum & consolantes, vt ambuletis dignè Deo.* Quisquis igitur sentit se E à Deo accepisse doctrinæ donum: loquatur omni cum modestia, vt aliis sit ædificationi: ne fortè illi vertatur crimini quasi qui talentum Dominicum occuluerit. Qui autem nondum donum tale accepit, sileat interim, nec è corde suo prosilientia verba nullius bonæ frugis proferat, ne fortè in se audiat detorqueri quod peccatori dixit Deus: *Quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meum per os tuum? tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Bonus siquidem homo

Vir garrulus non potest benignè loqui.

Esa 50.

Prou.12.

Psal.44.

Col.4.

Psal.49.

de bono thesauro cordis sui, hoc est, dono Spiritus sancti, *profert bonum*: Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Non esse iurandum.

HOMILIA LXIII.

IAM quòd iurandum non sit. Et quidem vetus illa lex, quasi sua sanciret decreta pusionibus, qui necdum essent per ætatem sanctioris disciplinæ capaces, tantum illud cauet, vt nequis per intempestiuam occasionem, neu per dolum iuret proximo suo: Nobis autem nostræ omnium vindex salutis Dominus dicit, omnino vt ne iuremus. Ait enim, *Sit sermo vester, est est, non non, quod autem abundantius est, à malo est.* Ac si diceret, illi populo priori callosæ admodum ceruicis ac prædurae, mandaui sic, *Non peierabis, reddes autem Domino iuramenta tua*: Populo nempe illi cui cor vsque adeò occalluerat, vt contumax semper fuerit nec credulus verbis meis. Vos autem qui fidem quæ in me est, nihil grauatim estis complexi, quibus & dedi potestatem filios Dei fieri, regeneratis iam ex Spiritu sancto: vos (inquam) adhortor, omnino vt ne iuretis, * vt vel hoc discerniculo & insigni declaretur, qui degeneres sint quive legitimi mei filij. Reuereamur (dilectissimi) eum qui nos tanto dignatus honore est, Dominum dico, & ipsius Patrem. Sed & omni cum timore, tanquam ingenui ac veraces serui hoc eius verbum sedulò obseruemus, vt ne iuremus omnino: ne quando in nos illud intorquear, *Filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.* Et: *Filij alieni mentiti sunt mihi,* Ne (quæso) aduersus sermonem hunc Dominicum temerè quicquam aut per contemptum admittamus. Etenim quæ à nobis vel fiunt vel dicuntur citra iuramenti accessionem, fidem multò apud homines maiorem impetrant, súntque Deo longè gratiora. Rectè igitur denunciat Sapientia: *Iuramento non assuefacias os tuum & nomini sancto ne assuescas: qui enim per assuetudinem iurat, nunquam purgabitur à peccato:* Rursum. *Vir multum iurans, implebitur ignominia, & non recedet ab eo flagellum.* Sed vel sola locutio viri iuramentis assueti, non solùm capillos surrigit: verùm aures insuper infensè & pugnaciter vellicat audientium. Lex quoque dicit: *Non iures per nomen meum in re iniusta.* Propheta autem Zacharias: *Iuramentum mendax ne diligatis, veritatem & pacem diligite.* Dicit & Osee: *Ne iuretis viuentem Dominum.* Michæas: *Et ero testis velox aduersus eos qui iurant in nomine meo mendaciter.* Dicit & Iacobus, per epistolam, *Ante omnia (fratres) nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum: sit autem sermo vester, est est, non non: vt non sub iudicio decidatis.* Concinit his & Dominus ac Saluator: *Ego autem dico vobis,*

Matth. 5. *Iac. 5.* *Hier. 4.* *Esa. 1.* *Eccles. 23.* *Zach. 8.* *Osee 4.* *Iac. 5.* *Matth. 5.*

** Nisi illa adsint comites: veritas, iudicium & iustitia.*

φησὶν ὁ Κύριος, ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ, τουτέστιν τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου πνεύματος προσφέρει τὸ ἀγαθόν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν.

Λόγος ξγ΄.

ΠΕΡΙ τοῦ μὴ ὀμνύειν, ὁ μὲν παλαιὸς νόμος, ἅτε δὴ νηπίοις νομοθετῶν, ἐντέλλεται, μὴ ἀκαίρως, μηδὲν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίῳ ὀμνύειν. ἡμῖν δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ ἐντέλλεται, μήτε ὅλως ὀμόσαι, μήτε εὐκαίρως, μήτε ἀκαίρως. ἤτω γάρ φησιν ἐν ὑμῖν, τὸ ναὶ, ναί. καὶ τὸ, οὒ οὔ. τὸ δὲ περισσὸν, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. καὶ τῷ προτέρῳ, φησὶν, λαῷ ὡς σκληροτραχήλῳ ἐνετειλάμην, οὐκ ἐπιορκήσεις, ἀποδώσεις δὲ Κυρίῳ τοὺς ὅρκους σου· ὡς σκληροκαρδίοις καὶ ἀπειθοῦσίν μοι. ὑμῖν δὲ τοῖς πιστεύσασιν εἰς ἐμὲ, οἷς δέδωκα ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς ἀναγεννηθεῖσιν ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος, παρακελεύομαι μήποτε ὅλως ὀμόσαι τὸν οἱονδήποτε μικρὸν ἢ μέγαν ὅρκον, ἵνα δειχθῇ τὸ διάφορον τῶν νόθων, καὶ τῶν γνησίων μου τέκνων. αἰδεσθῶμεν οὖν ἀγαπητοὶ, τὸν οὕτως τιμήσαντα ἡμᾶς δεσπότην, καὶ πατέρα, καὶ μετὰ πάντος φόβου ὡς δοῦλοι γνήσιοι φυλάξωμεν τὴν ἐντολὴν αὐτοῦ, τοῦ μηδ᾽ ὅλως ὀμνύειν· μήποτε καὶ περὶ ἡμῶν εἴπῃ, υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα, αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. καὶ, υἱοὶ ἀλλότριοι ἐψεύσαντό μοι. μὴ οὖν γενώμεθα ἰταμοὶ καὶ καταφρονηταὶ τῆς ἐντολῆς τοῦ δεσπότου ἡμῶν. τὰ γὰρ χωρὶς ὅρκου γινόμενα ἢ λεγόμενα, εὐπειθέστερά ἐστιν τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῷ Θεῷ εὐάρεστα. καλῶς οὖν ἡ σοφία διαγγέλει, ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σου, καὶ ὀνομασίᾳ τοῦ ἁγίου μὴ συνεθίσῃς. ὁ γὰρ ὀμνύων οὐ μὴ καθαρισθῇ ἀπὸ ἁμαρτίας. καὶ πάλιν, ἀνὴρ πολύορκος, πλησθήσεται ἀνομίας, καὶ οὐκ ἀποστήσεται ἀπ᾽ αὐτοῦ μάστιξ, ἀλλὰ καὶ ἡ λαλιὰ τοῦ πολυόρκου οὐ μόνον τρίχας ὀρθοῖ, ἀλλὰ καὶ ἀκοαῖς πολεμία. φησὶν δὲ καὶ ὁ νόμος, οὐκ ὀμεῖσθε τὸ ὄνομά μου ἐπὶ ἀδίκῳ. καὶ ὁ προφήτης Ζαχαρίας, ὅρκον ψευδῆ μὴ ἀγαπᾶτε· τὴν ἀλήθειαν δὲ, καὶ τὴν εἰρήνην ἀγαπᾶτε. λέγει δὲ καὶ ὁ Ὠσηὲ, καὶ μὴ ὀμνύετε ζῶντα Κύριον. ὁ δὲ Μιχαίας, καὶ ἔσομαι, φησιν, μάρτυς ταχὺς ἐπὶ τοὺς ὀμνύοντας τῷ ὀνόματί μου. ἐπιστέλλει δὲ καὶ ὁ Ἰάκωβος, λέγων, πρὸ πάντων, ἀδελφοί, μὴ ὀμνύετε, μήτε τὸν οὐρανὸν, μήτε τὴν γῆν, μήτε τινὰ ἄλλον ὅρκον· ἤτω δὲ ὑμῶν, τὸ ναὶ, ναί· καὶ τὸ, οὒ οὔ· ἵνα μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε· ὡσαύτως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ, ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν,

μὴ ὀμόσαι ὅλως, μήτε ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅτι θρόνος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, μήτε ἐν τῇ γῇ, ὅτι ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐστι· μήτε εἰς Ἱεροσόλυμα, ὅτι πόλις ἐστὶν ἁγία τοῦ μεγάλου βασιλέως· μήτε ἐν τῇ κεφαλῇ σου ὀμόσῃς, ὅτι οὐ δύνασαι μίαν τρίχα λευκὴν, ἢ μέλαιναν ποιῆσαι· ἤτω δὲ ὑμῶν, τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ, οὔ. τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. τῷ δὲ Χριστῷ πρέπει δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ φυλάσσειν μυστήριον.

Λόγος ξδ΄.

B Τὸ θαρρεῖσθαι μυστήριον, τῶν ἔσω ἐστὶ, τουτέστι, τῶν γνησίων καὶ πιστῶν, οὐχὶ δὲ τῶν ἔξω. ὑμῖν γὰρ δέδοται φησὶν ὁ Κύριος γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας. ἐὰν οὖν θαρρηθεὶς μὴ φυλάξῃ, προδότης τῆς ἀληθείας γέγονεν. ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν ἄγαν πάσῃ φυλακῇ ἐγκρατεύεσθαι καὶ τηρεῖν τὸ ἑαυτῷ θαρρηθὲν μυστήριον, ἵνα μὴ καὶ ὁ γνήσιος αὐτοῦ φίλος, ἀπαράλλακτος αὐτοῦ ἐχθρὸς διαμείνῃ, καθὼς C καὶ ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς παιδευόμεθα, περὶ τοῦ μὴ ἐκφαίνειν μυστήριον. λέγει γὰρ ὁ παροιμιαστής, ὅτι ὃς κρύπτει ἀδικήματα, ζητεῖ φιλίαν· ὃς δὲ μισεῖ κρύπτειν, διΐστησι φίλους καὶ οἰκείους. καὶ ἄλλος, ἀκήκοας λόγον, φησὶν, συναποθανέτω σοι· ὁ γὰρ ἀποκαλύπτων μυστήριον, ἀπολεῖ πίστιν. καὶ αὖθις, ἐὰν ἀποκαλύψῃς μυστήριον τοῦ φίλου σου, οὐ μὴ καταδιώξῃς ὀπίσω αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ πετεινὸν ἐκ τῆς χειρός σου * ἀπωλέσας, οὕτως ἀφῆκας τὸν πλησίον σου, καὶ οὐ θηρεύσεις αὐτόν. μὴ οὖν αὐτὸν διώξῃς, ὅτι μακρὰν ἀπέχει. καὶ ἐπάγει, ὅτι τραῦμά ἐστι καταδῆσαι, D καὶ λοιδορίας ἐστὶ καταλλαγή· ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήριον, ἀπώλεσε πίστιν. γενναίας οὖν καὶ ἀνδρείας καὶ πιστῆς ψυχῆς ἐστι τὸ κατὰ πάντα τρόπον κρύπτειν μυστήριον· καὶ μὴ διά τινος αἰτίας, ἢ λύπης, ὡς εἰκὸς, ἐκφαίνειν τὰ αὐτῷ θαρρούμενα· μικρὸν γὰρ πρὸς ὥραν βαστάξας, καὶ κρατήσας, ὕστερον τρυγᾷς γλυκασμὸν χαρᾶς ἐκ τοῦ καρποῦ τῆς ἐγκρατείας. ὁ γὰρ πιστὸς δοῦλος τὸ μυστήριον τοῦ δεσπότου αὐτοῦ φυλάσσει. φησὶ γὰρ ὁ Κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ, ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω, ἐν παραβολαῖς τὰ E πάντα λέγεται, ἵνα βλέποντες βλέπωσι, καὶ μὴ ἴδωσι, καὶ ἀκούοντες ἀκούσωσι, καὶ μὴ συνιῶσιν. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A *nolite iurare omnino, neque per cælum, quia sedes Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum ipsius est, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est Regis magni, & ne per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum: sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est.* Christo gloria in sæcula. Amen.

De fideli custodia commissi arcani.

Homilia LXIV.

Arcanvm pectoris vnius cuiuspiam fidei concredere, eorum est qui sunt intimi & domesticè noti, hoc est, quos sinceræ veritatis ac fidei indelibatæ commendat integritas; non item eorum qui externi sunt, quorum videlicet fidem nondum habes exploratam: *Vobis enim datum est nosse mysterium regni*, ait Dominus. Qui igitur suæ fidei commissum minùs fideliter custodierit, proditor iam factus est regni. Sanè omnisquam necessarium sit omni cum C circumspectione prouidere te, vt mysterium tuæ semel concreditum fidei contineas, penes te asserues & premas; ne is qui tibi germanè amicus est, ex amico inimicus perseueret, quemadmodum & diuina scriptura doctrice erudimur, quæ & docet secretum nullo pacto euulgandum. Dicit enim Parœmiastes, *Qui celat iniuriam, quærit amicitiam: qui autem renuit celare, dissociat amicos & domesticos. Audisti verbum? commoriatur in te*, ait: *Qui enim secretum reuelat, perdit fidem.* Rursus: *Si reuelaueris secretum amici tui, nunquam persequaris post eum: sicut enim auem è manu tua demisisti,* D *sic perdidisti proximum tuum: & non capies eum: noli persequi eum quia longè abest.* Inducit: *Vulnus liceat alligare, & conuitij est conciliatio: qui autem reuelauit arcanum, perdidit fidem.* Generosæ igitur ac virilis animæ est, modis omnibus alterius secretum penes se recondere, nec vllam ob causam aut inuectum tristitiæ nubilum prodere & euulgare arcanum cum fiducia concreditum. In sustinendo quidem vel ad horam, & continenter premendo secretum, nonnihil principio aditur laboris: demum incredibilem gaudij vindemiabis dulcedinem ex fructu continentis linguæ. Seruus enim fidelis si est, dominicum arcanum penes se tacitus seruat. Ait E enim & Dominus discipulis suis: *Vobis datum est nosse mysteria regni Dei*, nempe externis, omnia *in parabolis* dicuntur, vt videntes videant, & non intelligant. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 13.

Prou. 17.

1. *Eccl. 27.*

*lege ἀπέλυσας.

Continentis lingua dulcis est fructus.

A

Non cuiuis intempestiuiter aut temerè committendum arcanum.

Homilia LXV.

VNICUILIBET obuio concredere sui pectoris arcanum, id peculiare est animæ prorsus ineruditæ, & quæ nihilum experta est decori atque honestatis. Plerósque contigit perplexas atque vix tolerabiles incidere in afflictiones, ex eo quòd quibus non debebant, nimisquam temerè se crediderunt. Necesse igi- B tur sit, circunspectim & comite consilio agere omnia, nec inconsultè, vt ferè fit, secretum cuiquam committere, vt ne demum per tuam temeritatem, fructus demetas doloris. Ad aures enim imprudentis bonum est nihil dicere, vt & Salomon ait, ne fortè subsannet eruditos tuos
Prou.25. sermones. Docet autem & alius Sapiens. *Cum stulto noli inire consilium, non enim poterit tegere verbum.* Rursus: *Omni homini ne prodas cor tuum, neque omnem hominem induc in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ calumniatoris.* Rursum: *Coram alieno nihil facias secreti, neque enim scis,* C *quid pariet.* Iterum: *Vir bilinguis reuelat consilia in concilio habita: qui autem fidelis est spiritu, occultat rem.* Michæas Propheta clamat: *Noli fidem habere amicis, & à Conthorali tua caue, & nihil illius fidei committe.* Hoc en dixit, ne fortè eadem toleremus quæ & Samson: Iusto enim huic: quæ cum ipso viuebat communiter, inexplicabiles concituit turbas. Samson enim pro-
Iud.16. positi problematis solutionem enunciarat: id quod non mediocrem inuexit viro tristitiam. Nec secus altera thori consors, nempe Dalila subdolis & illicibus verbis iusto cùm imposuisset, effecit vt hic tantus publicæ esset insulta- D tioni inimicis suis: is qui Angelica promissione conceptus est, pérque annos viginti Israëliticæ Iudex fuerat. Idem manibus in leonis ora iniectis ipsum diffecuerat: In mandibula asini mille peremit viros: ex eadem maxilla scaturientem bibit aquam: hic exuperanti fretus robore, portas Gazæ vrbis cùm emouisset loco, vnà cum seris humeris impositas, sustulit in montem: & hic tantus abiectæ ac vilis muliérculæ inescatus illecebris, momento non tantummodo perdidit fortitudinem, sed excauatis atque effossis oculorum orbibus, ad ludibrium expositus est puerulis gentis Philistinę, hoc est, E alienigenæ: quibuscum oppressus, diem suum obiit. Sequi igitur debemus Dominicam illam
Matth.7. sententiam, quæ dicit: *Nolite dare sancta canibus, neque proijciatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus, & conuersi dirumpant vos.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Περὶ τοῦ μὴ ἀκαίρως θαρρεῖν.

Λόγος ξε΄.

ΤΟ ἀκαίρως θαρρεῖν τινι, ἀπαιδεύτου καὶ ἀπειροκάλου ψυχῆς ἴδιον. πολλοὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἀπερισκέπτως θαρρῆσαι οἷς οὐκ ὤφελον, ὕστερον εἰς θλίψεις μεγάλας καὶ ἀφορήτους ἐνέπεσον. χρὴ οὖν πάντα περιεσκεμμένως καὶ μετὰ βουλῆς πράττειν, B καὶ μὴ θαρρεῖν τινι ὡς ἔτυχεν, ἵνα μὴ ὕστερον τῆς ἑαυτοῦ κακοβουλίας καρποὺς ὀδυνηροὺς θερίσῃ. εἰς γὰρ ὦτα ἄφρονος καλόν ἐστιν μηδὲν λέγειν, ὥς φησιν ὁ Σολομῶν, μήποτε μυκτηρίσῃ τοὺς σοὺς λόγους. διδάσκει δὲ καὶ ἄλλος σοφός, μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου, οὐ γὰρ δυνήσεται λόγον στέρξαι. καὶ πάλιν, παντὶ ἀνθρώπῳ μὴ ἔκφαινε τὰ τῆς καρδίας σου· μηδὲ πάντα ἄνθρωπον εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. πολλὰ γὰρ τὰ ἔνεδρα τοῦ διαβόλου. καὶ αὖθις, ἐνώπιον ἀλλοτρίου μηδὲν ποιήσῃς κρυπτόν, οὐ γὰρ γινώσκεις τί τέξεται. καὶ C πάλιν, ἀνὴρ δίγλωσσος ἀποκαλύπτει βουλὰς ἐν συνεδρίῳ· ὁ δὲ πιστὸς πνοῇ κρύπτει πράγματα. καὶ ὁ προφήτης Μιχαίας βοᾷ λέγων, μὴ καταπιστεύετε ἐν φίλοις, καὶ ἀπὸ τῆς συγκοίτου σου φύλαξαι τοῦ μὴ ἀναθέσθαι αὐτῇ τι. καλῶς γοῦν καὶ ὁ προφήτης παρῄνει φυλάττεσθαι ἀπὸ τῆς συγκοίτου, μήποτε ὑπομείνωμεν τὰ τοῦ Σαμψών. ὀχληθεὶς γὰρ ὁ δίκαιος ὑπὸ τῆς αὐτοῦ συμβίου, ἀπήγγειλεν αὐτῇ τὸ πρόβλημα, καὶ ἐνέβαλεν αὐτὸν εἰς λύπην μεγάλην. ὡσαύτως καὶ ἡ δευτέρα αὐτοῦ σύμβιος Δαλιλά, D ἀπατηλοῖς λόγοις ἀπατήσασα τὸν δίκαιον, ἐπίχαρμα αὐτὸν κατέστησεν τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ. καὶ ὁ ἐξ ἐπαγγελίας συλληφθείς, καὶ κρίνας εἴκοσι ἔτη τὸν Ἰσραήλ, καὶ ἀνασχίσας τοῖς παλάμαις τὸ στόμα τοῦ λέοντος, καὶ ἐν σιαγόνι ὄνου χιλίους ἀποκτείνας ἄνδρας, καὶ ὕδωρ ἐκ τῆς σιαγόνος πιών, καὶ δι᾽ ὑπερβολὴν ἰσχύος τὰς πύλας Γάζης σὺν τῷ μοχλῷ ἐπ᾽ ὤμων ἄρας, καὶ εἰς τὸ ὄρος ἀνενέγκας, ὑπὸ φαύλης γυναικὸς δελεασθείς, ἐξαίφνης, οὐ μόνον τὴν τοσαύτην ἰσχὺν ἀπώλεσεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὄμματα E ἐξορυχθείς, παίγνιον τοῖς παιδαρίοις τῶν ἀλλοφύλων γενόμενος, σὺν αὐτοῖς τὸν βίον κατέλυσεν. ἑπόμενον οὖν ἐστι τὸ τοῦ Κυρίου ῥητὸν τὸ φάσκον, μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων, μήποτε καταπατήσωσιν αὐτοὺς ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A

Περὶ ἀληθείας. Λόγος ξϛ΄.

ΙΣΩΣ θαυμάσῃς πάτερ Εὐστάθιε θαυμάσιε, σύ τε καὶ οἱ ἐντευξάμενοι τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ, τίνος ἕνεκεν τὴν ὑμῶν προτροπήν, καὶ πρὸς ὑμᾶς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ποιησάμενος, εὐθέως ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ἑαυτοῦ, ὡς πρός τινας φοιτητὰς χρῄζοντας διδασκαλίας, τὰς διαλέξεις ἐποιησάμην. ἀλλὰ μηδεὶς θαυμαζέτω, μηδὲ ἀγνοίας ἔγκλημα ἐγκαλεσάτω μοι, τὴν ἐναλλαγήν, ἀλλὰ μᾶλλον B ἀποδεξάσθω τῆς ἐπαινετῆς δειλίας. οὐ γὰρ ἐπιλελησμένος ἐμαυτοῦ, ἀλλὰ τὴν ἀπολογίαν ἐρῶ. τὰς μὲν γὰρ ἀφορμὰς τοῦ παρόντος πονήματος τοῦ κεφαλαιῶσαι ἐν συντόμῳ πᾶσαν τὴν θείαν γραφήν, παλαιάν τε καὶ καινήν, καὶ πάτερ σοι, διὰ τὸ συνεχῶς χώρας καὶ πόλεις ἀμείβειν, ἕνεκεν τοῦ ἐπικρατοῦντος Χαλδαϊκοῦ χειμῶνος πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἐξ ὑμετέρας προτροπῆς εἴληφα. ἐπεὶ δὲ αἱ γραφαὶ καὶ τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας μαρτυρίαι ἐδέοντό τινος ἠθικοῦ λόγου· ὡς ἂν οἰκοδομὴ ἐκ με- C γάλων καὶ ἐντίμων λίθων συνισταμένη, χρῄζει τῆς τῶν εὐτελῶν καὶ μικρῶν βιζακίων συνοικοδομῆς· τούτου ἕνεκεν οὕτως καὶ ἐποιησάμην τὴν ὑποτύπωσιν τῆς παρούσης πραγματείας, μὴ τολμήσας πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ κοινῇ τὰς διδασκαλίας ποιήσασθαι. ἐπίσταμαι γὰρ καὶ τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, καὶ τὸ τέλειον τῆς ὑμετέρας πρᾳότητος. νῦν δὲ ὡς ἔφθασεν ὁ περὶ τῆς ἀληθείας λόγος, ἀναγκαῖον ὑμῖν ἐνόμισα τοῦτον ἀναθεῖναι, ὡς δῶρόν τι θεῖον, καὶ ἐξαίρετον. ἡ ὄντως ἀλήθεια ὁ Θεός D ἐστιν. χρὴ οὖν πάντα ἄνθρωπον ἐρῶντα τὰ τῆς ἀληθείας, πρῶτον εὔξασθαι τοῦ ἐπιγνῶναι τὴν ὄντως ἀλήθειαν· καὶ εἰπεῖν περὶ αὐτῆς, ὡς πρέπει τῷ τῆς ἀληθείας ἐραστῇ, κατὰ τὸν εἰπόντα, μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου λόγον ἀληθείας ἕως σφόδρα. ἡ γὰρ ἀλήθεια πρὸς τοὺς ἐργαζομένους αὐτὴν ἐπιλάμψει. ὥσπερ οὖν ὁ λαλῶν τὸ ψεῦδος μολύνει τὴν καρδίαν, καὶ τὸ στόμα, τὸ γὰρ ψεῦδος τῷ δυσμενεῖ διαφέρει· ὁ γὰρ πατὴρ τοῦ ψεύδους, ὁ διάβολός ἐστιν· οὕτως καὶ ὁ λαλῶν τὴν ἀλήθειαν, ἁγιάζεται τὴν ψυχήν, καὶ τὸ σῶμα, καὶ πάντα τὰ μέλη· ἡ γὰρ ἀλήθεια ὁ Χριστός ἐστιν. νουθετῶν δὲ καὶ ὁ προφήτης Ζαχαρίας τὸν ἀνήκοον λαόν, φησὶ πρὸς αὐτούς, λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ,

De Veritate.

HOMILIA LXVI.

MIRABERE forsan, Pater mihi venerabilis Eustathie, túque & qui lecturi sunt præsentis operis commentationem, cur vestra exhortatione admonitus scriberem, & à vobis cùm sim auspicatus telam pertexere istius operis, mox tamen quasi mei ipsins oblitus, hasce conciones ita pertexui vt videri possim discipulis quibusdam loqui, quibus opus la- B cte sit eruditionis & doctrinę. Atque nemo miretur: neque vicariam hanc permutationem temerè obiiciat factam esse per ignorationem aut incogitantiam: magis verò gratnm habeat timorem non vsquequaque aspernabilem, qno subueritus detrectabam mnnus scribendi: neque enim mei ipsius oblitus sum. Sed iam ad causæ redditionem venio. Occasionem enim operosæ istius lucubrationis sic digestę nouerit lector fuisse hanc, vt per capita tibi (Pater) distinguerem & cõtraherem in compendium diuinam omnem scripturam, veteremque & nouam. Tale enim scribendi munus, vestra susce- C pi exhortatione, qnòd momentis singulis loca & ciuitates permutare cogimur, per hanc Chaldaicæ gentis tempestatem, quæ totum propè terrarum orbem sua premit tyrannide. Cùm verò testimonia doctrinæ diuinitus inspiratæ quàm verissimè scripta, nonnihil egeant sermone morali, perinde atque si fabrica quæpiam operosior & fastigiosa magnifico sumptu ingentium lapidum ac pretiosorum substructa sit & cõpacta, egeat nihilominùs ad absolutam & solidam substructionem minutulis scrupis & rudusculis perquam tenuibus, huiusce rei gratia D visum est summariam delineationem præsentis opusculi tali serie digerere & efformare: interim non ausus vni ex vobis peculiariter, sed in commune omnibus qualemcumque hanc inferre doctrinã. Siquidem ingenioli mei imbecillitas mihi satis superq; persuasa est & perspecta, nec minùs exploratam habeo & compertam eximiam animi vestri lenitatem. Nũc autem cùm eò sit prouectus liber, vt de veritate mihi sit disserendum, necessarium duxi, eum tibi dicare peculiariter quasi diuinum quoddam & insigne munus. Prorsum veritas Deus est: Necesse igitur sit, vt homo omnis, (si modò veritatis est amantissimus) in votis habeat hoc primum, & oret sibi indulgeri germanæ veritatis cognitionem, déqne ea vt sermonem edisserat prorsus amatore veritatis dignum, iuxta illius sententiam qui dixit: *Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque.* Veritas enim ad eos recipiet se, & illustrabit: qui eam opere ipso exercent. Quemadmodum igitur qui profert mendacium, contaminat ac defœdat cor & os (nihil enim ab hoste humanæ salutis differt mendacium, pater enim mendacij Diabolus est) ita & qui veritatem loquitur, animam sanctificat, & os, & reliqua corporis membra: Veritas enim Christus est. Admonens autem Propheta Zacharias populum illum malè morigerum, ait: *Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo,*

Veritas Deus.

Psal. 118.

Zach. 8.

& iudicium pacificum iudicate. Alius: *Labia veracia dirigunt testimonium, qui autem conseruare volunt pacem, lætabuntur.* (Prou. 13.) Iterum: *Veritatem posside, & ne abieceris sapientiam atque disciplinam: quia os verax implebitur risu,* hoc est, gaudio. Dauid: *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Infert: (Ps. 14.) *Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo,* hoc est, corde. Principium sermonum tuorum veritas, & in omnia sæcula iudicia iustitiæ tuæ. Etenim, *Opera manuum tuarum veritas & iudicium.* (Ps. 44.) Et, *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Propter hoc, *Intende prospere, procede, & regna propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. In ore* enim inimicorum meorum *non est veritas,* quia, *cor eorum vanum est: sepulchrum patens guttur eorum, linguis suis dolosè egerunt,* propter hoc *iudica illos Deus.* Sed & veridicus Iob: *Non enim elusi verba sancti Dei mei.* (Prou. 19.) Parœmiastes: *Melior est pauper in veritate ambulans diuite mendace.* Facere enim quæ iusta sunt, & loqui veritatem, accepta sunt Deo magis quàm sanguis victimarum. (Prou. 12.) Rursus: Aperiens è labiis recta, quia veritatem meditabitur guttur meum, execrabilia autem in conspectu meo labia mendacia. (Ephes. 4.) Item Apostolus: *Deponentes igitur mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra.* Et: *In charitate nonficta, in verbo veritatis.* Ioannes quoque: *Scimus quia filius Dei venit & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius Iesu Christo: qui est verus Deus, & vita æterna: qui enim veritatem loquitur, in Deo manet.* Necesse igitur sit, ex hominis ore nullum effundi sermonem qui non veritate omnimoda nitatur, vt Spiritus ille veritatis qui idem Deus est, intelligatur in hac etiamnum carne sibi delegisse domicilium: qui per hoc, apud omne hominum genus comperitur veridicus: atque ita demum glorificabitur Dominus inhabitans hominem. In omni verbo verax est Dominus, nec vllum possit in ipso deprehendi mendacij vestigium. Quotquot igitur semet irretiunt (*Mendaces deludunt Deum*) mendaciorum funiculis, frustrantur & eludunt Dominum, fiuntque prædones Domini, dum id quod penes se depositum est, non reddunt incolume & sanum. Spiritum enim acceperunt nulla contage mendacij decolorem. Hunc si reddiderint Domino interstinctum variis mendaciorum notis, vtique videri possunt contaminasse depositum: quò fit, vt dici debeant rei alienæ suppilatores. Iam veritatem quisquis custodit ac tuetur, citra difficultatem vllam potest sibi emereri beatam vitam. Ab ipsa enim protegitur veritate necunde talem adoriatur & vrgeat quidpiam mali. Iure igitur, & pro decoro tuendi hactenus cœpri ordinis sermonem hunc (qui de veritate est) succedaneum tibi ô venerabilis pater Eustathi, consecrauimus. semper enim Christum indutus in ipso viuis & moueris

καὶ κρῖμα εἰρηνικὸν κρίνατε. καὶ ἄλλος, χείλη ἀληθινὰ κατορθοῖ μαρτυρίαν. οἱ δὲ βουλόμενοι εἰρηνεύειν, εὐφρανθήσονται. καὶ πάλιν, ἀλήθειαν κτῆσαι, καὶ μὴ ἀπώσῃ σοφίαν καὶ παιδείαν· ὅτι στόμα ἀληθινὸν, ἐμπλησθήσεται γέλωτος, τουτέστι, χαρᾶς. ὁ δὲ Δαβὶδ, Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; ἢ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; καὶ ἐπιφέρει, πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, τουτέστιν, ἀπὸ καρδίας. ἀρχὴ γὰρ τῶν λόγων σου ἀλήθεια, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα πάντα τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. καὶ γὰρ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου ἀλήθεια, καὶ κρίσις, καὶ ἔλεος, καὶ ἀλήθεια προπορεύσεται πρὸ προσώπου σου. καὶ διὰ τοῦτο ἔντεινον καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος, καὶ δικαιοσύνης. ἐν τῷ στόματι γὰρ τῶν ἐχθρῶν μου οὐκ ἔστιν ἀλήθεια, ὅτι ἡ καρδία αὐτῶν ματαία· καὶ, τάφος ἀνεῳγμένος, ὁ λάρυγξ αὐτῶν· ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, διὰ τοῦτο κρῖνον αὐτοὺς ὁ Θεός. φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀληθινὸς Ἰὼβ, Οὐ δὲ καὶ ἐψευσάμην ῥήματα ἁγίου Θεοῦ μου. καὶ ὁ παροιμιαστὴς, κρείσσων πτωχὸς ἐν ἀληθείᾳ πορευόμενος, πλουσίου ψεύστου. ποιεῖν γὰρ δίκαια, καὶ ἀληθεύειν, ἀρεστὰ παρὰ τῷ Θεῷ μᾶλλον, ἢ θυσιῶν αἷμα. καὶ αὖθις, ἀνοίγων, φησὶν, ἀπὸ χειλέων ὀρθὰ, ὅτι ἀλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου· ἐβδελυγμένα δὲ ἐνώπιόν μου χείλη ψευδῆ. ὁ δὲ ἀπόστολος· ἀποθέμενοι οὖν τὸ ψεῦδος λαλεῖτε ἀλήθειαν ἕκαστος μετὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ, ὅτι ἐσμὲν ἀλλήλων μέλη· καὶ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, καὶ ἐν λόγῳ ἀληθείας. ὁ δὲ Ἰωάννης, οἴδαμεν φησὶν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινὸν Θεόν. καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅς ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. ὁ γὰρ λαλῶν ἀλήθειαν, ἐν τῷ Θεῷ μένει. χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὃ ὁ Θεὸς κατῴκησεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθῇ ὁ Κύριος ὁ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατοικῶν. ὅτι ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παρ᾽ αὐτῷ ψεῦδος. οἱ οὖν ψευδόμενοι, ἀθετοῦσι τὸν Κύριον, καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ Κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν ἔλαβον. ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἄψευστον. τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ παραθήκην, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί. ὁ γὰρ φυλάττων τὴν ἀλήθειαν, δύναται ἑαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι· φυλάττεται γὰρ ὑπὸ τῆς ἀληθείας. εἰκότως οὖν κατὰ τάξιν, ὦ μάκαρ πάτερ Εὐστάθιε, ὑμῖν ἀνεθήκαμεν τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον.

Semper

ἀεὶ γὰρ τὸν Χριστὸν ἐνδεδυμένος, ἐν αὐτῷ ζῇς καὶ κινῇ καὶ εἶ ὡς ἀληθινὸς ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἀληθείας ἐρασμιώτατος [νῦν γὰρ θαρρεῖν μοι παρακελεύει) τοῦτο περὶ σοῦ ἀποφήνασθαι, ὁ εἰπὼν τῷ Θωμᾷ, ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· καὶ οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ.] αὐτῷ πρέπει δόξα σὺν πατρὶ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ ἐλέγχειν. Λόγος ξζʹ.

Τὸ κατὰ Θεὸν ἐλέγχειν τὸν πλησίον, εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ, καὶ φίλον. τεκμήριον γάρ ἐστιν φιλαδελφίας, καὶ συμπαθοῦς γνώμης, μόνον ἐν εἰλικρινεῖ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ συνειδότι ἐν φόβῳ Θεοῦ, μετὰ πάσης εὐσπλαγχνίας ἐλέγχειν, σκοπῷ τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν ἁμαρτάνοντα, δεῖ τοῦτο ποιεῖν· χρὴ δὲ καὶ διακρίνειν ὅπου δεῖ ἐλέγχειν· ἐπεὶ ἄνδρα δυνατὸν οὐ χρὴ ἐλέγχειν ἐπὶ κενοδοξίας· ἀλλὰ μᾶλλον τὴν ἐπιφορὰν τῆς μελλούσης ἀτιμίας ἐπιδεῖξαι. τῷ γὰρ τρόπῳ τούτῳ, οἱ τοιοῦτοι ἡδέως ἐλέγχονται. ὡσαύτως τὸν παυσάμενον, καὶ μετανοοῦντα, οὐκ ἔστιν καλὸν ἐλέγχειν. εἰ δὲ λέγεις, διὰ Θεὸν καὶ τὴν εἰς τὸν πλησίον ἀγάπην ἐλέγχειν, φανεροποίησον αὐτῷ πρότερον τὰ σὰ πλημμελήματα, καὶ οὐ λυπεῖται ἐλεγχόμενος. γέγραπται ἐν ταῖς παροιμίαις, ὅτι κρείσσονες ἔλεγχοι ἀποκαλυπτόμενοι, κρυπτομένης φιλίας. ἀξιοπιστότερα γὰρ τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ, καὶ κρείσσων ἀνὴρ ἐλέγχων, ἀνδρὸς ἀδίκου σκληροτραχήλου. ἐξάπινης γὰρ φλεγομένου οὐκ ἔστιν ἴασις. καὶ πάλιν, ὁ ἐλέγχων ἀνθρώπου ὁδοὺς αὐτοῦ, χάριτας ἕξει μᾶλλον τοῦ πρὸς χάριν γλωσσοχαριτοῦντος. καὶ πάλιν, μὴ ἔλεγχε κακοὺς, ἵνα μὴ μισήσωσί σε· ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε· ἄσοφον, καὶ προσθήσει τοῦ μισεῖν σε. δίδου σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται. γνώριζε δικαίῳ καὶ προσθήσει τοῦ δέχεσθαι. καὶ πάλιν, ὁ ἐννεύων ὀφθαλμὸν μετὰ δόλου, συνάγει ἀνδράσι λύπας· ὁ δὲ ἐλέγχων μετὰ παῤῥησίας, εἰρηνοποιεῖ. ἔλεγξον φίλον μή ποτε οὐκ ἐποίησεν· καὶ εἰ ἐποίησεν, ἵνα μὴ προσθήσῃ τὰ αὐτά. καὶ ὁ νόμος φησὶν, ἐλέγξεις τὸν πλησίον σου, μή ποτε οὐκ ἐποίησεν. εἰ δὲ καὶ ἐποίησεν ἵνα μὴ προσθήσῃ. καὶ αὖθις, ὡς ὑπὲρ καλόν ἐστιν ἐλέγχειν, ἢ θυμοῦσθαι κρυπτῶς. καὶ ἐπάγει, ἐν συμποσίῳ οἴνου μὴ ἐλέγξῃς τὸν πλησίον· καὶ μὴ ἐξουδενώσῃς αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ αὐτοῦ. καὶ πάλιν, ἐὰν ἐλέγχῃς ἄνδρα φρόνιμον, νοήσει αἴσθησιν· καρδία γὰρ αἰσθητικὴ, λυπηρὰ ψυχὴ αὐτοῦ, οἱ δὲ ἐλέγχοντες, βελτίους φανεροῦνται ἐπ' αὐτοῖς. καὶ ὁ Παῦλος Τιμοθέῳ φησὶν, τοὺς ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσιν,

A moueris, vtque homo verax, præcipuo & exuberanti amore ipsam deperis veritatem Christum: quem vnà cum Patre & Spiritu sancto compar addecet gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Neminem præter decorum & discretionem coargui debere.

Homilia LXVII.

PROXIMUM coarguere secundùm Deum, Deo ipsi quàm sit gratiosum & amabile, quis explicet? Aliud enim est nihil quàm insi-B gne fraternæ dilectionis argumentum, ac piæ erga proximum voluntatis illustre signum, alieno periculo indolescentes, sincero cordis affectu & munda prorsus conscientia. In timore autem Dei id fiat, nec sine indiuidua eius comite misericordia, vnum aliquem arguere, hoc nimirum mentis scopo, vt ad rectitudinis reuoces viam & conuertas peccatorem; Idquidem fiat, oportet: sed & necesse sit discretionis aciem intendere, vbi & quò loci sit necessaria reprehensio. Vir potens authoritate, siue diuitiis suffarcinatus neutiquam reprehendendus venit inanis gloriæ: potiùs enim huic impendens periculũ C futuræ ignominiæ conuenit inductis exemplis demonstrare: hoc enim pacto tales non illibenter admittent reprehensionem. Consimili ratione nihil profuerit eum increpare, qui à peccatis interquieuit, quémque prioris pœnitet vitæ. Quòd si dicis reprehendere te per charitatem erga Deum & proximum; primùm vide illi inclarescat delictorum grauitas, nec iam mœrore aut tristitia contabescit reprehensus: Scriptum quippe est in Prouerbiis; *Melior est reprehensio manifesta quàm abscondita amicitia: fideliora enim sunt vulnera amici quàm voluntaria os-* D *cula inimici;* melior enim qui reprehendit viro iniusto, & ceruicis duræ. Eius enim qui repente inflammescit ira, non est sanitas. Rursus, *Qui ostendit homini vias suas, plus habebit gratiæ eo qui ad gratiam linguam suam componit.* Iterum: *Noli arguere malos, nequando oderint te; argue sapientem, & diliget te; da sapienti occasionem, & sapientior erit; notifica iusto, & addet vt accipiat.* Iterum: *Qui annuit oculo cum dolo, congregat viris tristitias: qui autem cum libertate reprehendit, habet pacem: ar-* E *gue amicum, ne fortè non fecerit, & si fecit, vt ne addat.* Eodem prorsus lex ait: *Argues proximum tuum, ne fortè non fecerit: quòd si fecit, ne adiiciat:* Quàm *bonum est arguere potiùs quàm irasci occultè?* Inducit: *In conuiuio vini ne arguas proximum, & ne spreueris eum in lætitia eius.* Item: *Si argueris prudentem, considerabit sensum: cor sensitiuum, anima illius tristis est: qui autem reprehendunt, sibiipsis videntur, quàm sint, esse meliores.* Paulus item Timotheo ait: *Peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*

Discretionis ratio in reprehensionibus.

Potentes, quo argumento sint castigandi

Prou.27.

Prou 28.

Ecclef.19.

Ecclef.28.

1.Tim.5.

Rursus: *Argue, increpa, obsecra.* Sed & is qui A nos ad salutem magnopere studet prouehere Dominus ac Saluator noster, hunc in modum nos adhortatur: *Si peccauerit in te frater tuus,* Matth.18. *vade, corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum; si autem te non audierit, adhibe tecum vnum aut duos, vt in ore duorum aut trium testium stet omne verbum: quòd si nec hos audierit, dic Ecclesiæ: si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus.* Deo nostro gloria in sæcula. Amen.

Vt ipse coarguaris, debes expetere.

Homilia LXVIII.

Homo (siquidem de se quàm modestissimè sentit, séque pro abiecto habet & vili) multa cum animi voluptate & beneuolentia eas exceptat quæ in se recidunt correptiones, aut quamlibet asperam obiurgationem. Beatus igitur Monachus qui seipsum aliud esse censet nihil, quàm omnium peripsema. Incredibili enim lætitia perfunditur tacitus, super priuata deiectione & cõtemptu (dum seipsum deputat C nec fucatè cæteris tanto esse minorem) magis quàm pro exhibito honore aut proprij celebritate nominis. Vnde & talis à Deo prædicatur beatus, iuxta Esaiæ testimonium dicentis: *Sanctificate eum qui extenuat animam suam: qui autem odit correptiones, imprudens est*: Sed & huic impendet non simplex perturbatio: qui autem diligit eas, liquet hunc nulla iam percelli animi perturbatione, sed sedato est animo. Quàm igitur profuerit benignè eos excipere qui nos suis exercent sannis & scommatibus quamlibet amarulentis, prę illis qui nos adornant suis com- D mentitiis laudibus? qui iuxta scripturam nihil ab eo differunt qui maledicit. Idem rursus Esaias: *Audite verbum Domini, qui intremiscitis ad sermonem eius, dicite his qui vos oderunt & execrantur, Fratres mei.* Sed & Parœmiastes: *Conterit comminatio cor prudentis, imprudens autem etiam flagellatus non sentit.* Iterum: *Qui repellit disciplinam, odit seipsum, qui autem seruat correptionem, possidet prudentiam.* Rursus: *Qui habet prudentiam, in bonis erit, & qui custodit correptiones, sapiens efficietur.* Et, *Qui seruat increpationes,* Prou.15. *suam ipsius diligit animam: qui autem oderunt, ignominiosè moriuntur.* E Et: *Paupertatem & ignominiam aufert disciplina: qui autem custodit correctiones, glorificabitur.* Rursum: *Plagæ & obiurgationes tribuunt sapientiam: puer autem deerrans confundit parentes suos.* Iterum: *Qui diligit disciplinam, diligit* Prou.12. *sensum: qui autem odit increpationes, imprudens.* Dauid quoque: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Non quidem quòd is deprecaretur, aut defugeret vitabundus Dominicam correptionem, sed eam quæ cum ira graui infertur, disciplinam à se precatione hac vsus amoliebatur ac depellebat.

καὶ αὖθις, ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον· καὶ ὁ θέλων ἡμᾶς σωθῆναι Κύριος, καὶ Σωτὴρ ἡμῶν, παρακελεύεται ἡμῖν λέγων, ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὕπαγε, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου. ἐάν σου ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου· ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἔτι ἕνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθῇ πᾶν ῥῆμα· ἐὰν δὲ παρακούσῃ αὐτῶν, εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὥσπερ ὁ ἐθνικὸς, καὶ ὁ τελώνης. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ ἐλέγχεσθαι.

Λόγος ξη΄.

ΑΝΘΡΩΠΟΣ ἐὰν ἐστὶν ταπεινόφρων, καὶ ἔχῃ ἑαυτὸν εὐτελῆ, μετὰ θυμηδίας καὶ εὐμενείας τοὺς ἐπιφερομένους αὐτῷ ἐλέγχους, καὶ τὸ ἐπιτίμιον, παραδέχεται. μακάριος οὖν ἐστὶν ὁ μοναχὸς ὁ πάντων περίψημα ἑαυτὸν ἔχων. ἐλαχιστότερον γὰρ ἑαυτὸν λογιζόμενος, γέγηθε μᾶλλον ἐπὶ τῇ εὐτελείᾳ, καὶ καταφρονήσει, ἤπερ ἐπὶ τιμῇ καὶ εὐκλείᾳ. ὅθεν καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἁγιάζεται, καθὼς μαρτυρεῖ Ἡσαΐας. ἁγιάσατε γάρ φησι τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. ὁ δὲ μισῶν ἐλέγχους, ἄφρων· ἀλλὰ καὶ ἔγκειται πάθει. ὁ δὲ ἀγαπῶν, δῆλον ὅτι ἀπαθής ἐστιν. καλὸν οὖν ἀποδέχεσθαι τοὺς σκώπτοντας ἡμᾶς, ὑπὲρ τοὺς ἐπαινοῦντας, οἵτινες οὐδὲν διαφέρουσι καταρωμένου κατὰ τὴν γραφήν. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας, ἀκούσατε ῥῆμα Κυρίου, οἱ τρέμοντες τὸν λόγον αὐτοῦ, εἴπατε, Ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ βδελυσσομένοις. φησὶ καὶ ὁ παροιμιαστὴς, συντρίβει ἀπειλὴ καρδίαν φρονίμου· ἄφρων δὲ μαστιγωθεὶς, οὐκ αἰσθάνεται. καὶ πάλιν, ὃς ἀπωθεῖται παιδείαν, μισεῖ ἑαυτόν. ὁ δὲ τηρῶν ἐλέγχους, κτᾶται φρόνησιν. καὶ πάλιν, ὁ δεχόμενος παιδείαν, ἐν ἀγαθοῖς ἔσται. ὁ δὲ φυλάσσων ἐλέγχους, σοφισθήσεται. καὶ ὁ ἀκούων ἐλέγχους ζωῆς, ἐν μέσῳ σοφῶν αὐλισθήσεται. καὶ πάλιν, ὁ τηρῶν ἐλέγχους, ἀγαπᾷ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. οἱ δὲ μισοῦντες, τελευτῶσιν αἰσχρῶς. καὶ αὖθις, πενίαν καὶ ἀτιμίαν ἀφαιρεῖται παιδεία. ὁ δὲ φυλάσσων ἐλέγχους, δοξασθήσεται. καὶ πάλιν, πληγαὶ καὶ ἔλεγχοι διδόασι σοφίαν. παῖς δὲ πλανώμενος, αἰσχύνει γονεῖς αὐτοῦ. καὶ πάλιν, ὁ ἀγαπῶν παιδείαν, ἀγαπᾷ αἴσθησιν· ὁ δὲ μισῶν ἐλέγχους, ἄφρων. ὁ δὲ Δαβὶδ, Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· οὐχ ὅτι τὸν ἔλεγχον παρῃτεῖτο, ἀλλὰ τὸν μετ' ὀργῆς παιδείας.

ἐπιφέρει γὰρ, παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με. μέγας οὖν ἐστιν, ἀγαπητοὶ, καὶ θαυμαστὸς ὁ ἐλεγχόμενος, ἢ ἀτιμαζόμενος ὑπό τινος, καὶ βαστάζων, καθάπερ καὶ ἡ σεμνὴ καὶ μεγάλη ἐκείνη Χαναναία, ἥτις ἀκούσασα παρὰ τοῦ Κυρίου, ὅτι οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τῶν τέκνων, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις, οὐκ ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἑαυτὴν εὐτελίζουσα εἶπεν, ναὶ Κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν· ὅθεν ὑπερθαυμάσας ὁ Κύριος τὴν ταπείνωσιν καὶ πίστιν αὐτῆς εἰπών, ὦ γύναι, μεγάλη σου ἡ πίστις, γενηθήτω σοι ὡς θέλεις. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A Infert enim: *Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me.* Sanè, quàm eum par est *Psal.140.* magnum censeri & admirabilem, qui cùm increpatur acriùs & ignominia non leui aspergitur, perfert tamen: quemadmodum honesta illa Chananitis, magnique meriti, quæ quidem simul atque à Domino audisset, *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere catellis*: non hæc modò indignata non est, sed ex diuerso seipsam extenuans respondit; *Imò Domine, etenim catelli* *Matth.15.* *edunt de buccellis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Hoc responso in admirationem tantæ istius & humilitatis & fidei se surrigens Domi-B nus, dicit: *O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Περὶ τοῦ αἰσχύνεσθαι.

Λόγος ξθ΄.

ΚΑΛΗ ἐστιν ἀγαπητοὶ ἡ κατὰ Θεὸν αἰσχύνη, (ἤγουν αἰδὼς) ἡ ἀκαπήλευτος, ἡ ἀκίβδηλος, ἡ ἀνεπίληπτος, ἡ τῷ Θεῷ διαλλάκτης. ταύτῃ οὖν καταρχώμεθα, ἵνα παῤῥησιασώμεθα ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου· ἤγγικεν γὰρ καὶ ἐπὶ θύραις ἐστίν. C ἔστιν δὲ ἡ κατὰ Θεὸν αἰσχύνη, τὸ μὴ τολμᾷν ὅλως ἀναιδεύεσθαι αὐτῷ, ἢ παῤῥησιάζεσθαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, διὰ τὰ πλήθη τῶν κακῶν ὧν ἑαυτοῖς συνειδόσιν. ἢ ὅταν οὖν ἀτιμίαν τινὰ παρὰ ἀνθρώπων πάθωμεν, εὐθὺς τῆς παρὰ Θεοῦ δόξης τὴν ἐπιφορὰν ἐννοήσωμεν, καὶ εὐχαρίστως δι᾽ ὑπομονῆς δεξώμεθα. ὑπὲρ γὰρ τοῦ συμφέροντος ἡμῶν ἐπάγει ὁ Θεός· καὶ ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ ἄλυποι καὶ D ἀπερίσχοι ἐσόμεθα. πολὺ οὖν ὀφείλομεν αἰδεῖσθαι τὸν ἀμνησίκακον Κύριον. καὶ μάλιστα ἐν τῷ ἐνεστῶτι καιρῷ, κατὰ τὸ εἰρημένον, ἢ νῦν οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, αἰσχύνη καὶ ὄνειδος ἐγενήθημεν τοῖς δούλοις σου, καὶ τοῖς σεβομένοις σε. τῷ γὰρ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, ἡμῖν δὲ ἡ αἰσχύνη τῶν προσώπων ἡμῶν, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη ἡμῖν, καὶ τοῖς ἄρχουσιν ἡμῶν, καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν ὅτι ἡμάρτομεν, καὶ ἠνομήσαμεν, καὶ ἐξήμάρτομεν ἐν πᾶσι, καὶ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἠκούσαμεν, καθὼς καὶ ὁ Ἱερεμίας προφητεύων τὰ E νῦν ἡμῖν συμβαίνοντα, τὰ δέ φησιν, ᾐσχύνθημεν ὅτι ἠκούσαμεν ὀνειδισμὸν ἡμῶν, καὶ κατεκάλυψεν ἀτιμία τὸ πρόσωπον ἡμῶν, ὅτι εἰσῆλθον ἀλλογενεῖς εἰς τὰ ἅγια ἡμῶν, εἰς οἶκον Κυρίου. φησὶ δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ, σὺ γὰρ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου, καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου·

De Pudore & Verecundia.

HOMILIA LXIX.

VERECVNDIA (Charissimi) siue pudor qui secundùm Deum est, quanto prænitet decore? Nihil enim admittit insincerum aut permistum; nulla pallenti rubigine vitiatur C hypocriseos, nihil in se prorsum hrbet quod reprehensione dignum sit. Nec solum, sed & inter Deum nósque sequester est. Pudorem hunc igitur anteuertamus assequi, vt in Dominico aduentu maiore cum fiducia præsentemur: vicinus enim illius aduentus est, & ecce pro foribus adsistit. Quæ enim secundùm Deum verecundia est, ne annutu quidem aut vultu arrecto ausit quicquam petere, aut quiduis præsente Deo liberiùs depromere, præ malorum multitudine, quorum ipsi nobis conscij sumus. Si quando igitur dedecore quopiam aut probro D aspergemur, mox cogitemus eam impressionem nobis inflictam pro cumulo gloriæ quam nobis à Deo datam iri speramus, cúmque actione gratiarum nihil ægrè illam toleremus. Magno enim commodo nostro sinit Deus eam nobis infligi, atque ita interim dum ignominia percellimur, securi erimus tristitiæ omnis, nulla nos conciet mentis intemperies. Sanè non parum vereri debemus Dominum qui tanta lenitate malorum omnium quę gessimus, obliuiscitur, si quando aliàs, nunc maximè temporis, iuxta id quod dictum est. Neque enim nunc vel obgannire licet aut aperire os. Siquidem E Domine, seruis tuis & iis qui te colunt, confusio iniusta est & illatum opprobrium. Tibi enim Deo nostro iustitia, nobis autem confusio vultus nostri, vt hęc probat dies nobis, principibus nostris & regibus nostris, quia peccauimus, iniquè egimus & à rectitudine deflexiumus viæ tuæ, nec mandatis tuis obediuimus. Quæ enim *Hier.31.* prophetico afflatus spiritu futura præcinuit Hieremias, nunc temporis contigêre. Is enim ait, Cõfusi sumus, quia audiuimus opprobrium nostrum. Operuit ignominia faciem nostram, quia ingressi sunt alienigenæ sanctuaria nostra, in domum Domini. Sed & Dauid, Tu scis improperium meum, & confusionem meam, *Psal.68.*

quia tota die confusio mea contra me est. Et, A Confusio faciei meæ cooperuit me. (*Eccles. 4.*) Eiusmodi igitur pudor siue verecũdia planè bona est, cùm secundùm Deum sit, vt quæ hominem adducit ad pœnitentiam, ac proinde nõ mediocrem adfert animæ fiduciam. Est autem & altera confusionis siue verecundiæ species planè noxia ac detrimentosa, secundùm scripturam, quę dicit: Est confusio adducens peccatum, & est cõfusio gloria & gratia. (*Prou. 8.*) Plerique enim dum alios improbo timore verentur, in Diaboli retia non semel reuoluti sunt. Infert, Qui non reuelat impietatem suam, non prosperabitur: qui autem B exponit & reprehẽdit, diligetur. Rursus, Iustus accusator est suiipsius in principio sermonis Et, Quanto tempore innocentes proximè sequuntur iustitiam, non cõfundentur. Nosse enim legem, mentis est bonæ. Inducit, Beatus qui in omnibus timet propter circunspectionem. Et, Præpara ad exitum opera tua. Et, Ne confundatis confiteri peccata tua. Non mediocri opus homini est lumine discretionis, vt norit vbi debeat suppudescere & circumfundi verecundia, quæ ad animę suæ promoueat salutem, vbi contra debeat eã à se repellere ac propellere, quòd C ad peccatum ducat. Liceat enim inuenire qui pollicetur quidem suo ipsius amico verecundi pudoris gratiam, denique eum ipsum sortitus gratuito inimicum. Nos igitur dilectissimi eam verecundiæ speciem pro virili nobis adsciscamus quæ secundùm Deum est, imitati Publicani illius exemplum, qui vel in cœlum suspicere & attollere oculos verebatur, interim suum tundens pectus, hisque orans verbis, Deus propitius esto mihi peccatori; vt illius exemplo absolutam peccatorum remissionem mereamur assequi, in Christo Iesu Domino nostro: cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. D

De Modestia animi siue humilitate.

HOMILIA LXX.

MODESTIA animi sese vltrò demittentis, siue humilitas, hominem altiuolum efficit & aëriuagum. (*Exod. 18.*) Quanto enim quis se infra deiicit: tanto hunc sublimius subuehit Deus & alleuat. Sic Moses, qui Deo tam familiariter congrediebatur: Hic tantus, de se cùm molestissimè sentiret, consilium neutiquam auersatus est sui soceri Ietro, tametsi tanta priùs fuisset, nempe augustissima Dei visio- E ne perfruitus. Verùm quæcunque ille suggesserat, hic effecit: eóque ipsum Deus præter cæteros ómnes qui in terra morabantur, euexit in sublime. (*Iud. 8.*) Haud secus Gedeon respondebat tribui Ephraim, moderata vsus & eo opportuniore prudentia dum dicit, Quid feci nunc vt vos fecistis? Nunquid non melior est racemulus Ephraim quàm vindemia Abiezer? In manibus vestris tradidit Dominus principes Madian. Ecquid tale facere potui, quale vos? Atqui huic Deus eam contulerat victoriam

A ὅτι ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατ' ἐναντίον μού ἐστιν. καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέν με. αὕτη τοίνυν ἐστὶν ἡ καλὴ καὶ κατὰ Θεὸν αἰσχύνη ἥτις εἰς μετάνοιαν καὶ παῤῥησίαν ἄγει τὸν ἄνθρωπον. ἔστι δὲ καὶ αἰσχύνη ἐπιβλαβὴς, κατὰ τὴν λέγουσαν γραφήν· ἔστιν αἰσχύνη ἐπάγουσα ἁμαρτίαν· καὶ ἔστιν αἰσχύνη, δόξα καὶ χάρις. πολλοὶ γὰρ αἰσχυνόμενοί τινας, περιεπίπτουσιν τοῖς δικτύοις τοῦ διαβόλου. καὶ ἐπιφέρει, ὁ ἀποκαλύπτων ἀσέβειαν αὐτοῦ, οὐκ εὐοδωθήσεται. ὁ δὲ ἐξηγούμενος καὶ ἐλέγχων, ἀγα- B πηθήσεται. καὶ αὖθις, δίκαιος ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. καὶ τὸ, ὅσον ἂν χρόνον ἄκακοι ἔχονται τῆς δικαιοσύνης, οὐκ αἰσχυνθήσονται. τὸ γὰρ γνῶναι νόμον, διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς. καὶ ἐπάγει, μακάριος ὃς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν. καὶ τὸ, ἑτοίμαζε εἰς τὴν ἔξοδον τὰ ἔργα σου. καὶ μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου. διακρίσεως γνώσεως δεῖται ὁ ἄνθρωπος, ἵνα γνῷ ποῦ μὲν ὀφείλει αἰσχυνθῆναι ἐπὶ σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ποῦ δὲ καὶ ἀποβάλλεσθαι αὐτὴν ὡς ἐφαμάρτητον. ἔστι γὰρ C αἰσχύνης χάριν ἐπαγγελλόμενος τῷ ἑαυτοῦ φίλῳ, καὶ ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεάν. ἡμεῖς οὖν, ἀγαπητοὶ, τὴν κατὰ Θεὸν αἰσχύνην κατασχῶμεν, μιμούμενοι τὸν τελώνην τὸν αἰδούμενον ἀναβλέψαι εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀλλὰ τύπτοντα τὸ ἑαυτοῦ στῆθος, καὶ λέγοντα, ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ἵνα καὶ τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ὁμοίως τύχωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Λόγος ο'.

Η ΤΑΠΕΙΝΟΦΡΟΣΥΝΗ ὑψοποιεῖ, καὶ ἀεροπόρον ἀποτελεῖ τὸν ἄνθρωπον. ὅσον γάρ τις ἑαυτὸν ταπεινοῖ, πολλαπλασίως ὑψοῖ αὐτὸν ὁ Θεός· καθὼς καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ συνόμιλος Μωσῆς ταπεινοφρονῶν, οὐκ ἀπεβάλλετο τὴν συμβουλίαν τοῦ γαμβροῦ αὐτοῦ Ἰωθώρ· καίτοι μετὰ τοσαύτης θεοφανείας, ἀλλ' E ὅσα εἶπεν αὐτῷ, ἐποίησεν· διὸ καὶ ὁ Θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν παρὰ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Γεδεὼν ἀπολογεῖται μετρίῳ φρονήματι, τῷ Ἐφραὶμ λέγων, τί ἐποίησα νῦν καθὼς ὑμεῖς ἐποιήσατε; ἢ οὐχὶ κρείττων ἐπιφυλλὶς Ἐφραὶμ, ἢ τρυγητὸς Ἀβιέζερ; ἐν χειρὶ ὑμῶν παρέδωκεν Κύριος τοὺς ἄρχοντας Μαδιάμ· καὶ τί ἠδυνήθην ποιῆσαι καθὼς ὑμεῖς; καὶ τοίγε αὐτῷ τὴν νίκην ἐδωρήσατο ὁ Θεὸς

ἐν τοῖς τετρακοσίοις ἀνδράσι. ἀλλ' ὁ δίκαιος διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης κατέπαυσε τὸν θυμὸν αὐτῶν. καὶ πρὸ τούτου πρὸς τὸν ἄγγελον ἔλεγεν, τίς εἰμι ἐγὼ, ἢ ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; ἡ χιλιάς μου ταπεινοτέρα ἐν Μανασσῇ. λέγει δὲ καί τις σοφός· ὅσον μέγας εἶ, τοσοῦτον ταπείνου σεαυτὸν, καὶ ἔναντι Κυρίου εὑρήσεις χάριν, ὅτι πάντα τὰ ἔργα τοῦ ταπεινοῦ, φανερὰ παρὰ Κυρίου. καὶ στόμα ταπεινοῦ μελετᾷ σοφίαν. σύνεσις δὲ ἀγαθὴ, δίδωσι χάριν. ὁ δὲ ψαλμῳδός φησιν· ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουδένωμα λαοῦ. καὶ πάλιν, ὡσεὶ τέρας ἐγενήθην τοῖς πολλοῖς, καὶ σὺ βοηθός μου κραταιός. ὁ ταπεινόφρων καὶ ἔργον ἔχων πνευματικὸν, ἀναγινώσκων τὰς θείας γραφὰς, πάντα εἰς ἑαυτὸν νοεῖ, καὶ οὐχ εἰς τὸν ἕτερον. ἐὰν οὖν θέλωμεν τῷ ὄντι εὐαρεστῆσαι Θεῷ, καὶ τὴν μακαριωτάτην φιλιωθῆναι φιλίας, γυμνὸν τὸν νοῦν ἡμῶν παραστήσωμεν, μηδὲν ἐπισυρόμενον τοῦ παρόντος αἰῶνος, μή τινα τεχνάσματα, ἢ σοφίσματα, ἢ δικαιολογίας· ἀποστρέφεται γὰρ τὸ θεῖον τοὺς μετὰ οἰηματικοῦ τοῦ τρόπου τούτου προσερχομένους αὐτῷ. ἐὰν γὰρ θεοσεβὴς καὶ ταπεινόφρων ὑπάρχῃ τις, καὶ μὴ ὑπεραιρόμενος σωματικῷ ὄγκῳ, μήποτε περπερευόμενος, ἀλλὰ κατεαγμένος τῇ καρδίᾳ, καὶ λογιζόμενος ἑαυτὸν ἀχρεῖον δοῦλον εἶναι, τότε ἐπιβλέπει καὶ ἐνοικεῖ ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ. ἀληθινῆς γὰρ ταπεινοφροσύνης γνώρισμα, οὐ τὸ ἑαυτῷ καταχέειν ὕβρεις, ἀλλὰ τὸ παρ' ἄλλων ὑβριζόμενον γενναίως φέρειν. καὶ οὐδεὶς ταπεινόφρων δικαιολογεῖταί ποτε. ὥσπερ οὖν καρπὸς πολὺς κάμπτει κλῶνας δένδρου, οὕτως ἀρετῆς πλῆθος ταπεινοῖ φρόνημα ἀνδρός. καὶ ὥσπερ χάραξ βαστάζει κλῶνα κατάκαρπον, οὕτως φόβος Θεοῦ ἐνάρετον. ὁ δὲ μακάριος Παῦλος καταστέλλων ἡμῶν τὸ φρόνημα, ἐπιστέλλει, λέγων· ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; καὶ πάλιν, ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν πάντων περίψημα. ταῦτα δὲ τὰ ῥήματα, ταπεινοφροσύνης ὑπόδειγμα. καὶ αὖθις· γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ὅτι δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὢν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσητε. καὶ ἐπάγει· παρακαλῶ οὖν ἐγὼ ὁ δέσμιος ἐν Κυρίῳ ἀξίως περιπατῆσαι τῆς κλήσεως, ἧς ἐκλήθητε μετὰ πάσης ταπεινοφροσύνης καὶ πρᾳότητος, μετὰ μακροθυμίας ἀνεχόμενοι ἀλλήλων ἐν ἀγάπῃ. καὶ ἐπιφέρει τὸ ὕστερον πάντων· ὡσπερεὶ τῷ ἐκτρώματι ὤφθη κἀμοί.

A in trecentis viris. Cæterum iustus hic modestia ac lenitate responsi excitatam iram repressit ac sedauit, quin priùs aliquanto Angelo respondit, quis sum ego, aut quæ est domus patris mei? Millenarius meus abiectior est & humilior in Manasse. Sapiens quidam dicit: Quanto maior es, tanto humilia teipsum: & coram Domino inuenies gratiam. Nam opera omnia humiliantis se manifesta sunt & conspicua oculis Domini. Os enim humile meditatur sapientiam: intellectus autem bonus dat gratiam. *Eccles. 3.* Ait item Psaltes regius. Ego autem vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Rursus. Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor meus fortis. Qui B de se moderatè sentit & opus tractat spirituale, interim diuinas dum legit scripturas, quæcunque occurrunt, vniuersa in seipsum tacita cogitatione reflectit, & non in alterum. *Psal. 70.* Si cupimus Deo nostro magnopere esse gratiosi & amabiles, amicitiámque eius felicissimam exosculari suauissimè & amplecti: mentem illi nostram exhibeamus nudam & ab omni coccretione materiæ defæcatam, quæ nihil sæculi istius alicunde ad se adsciscat, nullas aduocet molitiones fraudum, nihil commentitium aut sophisticum, non item causificationes siue disceptationes iustis. C Auersatur enim numen illud eos qui se adeunt superciliosa quadam freti persuasione. Contra si quis Deicola ac pius de se alioqui quàm abiectissimè sentiēs, neutiquam turgescens aut veluti extuberans inani fastu, nihil temere sibi adscribens meritorum tacita cogitatione, magis verò qui se inutilem esse seruum deputet, hunc talem clementer respicit Dominus, eiúsque inhabitat mentem gratia Dei. Verissimæ humilitatis insigne hoc est, nullas in D quempiam intorquere contumelias, sed ab aliis in se contortas generosè & infracto perferre animo. Siquidem nemo (modò is sit non fucatè) humilis, qui causificetur aut partes voquam sustineat tuendi se. Vt enim arborum ramos exuberās copia fructuum deorsum versus inflectit: ita & accessio diues virtutum sensum hominis se possidentis demittit atque humiliat. *Homœosis.* Rursus, quemadmodum statumen aut vineę pedamentum ramum communit ac gestitat fructuum vbertate prægnantem: ita timor Dei eum suffulcit, qui virtute adornat se. *Similitudo altera.* E Beatus ille Paulus extenuans ac supprimens nostrum hunc fastum, per epistolam dicit, miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Rom. 7.* Iterum. Vt purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema. Hæc porrò verba in exemplum posita sunt insinuandę humilitatis. Rursus, Cognoscite gratiā Dei, quia propter nos diues cùm esset, pauper factus est: vt nos illius paupertate diuites essemus. *Ephes. 4.* Inducit. Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, digne vt ambulemus in vocatione qua vocati sumus, cū omni humilitate & mansuetudine, cū longanimitate supportantes inuicem in charitate. Denique infert, Postremo omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. *1. Cor. 15.*

Ergo enim sum minimus Apostolorum, qui
non sum dignus vocari Apostolus. Quisquis i-
gitur studet indipisci virtutem humilitatis, quę
à solo Deo prærogatur, simúlque declinare pa-
rentem vanitatis, à Deo modis omnibus inui-
sum tumorem superbiæ, ceu priùs dictum mihi
est, nihil omittat eorum quæ conducunt ad pa-
randum humilitatis legitimam functionem,
sed talia sint habitus, pallium, incessus, sedile,
alimonia, stratus, sermo, ipse corporis motus,
aspectus, congressus cum proximo ac familiare
colloquium, denique quæ ab illo cum labore
fiunt: ad frugalitatem & parcimoniam spectant
omnia. In primis suo de se iudicio ne se totum
permittat, memor sit Domini, qui nequaquam
indignum duxit submittere se lauandis discipu-
lorum pedibus, qui & dixit: *Exemplum enim
dedi vobis*, nempe humilitatis, *Vt quemadmo-*
Ioan.13. *dum feci vobis, & vos faciatis inuicem.* Si hæc
scitis, beati eritis si feceritis ea. Ipsi gloria in
sæcula. Amen.

De eo quòd proximo condonandum sit.

Homilia LXXI.

VT proximo ignoscas in plenitudine cor-
dis, Dominicum vrget te mandatum,
vniuerso hominum generi apprimè salutife-
rum. Domini autem mandatum æterna est
vita. Itaque condonando proximis, veniam
ipsi impetramus. Sin remittemus ex animo,
nostra ipsorum peccata per hoc quasi copiam
signaculo insignimus, ne veniam promerea-
mur. Quis igitur (sapiens modò sit) qui cùm
magnopere cupiat suorum nec vlli numeran-
dorum delictorum perfrui absolutione, non
cum ingenti gaudio festinet proximo condo-
nate minutissimos quosque defectus? Iam hoc
à nobis vt fiat, non ore solùm præscripsit Do-
minus, sed & opere ipso præmonstrauit, quo
pacto expleri debeat. Patrem enim suum
cruci confixus interpellabat: ipsis apprecatus
veniam qui se extremè & iniquissimè diuexa-
Luc.9. bant: *Pater* (ait) *dimitte illis, non enim sciunt
quid faciunt.* Quin & aliquantò priùs, cùm
dequererentur discipuli aduersus quosdam Sa-
maritas, vt qui hos detrectarant excipere hos-
pitio, rogarent proinde, sic inclementes igne
cœlitus misso consumi, quid respondit Domi-
nus? Vtique eos increpuit: *Nescitis* (inquit)
cuius spiritus estis? nimirum mansueti, clemen-
tis, & benigni. Hoc ipsum nos propheticis
oraculis edocuit Dominus, ait enim Za-
charias: *Iudicium iustum iudicate, miseri-*
Zach.7. *cordiam & miserationem facite vnusquis-
que cum proximo suo*: Sed & Paulus:
*Estote igitur inuicem benigni, misericor-
des, imitatores Dei, sicut filij charissimi,
donantes vobismetipsis sicut & Deus dona-
uit vobis.* Abdias item Propheta: Quem-

A ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ ἐλάχιστος πάντων τῶν ἀποστόλων. ὃς
οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι ἀπόστολος [διότι ἐδίωξα
τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.] ὁ οὖν βουλόμενος κτήσα-
σθαι τὴν ποθεινοτάτην ταύτην ἀρετὴν τῆς ταπεινο-
φροσύνης, καὶ φυγεῖν, καθὼς προείρηται, τὸν μά-
ταιον καὶ θεοστύγητον ὄγκον τῆς ὑπερηφανίας, μηδὲν
παραλειπέτω τῶν συντελούντων εἰς τὴν κατόρθω-
σιν αὐτῆς, ἀλλ' ἔστω αὐτοῦ, καὶ σχῆμα, καὶ ἱμάτιον, καὶ
βάδισμα, καὶ καθέδρα, καὶ τροφή, καὶ στρωμνή, καὶ
B λόγος, καὶ κίνησις, καὶ βλέμμα, καὶ ἡ πρὸς τὸν πλη-
σίον ἔντευξις, πάντα πρὸς εὐτέλειαν ἠσκημένα.
περὶ πάντων δὲ ἐν μηδενὶ πιστευέτω ἑαυτῷ, ἀλλ'
ὑποτασσέσθω τῷ πλησίον, καὶ δουλευέτω αὐτῷ, με-
μνημένος τοῦ Κυρίου, μὴ ἀπαξιώσαντος νίψαι τοὺς
πόδας τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν καὶ εἰρηκότος· ὑπόδειγμα
γὰρ ὑμῖν δέδωκα τῆς ταπεινοφροσύνης, ἵνα καθὼς
ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε ἀλλήλοις. Εἰ
ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε αὐτά.
αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

C Περὶ τοῦ συγχωρεῖν τῷ πλησίῳ.

Λόγος οα'.

ΤΟ συγχωρεῖν τῷ πλησίον ἀπὸ καρδίας,
δεσποτικὴ ἐντολή ἐστιν, καὶ σωτήριος πᾶσιν
ἀνθρώποις. ἡ γὰρ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν.
ἐὰν οὖν συγχωρῶμεν, συγχωρούμεθα· ἐὰν δὲ μή,
ἐπισφραγίζομεν τὰς ἑαυτῶν ἁμαρτίας. τίς οὖν
σοφὸς ὁ θέλων τυχεῖν τῆς ἀφέσεως τῶν ἀναριθμή-
των αὐτοῦ πλημμελημάτων, μὴ μετὰ χαρᾶς ἀ-
φήσει τῷ πλησίον αὐτοῦ τὰ ἐλάχιστα ἐλαττώμα-
D τα; οὐ μόνον δὲ ὁ Κύριος τοῦτο ἐντέλλεται ἡμῖν
ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἡμῖν ὑπέδειξέν πως δεῖ αὐ-
τὴν ἐκτελεῖν. ἐν γὰρ τῷ σταυρῷ ὢν παρεκάλει
ὑπὲρ τῶν εἰς αὐτὸν ἀνομησάντων, τὸν ἑαυτοῦ πα-
τέρα, λέγων· πάτερ ἄφες αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν
ταύτην, οὐ γὰρ οἴδασιν τί ποιοῦσιν. ἰδοὺ ὁ εὔσπλαγ-
χνος, καὶ ὑπεράγαθος ὑπεραπολογεῖται ὑπὲρ αὐ-
τῶν, λέγων, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. καὶ πρὸ τού-
του δὲ τῶν μαθητῶν ἀγανακτησάντων κατά τινων
Σαμαρειτῶν μὴ δεξαμένων αὐτούς, καὶ αἰτησάντων
E θεηλάτῳ πυρὶ ἀναλωθῆναι αὐτούς, ἐπετίμησεν
αὐτοῖς, λέγων, οὐκ οἴδατε ποίου πνεύματός ἐστε.
τουτέστιν, τοῦ πράου, καὶ ἀγαθοῦ. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ
διὰ τῶν προφητῶν ἐκδιδάσκει ἡμᾶς. φησὶν ὁ
Ζαχαρίας, κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ ἔλεος καὶ
οἰκτιρμὸν ποιεῖτε ἕκαστος πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.
καὶ ὁ Παῦλός φησιν, γίνεσθε οὖν εἰς ἀλλήλους χρη-
στοὶ εὔσπλαγχνοι, μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀ-
γαπητά, χαριζόμενοι ἑαυτοῖς, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς
ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν. ὁ δὲ προφήτης Ἀβδιού,

ὃν τρόπον πεποίηκας, ἔσται σοι οὕτως· καὶ τὸ ἀνταπόδομά σου ἀνταποδοθήσεται σοι εἰς κεφαλήν σου. ὀφείλομεν οὖν συμπάσχειν καὶ συγχωρεῖν ἀλλήλοις, ὅτι ἓν σῶμά ἐσμεν καὶ ἀλλήλων μέλη, καὶ τὸ αὐτὸ ὀφείλομεν ὑπὲρ ἀλλήλων φρονεῖν· φοβούμενοι καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ Κυρίου φοβερὰν ἀπόφασιν, καὶ ἀπὸ καρδίας συγχωρήσωμεν ἀλλήλοις. εἶπε γάρ, ὅτι οὕτως ποιήσει ὑμῖν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐὰν μὴ ἀφῆτε ἕκαστος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν καρδιῶν ὑμῶν τὰ παραπτώματα αὐτῶν. δοῦλε γάρ φησι πονηρέ, πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκά σοι, ἐπεὶ παρεκάλεσάς με, οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς κἀγὼ σὲ ἠλέησα; καὶ ὀργισθεὶς παρέδωκεν αὐτὸν τοῖς βασανισταῖς, ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶν τὸ ὀφειλόμενον. καὶ τῷ Πέτρῳ δὲ ἐρωτήσαντι, ποσάκις ἀφήσω τῷ ἀδελφῷ μου ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς ἐμέ; ἕως ἑπτάκις; ἀπεκρίνατο αὐτῷ ὁ Κύριος, οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. διὰ τοῦτο ἐπάγει, ἄφετε, καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν. καὶ ἐὰν ἁμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτίμησον αὐτῷ. καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ. καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμαρτήσῃ εἰς σέ, καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ πρὸς σέ, λέγων, μετανοῶ, ἄφες αὐτῷ. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ εὐσπλάγχνῳ καὶ φιλανθρώπῳ Χριστῷ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀλλήλων, καὶ τῶν ἐχθρῶν.
Λόγος οβ'.

ΚΑΛΟΝ, ἀγαπητοί, τὸ διὰ πασῶν ὁδεύειν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ· ἐπεὶ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἔχεται ὡς ἐπὶ ἁλύσεως χρυσῆς. πισταὶ γὰρ πᾶσαι αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ, ἐστηριγμέναι εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. δεῖ οὖν τὸν ἀληθινῶς θέλοντα μαθητεῦσαι τῷ Χριστῷ, καὶ ἐκκαιόμενον τῷ πυρὶ τῆς ἀγαπήσεως αὐτοῦ μηδεμίαν παρελθεῖν ἐντολὴν αὐτοῦ, εἰ καὶ βραχεῖά τις, ἢ βαρεῖα δοκεῖ εἶναι. αὐτὸς γὰρ εἶπεν, ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε. καὶ αὖθις, Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη, πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. χθὲς οὖν, ἀγαπητοί, περὶ τοῦ ἀφῆσαι τῷ πλησίῳ διηλέχθημεν· σήμερον οὐ μόνον τοῦ ἀφῆσαι, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν ὑμᾶς ὑπομιμνήσκομεν, ἤγουν παρακαλοῦμεν, ἐπειδὴ ἀμφότερα ὁ δεσπότης ἡμῶν καὶ Σωτὴρ ἐντέλλεται. μηδεὶς οὖν βαρείας ἡγείσθω τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· ὁ γὰρ ζυγός μου, φησί, χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι. καὶ ὁ ἀπόστολος, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν.

A *admodum fecisti, fiet tibi: retributio tua retribuetur in caput tuum.* Debemus sanè alienis indolescere malis, nec grauatim mutuas donare offensas: sumus enim vnum corpus, & alteri aliorum membra. Debemus insuper idipsum inter nos atque idem sapere; perculsi terrore formidabilis sententiæ Domini, ex corde inuicem remittamus offensas. Dixit enim, quia sic faciet vobiscum Pater meus cœlestis, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris peccata ipsorum. *Serue* (ait) *nequam, omne illud debitum dimisi tibi, quia rogasti me: nonne oportebat & te misereri conserui tui,*
B *sicut & ego tui misertus sum: & iratus tradidit eum tortoribus, quousque redderet omne debitum.* Quin Petro roganti, *Quoties dimittam fratri meo, si peccauerit in me? vsque septies?* Respondit Dominus: *Non dico vsque septies, sed vsque septuagies septies*: eóque subiecit, *Dimittite & dimittetur vobis.* Quòd si peccauerit in te frater tuus, corripe eum; si resipuerit per pœnitentiam, dimitte ei, si septies etiamnum in die ad te reuersus fuerit, dicens, me pœnitet, dimitte ei. Deum nostrum addecet gloria in sæcula sæculorum. Amen. Ephes 4. Matth.18.

C

Quòd pro inuicem orandum sit, & quamlibet inimicis.

Homilia LXXII.

PRÆCLARE nobiscum agetur, dilecti, si per omnia ingrediemur ad præscriptam nobis à Christo formulam mandatorum: quan-
D doquidem sic alterum alteri cohærescit & innectitur, quasi annulli aureę cuiuspiam catenulæ conserti inter se & implexi: *Fidelia enim omnia mandata eius confirmata in sæculum sæculi.* Prorsus necesse sit eum qui velit verus esse Christi discipulus, tanto erga Christum succendi charitatis ardore, vt ne vllum quidem mandatorum ipsius prætergrediatur, tametsi id exigui momenti aut graue esse videatur. Ipse enim dixit: *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Rursus, *Amen dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorũ, nun-*
E *quam intrabitis in regnum cælorum.* Et quidem, (dilectissimi) hesterna collatione edisseruimus vobis quàm sit necesse, vt animo ignoscamus proximis: hodie verò non id suggerimus solùm charitati vestrę, vt condonetis offensas: quin & hortamur, vt pro illis quoq; preces effundatis. Iam quando Dominus ipse ac nostræ assertor salutis vtraq; hæc obseruari oportere sanxit: nemo in posterũ censeat grauia esse mãdata eius. *Iugum enim meum suaue est* (inquit) *& onus meum leue.* Non abludit à sententia Domini Apostolus: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ.* Matth.5. Matth.11.

Ad eum modum inuenire liceat in diuinis Scripturis, mandatum hoc opere impleſſe ſanctos omnes, veriùs multo abſoluiſſe omnia. Et quidem Propheta ille Samuel populo reſpondit: *Abſit hoc à me vt recedam à Domino, vt ceſſem clamare, vt deſinam orare pro vobis ad Dominum:* Rurſus idem, *Abſit hoc à me, vt peccem in Domino, vt ceſſem orare pro vobis.* Vt hunc admirabilem è priſtinæ dignitatis gradu deiecerint Iudæi, imò exinaniuerint, petito ſuper ſe Rege, nulli arbitror non perſpicuum. Sed & Hieremias inſignis etiamnum Propheta, per Iudæorum ingratitudinem tanta paſſus, pro eiſdem nullo non tempore precabatur. Id verum eſſe liquidò colligitur per ea quę illi dicebat Deus: *Et tu ne ores pro eis, neque enim exaudiam te.* Ad eundem modum Moſes dicebat Deo, *Si quidem dimittis eis peccatum, dimitte: quòd ſi non, dele me de libro tuo.* Et hoc ſanè non illi modò faciebant qui ſub veteris teſtamenti viuebant iugo, ſed & qui ſub gratia nouæ legis. Beatus Iacobus Domini frater, Angelicam vitam in terris cùm vixiſſet, omnium ſuffragiis dici promeruit, iuſtus: nimirum per conuerſationem ſanctioris vitæ. Hic talis munimentum erat populi. Feſtus igitur dies Paſchæ cùm illuxiſſet, inque templum multæ conueniſſent myriades Iudæorum, & hunc beatum in pinnaculum templi extuliſſent: Iuſte, te obſecramus (aiunt) vt dicas populo ne in poſterum exerret poſt eum qui dicitur Ieſus, tibi enim omnes nos fidem habemus. Reſpondit beatus, Quid me interrogatis de Filio hominis? en ipſe ſedet ad dexteram Dei in excelſis. Exleges illi & iniqui Pontifices ac Phariſæi acclamarunt: O ô, etiam iuſtus hic in errorem prolapſus eſt. Et dixerunt ad inuicem, malè fecimus, talem teſtem produximus qui ſecundùm ſe teſtimonium ferret pro Ieſu: ipſo enim audito non pauci ex plebe, crediderunt. Cæteri qui cum eo aſcenderant, è ſublimi præcipitarunt ſanctum: qui cùm in genua recidiſſet, nec ſtatim oppetiſſet mortem, ſed oraret pro ipſis, vnus filiorum Rhecam propiùs cùm ſe illi admouiſſet, audiuit orantem & dixit: quid facitis? en quoque pro vobis iuſtus orat. Tunc vnus quiſpiam arte fullo, cùm accurriſſet, lignum intorſit in caluariam eius, quo quidem opifices illi ſordidas veſtes exprimunt: vitámque illi ademit. Similem in modum beatus Stephanus in medio conſiſtens iniquorum, exclamauit: *Ecce video cœlos apertos & Filium Dei ſtantem à dextris ipſius.* Cúmque rapuiſſent eum, eiecerunt extra ciuitatem, & lapidabant inuocantem & dicentem: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Ecce igitur ipſi perſpicimus pro ſuis etiamnum inimicis oraſſe ad vſque mortem ſanctos.

1.Reg.7. *Hier.11.* *Exod.32.* *De hoc ſaſius, 2.c.23. Eccleſ. hiſtor. cui conſonant Hier. & Soph.* *Act.7.*

καθὼς καὶ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς εὑρίσκομεν πάντας τοὺς ἁγίους, ἔργῳ ἐκτελέσαντας τὴν ἐντολὴν ταύτην, μᾶλλον δὲ καὶ πάσας. φησὶ γοῦν ὁ προφήτης Σαμουὴλ πρὸς τὸν λαόν· μή μοι γένοιτο ἀποστῆναι ἀπὸ Κυρίου, τοῦ μὴ βοᾷν ὑπὲρ ὑμῶν προσευχόμενον. καὶ πάλιν, ἐμοὶ μὴ γένοιτο τοῦ ἁμαρτεῖν τῷ Κυρίῳ, τοῦ διαλείπειν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν. ὅπως δὲ ἀπώσαντο καὶ αὐτὸν, καὶ ἐξουδένωσαν, αἰτήσαντες βασιλέα, πᾶσι πρόδηλον ἐστί. καὶ ὁ Ἱερεμίας δὲ ὁ προφήτης ὁ τοσαῦτα κακὰ ὑπομείνας παρ' αὐτῶν, πάντοτε B προσηύχετο ὑπὲρ αὐτῶν. καὶ δῆλον ἐξ ὧν πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν ὁ Θεός. καὶ σὺ μὴ ἀξίου περὶ αὐτῶν, ὅτι οὐκ εἰσακούσομαί σου. ὡσαύτως καὶ ὁ Μωσῆς ἔλεγε πρὸς τὸν Θεόν· εἰ μὲν ἀφῇς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν, ἄφες· εἰ δὲ μὴ, ἐξάλειψόν με ἐκ τῆς βίβλου σου. οὐ μόνον δὲ οἱ ἐν τῇ παλαιᾷ τοῦτο ἐποίουν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν τῇ νέᾳ. ὁ γὰρ μακάριος Ἰάκωβος, ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου, ἀγγελικὸν βίον ζήσας ἐπὶ τῆς γῆς, ἤκουσε παρὰ πάντων δίκαιος, ἤγουν ὀβλίας, ὅ ἐστι περιοχὴ τοῦ λαοῦ. ἑορτῆς οὖν οὔσης τοῦ πάσχα, καὶ πολλῶν μυ- C ριάδων συνελθόντων ἐν τῷ ναῷ Ἰουδαίων, ἀνενέγκαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, εἶπον, ἀξιοῦμέν σε, δίκαιε, εἰπεῖν τῷ λαῷ ὅπως μὴ πλανᾶται ὀπίσω τοῦ λεγομένου Ἰησοῦ, σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα· ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, τί με ἐρωτᾶτε περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ ἐν ὑψηλοῖς; οἱ δὲ παράνομοι ἀρχιερεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ἔκραξαν, ὢ, ὢ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη, καὶ εἶπον πρὸς ἀλλήλους, κα- D κῶς ἐποιήσαμεν τοιαύτην μαρτυρίαν καθ' ἑαυτῶν ὑπὲρ τοῦ Ἰησοῦ παραγαγόντες. πολλοὶ γοῦν ἐκ τοῦ λαοῦ ἀκούσαντες αὐτοῦ, ἐπίστευσαν. οἱ δὲ λοιποὶ ἀνελθόντες, κατέβαλον αὐτὸν ἄνωθεν κάτω· ὁ δὲ πεσὼν ἐπὶ γόνατα, οὐ παραχρῆμα ἀπέθανεν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτῶν προσηύχετο· καὶ ἐγγίσας τις τῶν υἱῶν Ῥαχὰβ, ἤκουσεν αὐτοῦ· καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ποιεῖτε; ὁ δίκαιος ὑπὲρ ὑμῶν προσεύχεται. τότε δραμὼν τις κναφεὺς ἔδωκεν αὐτῷ εἰς τὸ κρανίον, μετὰ τοῦ ξύλου, ἐν ᾧ τὰ ἱμάτια ἀπο- E πιέζουσιν, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μακάριος Στέφανος ἑστὼς ἐν μέσῳ τῶν παρανόμων, ἔκραξεν, ἰδοὺ θεωρῶ τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. συναρπάσαντες δὲ αὐτὸν, ἐξέβαλον ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐλιθοβόλουν αὐτὸν, ἐπικαλούμενον καὶ λέγοντα, Κύριε μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. ἰδοὺ τοίνυν βλέπομεν τοὺς ἁγίους ὅτι ἕως θανάτου ὑπερηύχοντο τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν.

καὶ γὰρ ἀδικησάντων ἀνθρώπων ὁ ὑπὲρ αὐτῶν εὐχόμενος καταράσσει μὲν δαίμονας, αὐτὸς δὲ βασιλείας οὐρανῶν ἀποδείκνυται κληρονόμος. παρακελεύεται δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων προσεύχεσθαι. τὸ γὰρ εὔχεσθαι ὑπὲρ πάντων σημαίνει, ὅτι οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν δεῖ προσεύχεσθαι. ἐὰν οὖν βουλώμεθα μιμηταὶ τῶν ἁγίων καὶ μαθηταὶ γνήσιοι τοῦ Κυρίου ἀναδειχθῆναι, χρεωστοῦμεν καὶ ἡμεῖς, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν φίλων, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἐχθρῶν προσεύχεσθαι, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔργῳ ἡμῖν τοῦτο ὑπέδειξεν. ἐν μὲν τῷ σταυρῷ ὑπὲρ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν, παρακαλῶν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· πρὸ δὲ τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ μυστικῷ δείπνῳ ὑπὲρ τῶν ἑαυτοῦ φίλων καὶ μαθητῶν. ὑμεῖς γὰρ φίλοι μού ἐστε, φησὶ, καὶ, Οὐκ ἔτι λέγω ὑμᾶς δούλους. ηὔχετο λέγων, πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι. καὶ αὖθις, Οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου. ὁ λόγος ὁ σὸς, ἀλήθειά ἐστιν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A Iure quidem: nam qui pro se afficientibus iniuria quapiam effundit precem, illidit quidem & deturbat Dæmones: se autem hoc ipso opere declarat hæredem esse regni cœlorum: Admonet præterea Apostolus, vt pro omni hominum oremus genere: vtique cùm ait: *Pro omnibus*: per hoc indicat, nos non pro amicis solùm, sed & pro inimicis oportere orare. Itaque si Domini imitatores videri velimus, necesse sit non pro amicis solùm vt oremus, sed & pro inimicis, prouocati Domini exemplo. Ipse enim opere docuit facere hoc nos oportere. Siquidem à cruce dum penderet, Patrem interpellauit pro se crucifigentibus: pro amicis item antequam in crucem surrigeretur: próque discipulis in mystico illo conuiuio orasse legitur. *Vos enim amici mei estis* ait. Et: *Iam non dico vos seruos.* Orabat tum dicens, *Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi.* Rursus, *Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo; sanctifica eos in veritate tua, sermo tuus veritas est.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

1. Tim 2.

B

Ioan. 17.

C

Περὶ τοῦ μὴ ζητεῖν τὰ ἑαυτοῦ.

Λόγος ογ'.

ΩΣΠΕΡ χρεωστοῦμεν ἐκ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ τὸ συγχωρεῖν, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ ἀλλήλων, οὕτως ὀφείλομεν, καὶ τὸ μὴ ζητεῖν τὰ ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ὁμοσώμων ἀδελφῶν· ἵνα μὴ παρέχωμεν ἑαυτοῖς βλάβης ἀφορμήν. λέγει γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Μωσῇ, λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου. τουτέστι, λῦσόν σου τὸ δικαίωμα, τὸ σαρκικὸν φρόνημα τοῦ ἰδίου θελήματος· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστὶν, ἣν κληρονομοῦσιν πρᾳεῖς. καὶ ἡμεῖς οὖν κόψωμεν τὰ θελήματα ἡμῶν τὰ σαρκικὰ, καὶ τῷ τοῦ Θεοῦ κατασχῶμεν, ἵνα μὴ ἐγκληθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ διὰ Ἱερεμίου λέγοντος, ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ἐπορεύθησαν τοῖς θελήμασιν αὐτῶν τοῖς κακοῖς. προσέχωμεν οὖν ἀσφαλῶς, μήποτε ποτίσωμεν τοὺς ἀδελφοὺς ἡμῶν ἀνατροπὴν θολεράν, δι' οἱουδήποτε σκανδάλου. εἰ γὰρ διὰ βρῶμα, φησὶν, ὁ ἀδελφός σου λυπεῖται, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ, ἢ προσκόπτει, οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς· μὴ τῷ βρώματί σου ἐκεῖνον ἀπόλλυε, ὑπὲρ οὗ Χριστὸς ἀπέθανεν. οὕτως δὲ καὶ ἁμαρτάνοντες εἰς τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνομεν. διόπερ εἰ βρῶμα σκανδαλίζει τὸν ἀδελφόν σου,

De non quærendo quæ sua sunt.

Homilia LXXIII.

QVEMADMODVM Dominico mandato vrgemur & mutuas donare offensas & pro inuicem orare, ita nec debemus quæ nostra ipsorum sunt, quærere cupidius, sed quæ fratrum qui eiusdem sunt membra corporis, vt ne nostro vitio vllam adeant occasionem noxæ aut detrimenti. Dixit enim Deus Moysi: *Solue calceamentum pedum tuorum*: hoc est, solue iustificationem tuam, carnalem istam prudentiam ac fastum propriæ voluntatis. *Locus enim in quo tu stas, terra sancta est*, quam vtique sortitò hæreditant mansueti. Nos itaque carnalis istius voluntatis nostræ præcidamus præputium, eam explentes quæ Dei est: ne ab eo excidamus qui per Hieremiam dicit: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis.* Et, *Ambulauerunt post voluntates suas malas.* Magna nobis cautione prouidendum, ne fratres nostros exsatiemus poculo turbulentæ subuersionis, nempe scandali. Si enim propter cibum, ait Paulus, frater tuus contristatur, aut infirmatur, aut offendit, non iam secundùm charitatem ambulas: *Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Sic autem peccantes in conscientiam fratrum infirmam, in Christum peccamus: Ideóque si esca scandalizat fratrem tuum,

D

Exod. 3.

E

Hier. 2.

Rom. 14.

dicamus & nos qui religiosissimus: Non manducabo carnes in æternum, vt ne fratrem meũ scandalizem. Hæc nihil obscurè faciebat (fratres mei) beatus ille fidelis prorsus, Dei & Christi eius amãtissimus, idémque salutis proximorum cupientissimus. Hic ne quis improbo suo exemplo scandalizaretur, irreprehensibilem se per omnia exhibebat, mortem denique oppetiuit. Itaque, fratres, in omnibus voluntati nostræ iniiciamus frenum, proximi causa eam præcidentes: vt ne authores vllius simus scandali aut subuersionis audientibus, atque vitæ istius nostræ institutum explorantibus. Ille perquam beatus qui pietatis tuendæ gratia cuncta veretur ac timet. Scriptura namque habet ac beatus Paulus; Nemo quærat quæ sua sunt, sed quæ proximi. Irreprehensibiles estote (ait) & Iudæis & Græcis & Ecclesiæ Dei, quemadmodum & ego omnibus per omnia placere; non quærens quod mihi ipsi vtile est, sed quæ multorum; vt salui fiant. Et rursus: *Charitas non quærit quæ sua ipsius sunt, non irritatur, omnia suffert, omnia sustinet.* Sed & is infert: *Debemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium sustinere, & non nobis ipsis placere; etenim ipse Christus non sibi ipsi placuit.* Iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Sed & Dominus: *Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, Patris, & perficiam opus eius.* Voluntas autem ipsius est, vt saluem omnem hominem. Rursus: *Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, Patris.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum: Amen.

1. Cor. 10.

1 Cor. 13.

Rom. 15.

2. Cor. 11.

Ioan. 4.

A εἴπωμεν καὶ ἡμεῖς οἱ εὐλαβεῖς, οὐ μὴ φάγω κρέατα εἰς τὸν αἰῶνα, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω· ταῦτα δὲ λέγει, ἤγουν ποιεῖ, ὁ ὄντως πιστὸς, καὶ φιλόθεος, καὶ φιλόχριστος, καὶ φιλόπλουσιος, ὁ κατὰ πάντα ἀπρόσκοπον ἑαυτὸν τηρῶν, ἵνα μὴ δι᾽ αὐτοῦ τις σκανδαλισθεὶς ἀποθάνῃ. κόψωμεν οὖν, ἀδελφοὶ, τὰ θελήματα ἡμῶν, διὰ τὸν πλησίον ἡμῶν ἐν πᾶσι, ἵνα μὴ γενώμεθα αἴτιοι σκανδάλων, καὶ καταστροφῆς τοῖς ἀκούουσιν, καὶ βλέπουσιν τὴν διαγωγὴν ἡμῶν. μακάριος ὃς καταπτήσσει πάντα δι᾽ εὐλάβειαν. γράφει

B δὲ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος, μηδεὶς τὰ ἑαυτοῦ ζητείτω, ἀλλὰ τὰ τοῦ πλησίον ἕκαστος. ἀπρόσκοποι γίνεσθε, φησὶν, καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησιν, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω οὐ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. καὶ πάλιν, ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, οὐ παροξύνεται, πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει. καὶ ἐπιφέρει· ὀφείλομεν δὲ καὶ ἡμεῖς οἱ δυνατοὶ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν, καὶ μὴ ἑαυτοῖς ἀρέσκειν. καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχ ἑαυτῷ ἤρεσεν. καὶ πά-

C λιν, τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; καὶ ὁ Κύριός φησιν, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρὸς, καὶ τελειώσω αὐτοῦ τὸ ἔργον. θέλημα δὲ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐστιν τὸ σωθῆναι πάντα ἄνθρωπον. καὶ πάλιν, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De non concupiscendo.

HOMILIA LXXIV.

Rom. 8. SCRIPTVM est; *Quicunque Spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei:* quòd si filij Dei filias diligunt hominum; hoc est, humani fauoris vel existimationis ducuntur affectibus: cui obscurum sit, talium commistura gigni in posterum gigantes initio statim conditi orbis celebres opinione atque famosos? hoc est, è quibus germen emersit gloriæ inanis, nempe superbia, elatio, inflatio siue fastus, arrogantia siue immodica existimatio sui, iactantia siue gloriatio. A sæculo enim emersit superbia, ac cæteri vitiosi affectus ex ipsa enati sunt. Sed quid Deus? *Non permanebit Spiritus meus in hominibus his in æternum:* quia carnales sunt per prauæ concupiscentiæ corruptelam, quemadmodum & Paulus Galatas coarguens dicit: *Quum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini.* Egregium sanè fuerit, si quidem ab eiusmodi quæ in mundo sunt, concupiscentiis excidemur. Talis enim concupiscentia omnis aduersus spiritum militat:

Gen. 6.

Gal. 3.

Περὶ τοῦ μὴ ἐπιθυμεῖν.

D Λόγος οδ΄.

ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Θεοῦ. ἐὰν οὖν υἱοὶ τοῦ Θεοῦ ἀγαπήσωσι τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τουτέστιν, δόξας ἀνθρωπίνας, ἐκ τούτων λοιπὸν γεννῶνται γίγαντες, οἱ ἀπ᾽ αἰῶνος ὀνομαστοί· τουτέστιν, ἐκ τῆς τοιαύτης δόξης γεννᾶται ὑπερηφανία, ἔπαρσις, φυσίωσις, οἴησις, ὕψος, ἀλαζονία· ἀπ᾽ αἰῶνος γὰρ ἡ ὑπερη-

E φανία καὶ τὰ λοιπὰ πάθη. καὶ λέγει ὁ Θεὸς, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σαρκικοὺς τῶν κακῶν ἐπιθυμιῶν. καθὼς καὶ ὁ Παῦλος λέγει, μεμφόμενος Γαλάταις· πνεύματι ἀρξάμενοι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε. καλὸν οὖν ἐστιν τὸ ἀνακόπτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, ὅτι πᾶσα ἐπιθυμία κατὰ τοῦ πνεύματος στρατεύεται·

ἡ γὰρ φιλήδονος καρδία εἱρκτή, καὶ ἅλυσις τῇ ψυχῇ ἐν καιρῷ ἐξόδου γίνεται· ἡ δὲ φιλόπονος, θύρα ἐστὶν ἀνεῳγμένη. τὸ γὰρ τῆς ἐπιθυμίας πάθος, βλάστημα τῆς ἀργίας ὑπάρχει. ἡ γὰρ ἀργία, ἀπογεννᾷ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὴν ὀκνηρίαν, μᾶλλον δὲ καὶ τὴν ἀνελπιστίαν. Εἰ γὰρ ἐγινώσκομεν ὅτι πάροικοί ἐσμεν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ εἴχομεν τὰ παρόντα φθαρτὰ καὶ παρατρέχοντα ἡμᾶς, χειμάρρου τρόπον, οὐκ ἂν ὠρεγόμεθα τὰ μὴ ἡμέτερα, καὶ ὀλιγοχρόνια, ἀλλ' ἐπεθυμοῦμεν τὰ ὄντως ἡμέτερα, καὶ διαιωνίζοντα, τουτέστι τὸ μετὰ Χριστοῦ εἶναι, καὶ ἀπολαύειν τῆς αὐτοῦ γλυκύτητος καὶ βασιλείας. οἱ γὰρ τὸν αὐτοῦ πόθον ἔχοντες, τὰ τοῦ παρόντος αἰῶνος πάντα, πλοῦτον φημι, καὶ δόξαν, καὶ δυναστείαν, καὶ κάλλη σωμάτων ὡς σκύβαλα ἡγοῦνται. καὶ οὐ δύναται ἐν τινὶ ἀπατῆσαι αὐτοὺς ὁ ἄρχων τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ ἀποστῆσαι τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης. καθὼς καὶ ὁ Σολομών φησιν, ἐπιθυμήσατε σοφίαν, ἵνα εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύσητε. ζητήσατε φρόνησιν, καὶ κατορθώσατε σύνεσιν ἐν γνώσει· καὶ ὅσα ἕτερα τοιαῦτα γέγραπται. τὰ γὰρ αἰσχρὰ πάντα, καὶ ἀλλότρια, ἀπαγορεύει ἐπιθυμεῖν· ὥστε συλλήβδην που, μετὰ πολλῆς διαφορᾶς, μεταξὺ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ πονηροῦ, διακρινοῦσαι. φησὶ γὰρ, ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν· ἔνδυσαι δὲ ἐπιθυμίαν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν· ἐνδεδυσκόμενος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτήν, καθὼς βούλει. ἀγρία γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρά, καὶ δυσκόλως ἡμεροῦται. φοβερωτέρα γάρ ἐστι, καὶ λίαν τῇ ἑαυτῆς ἀγριότητι δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους. ἐν δὲ τῷ λέγειν, ἀγρία ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρά, σημαίνει, ὅτι ἑαυτὴν ἀναφύει ὡς ἀγρία βοτάνη, εἰς ἀγεώργητον χωρίον· ἢ ὡς ἄγριον ζῷον. ἐν ἑαυτῷ νεμόμενον, ἄνευ λογικῆς ἐπιστάσεως. τίς δὲ καὶ ποταπή ἐστιν οὐ μόνον ἡ πονηρία, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ ἐπιθυμία ἐν τῷ καθεξῆς διαλόγῳ, ἀκριβῶς ἐκτίθεται, ἵνα δῆλον, ὅτι ἀποστραφέντες πᾶσαν πονηρὰν ἐπιθυμίαν ἐμπολιτευσώμεθα τῇ ἀγαθῇ καὶ σεμνῇ ἐπιθυμίᾳ. ὅθεν τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν, καλὸν, καὶ πονηρὸν, δεκτικόν ἐστι τοῦ τὸν ἄνθρωπον δεκτικὸν εἶναι γνώσεως καλοῦ καὶ πονηροῦ· διαφορὰν δὲ ἐμφαίνει, οὐχ ἵνα τις ἐν τῷ αὐτῷ τὸ πονηρὸν μετὰ τοῦ καλοῦ ποιῇ, ἀλλ' ἵνα ποιῶν τὸ καλὸν, ἐκκλίνῃ ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, κατὰ τὸν λέγοντα, ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. πρῶτος ὁ νόμος παρακελεύεται, λέγων,

A Cor enim voluptatum affectatoris carcer vtiq; eſt, & catena animę in ipſo exitus articulo: e contrà induſtrio & laboris patiēti, vt libera euolet, aperta eſt ianua. Affectus namque concupiſcētię germen eſt ex otio ſuppullulans. Otiū enim ſuo velut ſemine gignit cōcupiſcentiam, atque animi lentorem, magis verò deſperationem. Si enim recto rationis iudicio perpēderemus, quia ſuper terram inquilini ſumus, & quia celerius emigrandum hinc nobis eſt, cūcta vtique iſtæc temporaria obnoxia corruptioni & quæ nos rapidiſſimi torrentis inſtar prætereūt, neutiquam B tanto expeteremus ſtudio, quippe quæ noſtra non ſunt ac vix tantillo durāt tempore. Quare ſinum noſtræ cōcupiſcentiæ fuſiſſimè laxemus ad ea quæ verè noſtra ſunt, & quæ perennabūt nobiſcū: nimirum vt ſimus cum Chriſto, vt eius incogitabili dulcedine atque regno mereamur perfrui. Nā qui tales, pręſentis iſtius ſæculi omnia, diuitias dico, gloriam, præfecturam, decoram atque amabilem corporis elegantiā, vt fœdiſſima ſtercora deputanr, iſtis nulla in re imponere queat princeps huius ſæculi, vt à rectitudine deflectant, aut auocare à charitate Chriſti, aſtruente hoc Salomone, *Cōcupiſcite (ait) ſapien-* C *tiam, vt in æternum regnetis*. Et: *Quærite prudentiam, & proficite in ſcientiæ intelligentia*, & alia id genus nō pauca ſcripta ſunt. Ab omnibus enim ſcripturæ nobis interdicunt, quę ſunt per ſe obſcœna & ab honeſtate aliena; ita vt veluti in vnū faſcem confertim, vbi multa contentione differentiā explicauit bonæ malæque concupiſcentiæ, ſubuectat: *Aufer à te ipſo omnem concupiſcentiam malā, induere verò eam quæ bona eſt & pudica.* Hac ſiquidem redimitus veſte concupiſcentię, facilè illam execrabere atq; infenſè oderis quæ improba eſt & vitioſa, próq; animi tui ſententia quaſi iniecto in os freno moderabere. Eſt enim D iſthæc maligna concupiſcentia mirè agreſtis ac præferox: nec citra negotiū cicuratur aut manſuefit. Supra modū enim formidabilis eſt, quādoquidem cunctos prope abſumit ac deuorat. Per id quod dicit, *Agreſtis eſt concupiſcentia mala*, inſinuat talē ſuapte genio emergere, ceu aſſolet emicare herba agreſtis in agro minimè proſciſſo & inarato, aut certè ceu animal naturæ agreſtis, quod ſe in agris exſatiat paſcuo gramine citra moderationē rationis. Quæ tandē maligna hæc eſt & qualis cōcupiſcentia? Cęterū vtriuſq; indoles bonę iuxta ac vitioſę, ſermone proximo explicatur eò exactiùs, vt vtriuſq; diſcrimine lucidiùs explicato, aduerſati eā omnē quæ vitioſa eſt, vitam noſtrā inſtituamus ad præſcriptum canonē illius quę bona eſt & per ſe honeſta. Vnde & lignū illud ſcientiæ ad infuſionē pertinens cognitionis, capax eſt & boni & mali; & hominē indicat capacē eſſe cognitionis & boni & mali. Diſcrimē verò vtriuſque explicat preſſiùs, non eò vt quis malū cū bono promiſcuè operetur; quin magis, vt faciēs quod bonum eſt, declinet à malo, iuxta ſententiam dicentis, *Declina à malo & fac bonū.* Sed & primaria illa lex edicto cauet.

Otium parens cōcupiſcentiæ, acedia ac deſperationis.

Sap. 6.

Exod. 20. Nequid eorum concupiscas quæ sunt proximi tui. 3. Reg. 21. Et quidem Achas mandatum hoc transgressus, vineam Nabuthæ concupiuit, sed & iustum dedidit neci: sibi autem ac domui suæ extremam inuexit cladem æternæ perditionis. Num. 11. Concupiuit proinde populus concupiscentiam in deserto, quapropter illic prociderunt membra illorum. Prou. 21. Dicit & Parœmiastes: *Otiosus omnis in concupiscentia erit, manus autem fortium in diligentia.* Rursus: Vana occupatio mentem perscrutatur & explorat non malum. Itémque: *Impius tota die concupiscit concupiscentias non bonas, iustus autem misericors & miserator, nec parcè.* Et inducit: Prou. 6. *Ne te vicerit pulchritudinis concupiscentia, neque irretiaris tuis palpebris.* Job 31. Inculpatus quoque nec vlli obnoxius reprehensioni Iob, qui & pulchrè affectum hunc concupiscentiæ protriuerat, dicit: *Si oculum meum secutum est cor meum,* &c. 1. Pet. 2. Apostolus item Petrus: *Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam.* Col. 3. Eòdem contendit Paulus *Mortificate itaque membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, concupiscentiam malam: non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: non igitur regnet peccatum in vestro mortali corpore, in hoc vt obediatis concupiscentijs eius, sed induimini Dominum nostrum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis* Ephes. 2. Rursus: *In quibus omnes nos conuersati sumus aliquando in concupiscentiis cordium nostrorum, facientes voluntates carnis & cogitationum nostrarum.* Quisquis igitur cupit concupiscentiam fugere, totius corruptelæ artificem, quæ hominem rectà transmittit in penitissimam abyssum inferni; is sibi studiosè parat Dei timorem. Psal. 18. *Timor* enim *Domini sanctus permanens in sæculum sæculi*, ait Dauid. Rursus idem: Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas.* Qui enim iugiter ob oculos mentis ponit & obuersat impendentem mortem, ignem illum æternum, insomnem nec vnquam interquiescentem vermem, illas exteriores tenebras, fletum ac stridorem dentium, dedecus quoque illud ignominiæ perquam plenum quo aspergendi sunt reprobi, ante formidabile Christi tribunal, inque conspectu & Angelorum hominum constituti, nullo negotio is interpolat ac prorsus dissoluit quantamlibet lenocinantem illecebram voluptatis, omnem denique concupiscentiam qua oppugnatur, in amorem transcribit Dei. *Remedium contra voluptarias cogitationes.* Labores igitur capessamus & corporis & spiritus, & in articulo suscepti laboris secedit concupiscentia. Pigrum enim ac socordem concupiscentia occidit: non enim volunt manus eius quicquam operari. Matth. 5. Dominus animarum amantissimus ait: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te: melius enim tibi est,*

A οὐκ ἐπιθυμήσεις ὅσα τοῦ πλησίον σού ἐστιν. ὁ δὲ Ἀχαὰβ παραβὰς τὴν ἐντολὴν ταύτην, ἐπεθύμησε τὸν ἀμπελῶνα Ναβουθέ· καὶ τὸν μὲν δίκαιον, ἀπέκτεινεν. ἑαυτῷ δὲ καὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἀπήνεγκεν ὄλεθρον ἀπωλείας αἰώνιον. ἐπεθύμησε δὲ καὶ ὁ λαὸς ἐπιθυμίαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐκεῖ ἔπεσον τὰ κῶλα αὐτῶν. λέγει δὲ καὶ ὁ παροιμιαστὴς, πᾶς ἀεργὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ ἐστί. χεῖρες δὲ ἀνδρείων, ἐν ἐπιμελείᾳ. καὶ πάλιν, ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας, μεταλλεύει νοῦν ἄκακον· καὶ B πάλιν, ἀσεβὴς ὅλην τὴν ἡμέραν ἐπιθυμεῖ ἐπιθυμίας κακάς. ὁ δὲ δίκαιος, ἐλεεῖ, καὶ οἰκτείρει ἀφειδῶς. καὶ ἐπάγει, μή σε νικήσῃ κάλλος ἐπιθυμίας, μηδὲ ἀγρευθῇς σοῖς ὀφθαλμοῖς. ὁ δὲ ἄμεμπτος Ἰὼβ, πατήσας τὸ πάθος τῆς ἐπιθυμίας, λέγει· εἰ δὲ καὶ τῷ ὀφθαλμῷ μου ἐπηκολούθησεν ἡ καρδία μου, τὰ δέ μοι σκυθρωπὰ συμβαίη. φησὶ καὶ ὁ ἀπόστολος Πέτρος, ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ, ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους ἀπέχεσθαι τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ C τῆς ψυχῆς. καὶ ὁ Παῦλος, νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακήν. οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐπὶ ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι εἰς τὸ ὑπακούειν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. καὶ αὖθις, ἐν οἷς πάντες, φησὶν, ἡμεῖς ἀνεστράφημέν ποτε ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν D ἡμῶν, ποιοῦντες τὰ θελήματα τῶν καρδιῶν καὶ τῶν διανοιῶν ἡμῶν. ὁ οὖν θέλων ἐκφυγεῖν τὴν φθοροποιὸν ταύτην ἐπιθυμίαν, τὴν κατάγουσαν τὸν ἄνθρωπον εἰς πυθμένα ᾅδου, τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ κτησάσθω. ὁ φόβος γὰρ, φησὶ, Κυρίου ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος. καὶ πάλιν, καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ὁ γὰρ ἐνθυμούμενος ἀεὶ τὸν θάνατον, καὶ τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀκοίμητον, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὸν κλαυθμὸν, καὶ βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὴν αἰσχύνην ἐκείνην, τὴν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων, E διαλύει μὲν τὸ λίαν τῆς ἡδονῆς, πᾶσαν δὲ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτοῦ εἰς Θεὸν μετατίθησι. ἐφαψώμεθα οὖν, ἀγαπητοὶ, τῶν σωματικῶν καὶ πνευματικῶν κόπων, καὶ ἡ ἐπιθυμία ὑποχωρεῖ. ἐπιθυμίαι γὰρ ὀκνηρὸν ἀποκτείνουσιν. οὐ γὰρ προαιροῦνται αἱ χεῖρες αὐτοῦ ποιεῖν τι. ὁ δὲ φιλόψυχος Κύριός φησιν, ἐὰν ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε ἀπὸ σοῦ. συμφέρει γάρ σοι,

vt

ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμά σου βληθῇ εἰς τὴν γέενναν [τοῦ πυρός. ῥυσθείημεν χάριτι Χριστοῦ Κυρίου ἡμῶν.] αὐτῷ ἡ δόξα [τῷ ἀγαθῷ Θεῷ] εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ δικαιοκρισίας.
Λόγος οε'.

ΟΙ βουλόμενοι δικαίως κρίνειν, πρῶτα μὲν αἰτήσονται παρὰ τοῦ Θεοῦ σοφίαν καὶ σύνεσιν, κατὰ τὸν Σολομῶντα, ταύτην μόνην καὶ πρώτην αἰτήσει παρακαλέσαντα δοθῆναι αὐτῷ· ὃς οὐ μόνον λαβόντος τὴν χάριν, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεθέντος παρὰ Θεοῦ, ὡς καλῶς αἰτήσαντος. ἔπειτα δὲ τὸν οἶνον παραιτήσονται. φησὶ γὰρ ἡ θεία γραφή, ἄνοιγε σὸν στόμα λόγῳ Θεοῦ, καὶ κρῖναι πάντα ὑγιῶς. καὶ αὖθις· οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν, οἶνον μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας, καὶ ὀρθὰ κρῖναι οὐ δυνῶνται τοῖς ἀσθενέσιν. καὶ ὅταν τις λῦσαι θέλῃ πρᾶγμα συμπεπλεγμένον, ζήτησον περὶ αὐτοῦ, πρῶτον τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον, καὶ εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν λύσιν ἐπωφελῆ. πρῶτος ὁ νόμος ἐντέλλεται λέγων, οὐ ποιήσετε ἄδικον ἐν κρίσει· καὶ οὐ προστεθήσῃ μετὰ πλήθους ἐκκλῖναι κρίσιν. καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει· καὶ οὐ διαστρέψεις κρίσιν πένητος· οὐ λήψῃ πρόσωπον πτωχοῦ, οὐδὲ θαυμάσεις πρόσωπον δυνάστου· ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖς τὸν πλησίον σου· καὶ οἱ κριταί σου κρίσιν δικαίαν κρινοῦσιν, καὶ οὐκ ἐπιγνώσονται πρόσωπον, οὐ λήψονται δῶρα. τὰ γὰρ δῶρα ἐξαίρει λόγους δικαίων· καὶ δίκαιος τὸ δίκαιον διώξει. καὶ ὁ Ἱερεμίας, ποιήσατε κρίμα καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐξαιρεῖσθε διηρπασμένον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος. καὶ ἄλλος, ἐν ἄλλοις, ὃς δίκαιον κρινεῖ τὸν ἄδικον, ἄδικον δὲ τὸν δίκαιον, καὶ ἀμφότεροι βδελυκτοὶ παρὰ Κυρίου· ὁ δὲ ζητῶν τὸν Κύριον, εὑρήσει γνῶσιν μετὰ δικαιοσύνης. καὶ πάλιν, καρδία ἀνδρὸς λογιζέσθω δίκαια, ἵνα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διορθωθῇ τὰ διαβήματα αὐτοῦ· καὶ ὁ παροιμιαστής, ἐπίσταται ὁ δίκαιος κρίνειν πενιχροῖς· ὁ δὲ ἀσεβὴς οὐ νοήσει γνῶσιν. καὶ πάλιν, ἀνὴρ φρόνιμος κατευθύνων πορεύεται· καὶ ἀρχὴ ὁδοῦ ἀγαθῆς, τὸ ποιεῖν δίκαια. καὶ ὁ Ἰώβ· δικαιοσύνην, φησίν, ἐνδεδύκειν, ἠμφιασάμην δὲ κρίμα, ἴσα διπλοΐδι. καὶ αὖθις, εἰ ἐξέκλινεν ὁ πούς μου ἐκ τῆς ὁδοῦ· εἰ δὲ καὶ ἐφαύλισα κρίμα θεράποντός μου. καὶ ταῦτα μὲν περὶ δικαιοκρισίας. καλὸν δὲ ἐπιμνησθῆναι καὶ τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν τὸ φάσκον, τολμᾷ τις ὑμῶν πρᾶγμα ἔχων πρὸς τὸν ἕτερον, κρίνεσθαι ἐπὶ τῶν ἀδίκων, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἁγίων; καὶ ἐπάγει, ἤδη μὲν οὖν ὅλως ἥττημα ὑμῖν ἐστιν, ὅτι κρίματα ἔχετε μεθ' ἑαυτῶν· διατί οὐχὶ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε;

A *vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus proijciatur in gehennam.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

De iusto iudicio.

HOMILIA LXXV.

QVI rectitudinem seruare cupiunt iudicij, primùm quidem postulent à Deo, sibi prærogari sapientiam atque intellectum, Salomonis exemplum secuti: hanc B quippe vnam, & primam, & solam postulationem dati obsecrauit. Neque tamen solam hanc accepit gratiam, sed & Dei præconio promeruit laudari, quòd rectè postulasset. Deinde vinum vitent: ait enim Scriptura: *Aperi os tuum sermoni Dei, & rectè cuncta decerne.* Rursus: *Potentes facilè incandescunt; vinum itaque ne bibant, ne obliuiscantur sapientiæ, ne rectè iudicare possint in causa debilium.* Prou.31. Si quando quid perplexum & explicatu difficile occurrerit, quod cupies dissoluere, à Deo quære primùm quid illi C acceptum sit & gratiosum: mox eius solutionem nanciscère accommodam ac perutilem. Et quidem primaria lex iubet, dicens: *Non facies quod iniustum est in iudicio, nec adijcies vt cum multitudine declines iudicium.* Exod.23. Et: *Non peruertet iudicium pauperis, non accipiet personam pauperis, neque reuereberis vultum potentis: In iustitia iudicabis proximum tuum.* Et: *Iudices tui iudicium iustum iudicabunt, neque agnoscent personam, non accipient munera: etenim* D *munera auferunt verba iustorum.* Iustus quod iustum est persequitur. Et Hieremias: *Facite iudicium & iustitiam, eripite eum qui patitur rapinam de manu oppressoris.* Hier.22. Alioqui tam qui iustum decernit esse iniustum, quàm qui iniustum iudicat esse iustum, vterque apud Dominum execrabilis. Qui quærit Dominum, inueniet scientiam cum iustitia. Rursus: *Cor viri cogitet iusta, vt à Deo dirigantur gressus eius.* Prou.21. Et Parœmiastes: *Nouit Dominus iudicare pauperculos, impius autem non intelliget scientiam.* Iterum: *Vir pru-* E *dens, via rectâ ingreditur: & principium viæ bonæ, facere quæ iusta sunt.* Iob item: *Iustitia indutus sum: vestitus autem sum iudicium, quasi diploidem.* Iob 30. & 31. Rursus: *Si declinauit pes meus de via, si contempsi iudicium famuli tui.* Et hæc quidem de iudicij æquitate. Non inconcinnum alioqui fuerit meminisse Apostolicæ sententiæ, quæ dicit: *Audet aliquis vestrûm negotium habens aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non magis apud sanctos?* Inducit: *Iam enim omnino delictum in vobis est*, quia iudicium habetis inter vosmet

quare non magis fraudem patimini? sed vos iniuream facitis, & hoc fratribus? an nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Atqui nemo existimet nostrûm de iusto iudicio sermonem solis iis competere qui de communibus negotiis lites dirempturi sententiam ferunt, atque hinc supinus obdormiscat, desertens interim ac securus curę omnis: Omnibus enim ex ęquo viuificator ille Spiritus hoc præscribit mandatum. Ait enim is, per os Dauid: *Erudimini omnes, qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore, apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Rursus: *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.* Et: *Si verè vtique iustitiam loquimini, rectè iudicate filij hominum.* Si verè, vtique non commentitiè ac mendaciter, neque per hypocrisin. Dixeris: quid igitur ad me istud attinet mandatum, cui nulla concedita functio iudiciariç potestatis, qui nihil minus quàm iudicem profiteor? Huic responderim, Deus qui hominem condidit, fecit eum suæ esse spontis ac liberi arbitrij: capacem præterea propositi alterutrius; aut virtutis aut vitij. Cúmque in faciem hominis inspirans, multiplicem sensum inseuisset, perinde atque in agello quopiam, explessétque satellitum ordinem: in horum medio iussit mentem residere primariam atque sensuum moderatricem, ceu regem stipatum satellitio milite, regem planè, ex conditione bonum ac iustum. Penes eum igitur omnino est iudicandi libertas, quo discetniculo virtus à vitio distinguatur, puta temperantia ab effreni libidine, ingluuies ab exercitio abstinentiæ, ira à mansuetudine, inanis gloriæ sitis ab humilitate: Virtus denique omnis vitium habet cui reluctetur, quo cum iudicium exerceat. Mens igitur si malitiam condemnet, ferat autem pro virtute sententiam, rectè iudicauit, fecitque iudicium & iustitiam. Quòd si per immoderatam sumptionem vini seipsam fugerit ac nescierit, prolapsa iam est à rectitudine iudicij, vt ille olim Ochozias, ac miserè ægrotat ægrotatione ad mortem: hoc est, desciuit à iusto rationis iudicio, vltróque malitiæ cessit palmaris victoriæ tesseram, ac se æternæ morti addixit. Hæc Dominus suo astruit testimonio, dicens: *Cur autem à vobis ipsis non iudicatur quod iustum est?* Quando vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab eo, nequando trahat te ad iudicem, & iudex tradat te tortori, & tortor mittat te in carcerem: Amen amen dico tibi, non exibis illinc donec reddideris nouissimum quadrantem. Ipsi gloria soli iusto iudici Christo in sæcula. Amen.

Psalm. 2.

Primata, mentis, iudicandi potestas.

4. Reg. 1.

Matth. 5.

A διὰ τί οὐχὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε, καὶ τοῦτο ἀδελφούς. ἢ οὐκ οἴδατε, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν; ἀλλὰ μηδεὶς οἰέσθω μόνοις τοῖς τὰ κοινὰ πράγματα δικάζουσιν ἁρμόζειν τὸν περὶ τῆς δικαιοκρισίας νόμον, καὶ ὑπτίως κείσθω ῥέγχων ἀμερίμνως. πᾶσι γὰρ ἐξ ἴσου τὸ ζωοποιὸν πνεῦμα ἐγκελεύεται τὴν ἐντολὴν ταύτην. φησὶ γὰρ καὶ διὰ τοῦ Δαβίδ, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν, δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ· πᾶς ἄνθρωπος δράξασθε παιδείας μήποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπο-

B λεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. καὶ πάλιν, μακάριοι οἱ φυλάσσοντες κρίσιν, καὶ ποιοῦντες δικαιοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ. καὶ εἰ ἀληθῶς ἄρα δικαιοσύνην λαλεῖτε, εὐθεῖα κρίνατε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. εἰ ἀληθῶς ἄρα, καὶ μὴ ψευδῶς, μηδὲ καθ' ὑπόκρισιν. τί οὖν, φησίν, πρός με, τὸν μὴ ἐμπεπιστευμένον δικαστικὴν ἀρχήν; τὸ παράγγελμα τοῦτο ἐγὼ σοὶ ἐρῶ. ὁ Θεὸς ὁ κτίσας τὸν ἄνθρωπον, αὐτεξούσιον αὐτὸν ἐποίησεν, δεκτικὸν προσβολῆς, ἀρετῆς καὶ κακίας. φυτεύσας δὲ τὰς πλείους αἰσθήσεις, ὥσπερ ἐν μικρῷ τινι χω-

C ρίῳ, τὴν ὅλην δορυφόρων τάξιν ἐκπληρούσας, ἐνθρονίζει αὐταῖς, ὥσπερ βασιλέα ἀγαθόν, καὶ δίκαιον, τὸν ἡγεμόνα νοῦν. κρίνεται οὖν πάντως ἀρετὴ καὶ κακία, τουτέστι, σωφροσύνη, καὶ ἀκολασία, γαστριμαργία, καὶ ἄσκησις, θυμὸς, καὶ πρᾳότης, κενοδοξία, καὶ ταπεινοφροσύνη· καὶ ἁπλῶς πᾶσα ἀρετὴ δίκην ἔχει πρὸς τὴν ἀντιδιαστελλομένην αὐτῇ κακίαν. ἐὰν οὖν ὁ νοῦς κατακρίνῃ τὴν κακίαν, δικαιώσῃ δὲ τὴν ἀρετήν, εὐθεῖα ἔκρινεν, καὶ ἐφύλαξεν κρίμα καὶ δικαιοσύνην. εἰ δὲ ἐκ πολυποσίας

D ἐπιλάθηται ἑαυτοῦ, πίπτει ἐκ τοῦ δικαίου, ὡς Ὀχοζίας, καὶ ἀρρωστεῖ ἀρρωστίαν πρὸς θάνατον, τουτέστιν ἀπόλλει τὴν διάκρισιν, καὶ δίδωσιν τὴν νικῶσαν ψῆφον τῇ κακίᾳ, καὶ ἀποθνήσκει τὸν αἰώνιον θάνατον. τούτοις δὲ ἐπιμαρτυρεῖ καὶ ὁ Κύριος, λέγων, τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα, ἐν τῇ ὁδῷ δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ, μήποτε κατασύρῃ σε πρὸς τὸν κριτήν, καὶ ὁ κριτὴς παρα-

E δώσῃ σε τῷ πράκτορι· καὶ ὁ πράκτωρ βάλῃ σε εἰς φυλακήν. ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, οὐ μὴ ἐξέλθῃς ἐκεῖθεν ἕως οὗ ἀποδῷς τὸν ἔσχατον κοδράντην. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ μόνῳ δικαιοκρίτῃ Χριστῷ εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A

Περὶ δικαιομετρείας.

Λόγος ος'.

καὶ ἐὰν * κραταιωθῇ ὁ εἷς, οἱ δύο στήσονται κατέναντι αὐτοῦ· καὶ τὸ σπαρτίον τὸ ἔντριτον οὐ ταχέως ἀπορραγήσεται. καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων γέγραπται, ὅτι πάντες οἱ πιστεύσαντες, ἦσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, καὶ εἶχον ἅπαντα κοινά· καὶ μετ' ὀλίγον, τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευόντων ἦν ἡ ψυχὴ, καὶ ἡ καρδία μία, καὶ οὐδεὶς τι τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ ἔλεγεν ἴδιον εἶναι, ἀλλ' ἦν αὐτοῖς ἅπαντα κοινά. μακάριος οὖν ἐστιν ὁ μοναχὸς ὁ πάντας ἀνθρώπους ὡς Θεὸν μετὰ Θεὸν ἡγούμενος· μακάριός ἐστιν μοναχὸς ὁ τὴν ἁπάντων σωτηρίαν καὶ προκοπὴν, ὡς οἰκείαν μετὰ πάσης χαρᾶς ἡδέως ὁρῶν. μοναχός ἐστιν, ὁ ἑαυτὸν μετὰ πάντων ἡγούμενος· διὰ τὸ ἐν ἑκάστῳ ἑαυτὸν ἀπαραλείπτως δοκεῖν καθορᾶν. καὶ ὁ ἀπόστολος δέ φησι· καθάπερ ἐν ἑνὶ σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα, οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν· οὕτως καὶ οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, τὸ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη. καὶ ἐπάγει, ἀλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασεν τὸ σῶμα, τῷ ὑστερουμένῳ περισσοτέραν δοὺς τιμὴν, ἵνα μὴ ᾖ σχίσματα ἐν τῷ σώματι, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων τὰ μέλη μεριμνῶσι. διὰ τοῦτο ὀφείλομεν ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζειν, καὶ εἶναι πάντες ὁμόφρονες, ὁμόψυχοι, εὔσπλαγχνοι, ταπεινόφρονες, πάντα ποιοῦντες ἐν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ οὕτως τὸν Θεὸν πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπασώμεθα, καὶ εὐπρόσδεκτος γένηται ἡ προσευχὴ ἡμῶν. λέγει γὰρ ὁ Κύριος, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν δύο ἐξ ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆς γῆς περὶ παντὸς πράγματος, οὗ ἐὰν αἰτήσονται, γενήσεται αὐτοῖς παρὰ τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. οὗ γάρ εἰσιν συνηγμένοι δύο ἢ τρεῖς εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A Et: *Si vnus impegerit, duo consistent aduersus eum. Funiculus triplex non citò rumpetur.* Sed in Actibus Apostolorum scriptum est, quia *quotquot crediderant, erant in vnum, & habebant omnia communia.* Aliquanto post: *Multitudinis eorum qui crediderant, erat cor vnum & anima vna: & nemo quidquam eorum quæ possidebat, dicebat esse suum, sed erant illis omnia communia.* Beatus igitur is monachus, qui quod ad Deum pertinet, cæteros omneis admirationi ducit & honori, idque post Deum. Beatus planè monachus, qui in genere omnium B salutem & promotionem peræquè ac propriam, omni cum gaudio & animi iucunditate peruidet. Monachus est, qui vnum se esse inter cæteros deputat, per hoc quòd credit impræter missè seipsum contueri in vnoquoque fratrum. Apostolus: *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita & multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Inducit: *Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuens honorem, vt non sit schisma in corpore,* C *sed in idipsum pro inuicem sollicita sint membra.* Ob id debemus mutuò præstare operam in subleuandis aliorum oneribus, & concordibus animis eadem sentire, ac pia erga alios gestare viscera, modestè ac humiliter de nobis sentire, nihil non designantes operis in charitate, quò vel his operibus promereamur nobis ipsis Dei gratiam adsciscere & conciliare fauorem, vt in illius oculis acceptabilis fiat nostra deprecatio. Dicit enim ipse Dominus: *Amen dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de quacunque re quam* D *postulauerint, fiet eis à patre meo qui est in cælis: Vbi enim sunt congregati duo vel tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Ipsi gloria & potestas in sæcula. Amen.

Pro κραταιωθῇ Aldinum exemplar habet ἐπικραταιωθῇ, victus fuerit.

Eccl.4.

Hac mentem reddunt Authoris, non sic verba. corruptus enim locus est.

Act.4.

Rom.12.

Matth.18.

Περὶ λογισμῶν.

Λόγος πα'.

ΦΗΣΙΝ ἡ γραφή· Νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκε· βοήθειαν δηλαδὴ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς γεωργίαν· ὡς γεωργὸς πρὸς τὸ καθαίρειν τὸ φυτὸν τῷ σιδήρῳ· ἀπὸ μὲν σαρκὸς ἀποβάλλειν ὅτε διοχλοῦσιν αἱ φυσικαὶ πρὸς ἡδονὴν ἐπιθυμίαι· ἀπὸ δὲ ψυχῆς ὁμοίως τοὺς ταράττοντας αὐτὴν ἀηδεῖς λογισμούς,

De Cogitationibus.

HOMILIA LXXXI.

E DICIT Scriptura: *Legem in adiutorium dedit.* Adiutorium, ipsi videlicet hominum naturæ: quo homo subnixus, perinde atque agricola ferro assolet plantam perpurgare, ita agricolationem strenuè exerceret virtutis. A carne quidem, vt à te repellas ac profliges, cùm perstrepunt atque obturbant ventosæ illæ fastus ampullæ, & ad obscœnam voluptatem proliciunt irritatrices concupiscentiæ: ab anima verò consimiliter: quæcunque cogitationes per infirmitatem ipsi animæ turbulentam conciunt intemperiem, vt primùm sentis obrepere, prouideto, vt à te quàm citissimè submoueas,

Tentatur homo, vel à carnis infirmitate, vel à dæmonum malignitate.

1.Tim.2.

2.Cor.10.

Turpes cogitationes, orationis tempore in primis sunt reyciendæ.

Consensus sequitur diuturniores cogitationes.

Cogitationes sunt radices peccatorum.

Ps.33.17.

Psal.13.6.9.

Cogitationum tria sunt genera.

*Ambitiosus honos, & opes, & fœda voluptas: * Hæc tria pro trino numine mũdus habet. Bapt. Mant.*

Matth.4.

Cogitationes statim initio sunt profligandæ.

siue ad ea illectent quæ studium carnis perscolendæ resipiunt, siue inclinent te ad isthæc temporaria ac terrena. Et quidem ad eum modum afficimur partim conditione naturæ fragilioris, partim item eò nos promouet & instigat malignorum Spirituum insidiosa suggestio, qui naturam ipsam sua malignitate quasi destagnantibus vndis tantumnon obruunt, vt & doctrice experientia perspicué nouimus. In hoc igitur data lex est, ne velut per oscitantiam agricolæ, planta, alioqui vtilis, nullum adferens fructum, obsolescat squalore. Dicit autem & Apostolus: *Volo viros orare in omni loco, leuantes sanctas manus sine ira & disceptationibus cogitationum.* Iterum: *Consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei.* Hic itaque vnicus Apostolo fuit scopus, nos vt redderet putos obscœnarum & turpium cogitationum, maximè cùm sistimur offerendæ Deo orationi. Inter enim graueolentiam & suauem fragrantiam nulla intercedit consensio, neque quicquam conuenit ori putido ac fœtulento, cum vnguento suauiter spirante. Qui se sinit cogitationum turbellis abstrahi, ab eis vtique excæcatur. Vbi enim imagines cogitationum hærent diutiùs, ibi & consensio gignitur. Sanè primus ille assultus profligandus venit semper & prosternendus, ac disperdendæ cogitationes, de terra, quæ radices sunt peccatorum: è terra (inquam) quæ est cor nostrum, iuxta Dominicum sermonem. Dúmque infantiles adhuc ac tenelli filij Babylonis (improbæ nimirum cogitationes) offerunt se menti, allidendæ sunt solo, conterendæque ad petram quæ est Christus. Tres omnium maximè generales cogitationes incentore diabolo aduersum nos promotæ in vestigio eliminandæ sunt cordis aditu. Harum malignitate nitens nostræ salutis æmulus Dæmon, & bellum nobis indicit, & eas clam instillat ac suggerit. Tres dixerim, ventris ingluuiem, studium congerendæ pecuniæ, & ambitionem gloriæ inanis. Per has & ipsum Dominum nostrum Iesum Christum ac Saluatorem, (cùm integro ætatis flore adoleuisset) aggressus est, omni genere tentationum vt tentaret: vnde & victus reiectus est. Hinc nos suo docuit Dominus exemplo, qua arte illius impuri insidiosæ omnes pedicæ inefficaces reddi debeant, nempe ieiuniis & orationibus. Omni enim conatu leo hic dolosus nobis apparat ac molitur insidias, desidens in spelunca sua. Clam enim concinnat hic malorum incentor pedicas nobis, ac retia obscœnarum cogitationum, & quæ nos à pietate auocent. Atqui, ceu dictum iam est, multiuariæ eiusmodi cogitationes, nulla mora, sed ipso statim aditu profligandæ sunt ac declinandæ studio piæ contradictionis atque orationis. Hæ maximè præuertendæ veniunt, quæ mentem defœdant ac veluti prostituunt, vt ne inquinent sanctitatem loci, neu hominem Dei profanent & contaminent.

A ἢ τὰ σαρκὸς φρονοῦντας, ἢ τὰ πρόσκαιρα καὶ γήινα προσκλίνοντας, καὶ ἐκ φύσεως οὕτως ὁρμώντων, καὶ ἐξ ὑποβολῆς δὲ πονηρῶν πνευμάτων ἐπικλυζόντων τὴν φύσιν, ὡς ἡ πεῖρα οἶδε. καὶ διὰ τοῦτο διδομένου νόμου, ἵνα μὴ ὡς ἀμελοῦντος γεωργοῦ χερσωθῇ τὸ φυτὸν τὸ ἐπιτήδειον μὴ φέρον καρπόν. λέγει δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐν παντὶ τόπῳ ἐπαίροντας ὁσίας χεῖρας χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμῶν. καὶ πάλιν, λογισμοὺς B καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. σκοπὸς οὖν ἐστὶ τῷ ἀποστόλῳ καθαροὺς ἡμᾶς εἶναι ἀπὸ λογισμῶν ἀκαθάρτων, μάλιστα, ὅταν τῷ Θεῷ προσευχὴν παριστάμεθα· οὐ γὰρ συμφωνεῖ δυσωδία εὐωδίᾳ, οὐδὲ δυσοσμία τῷ μύρῳ. ὁ γὰρ λογισμοῖς συναπαγόμενος ἐκτυφλοῦται ὑπ' αὐτῶν. ὅπου γὰρ εἰκόνες λογισμῶν, ἐκεῖ καὶ συγκατάθεσις γίνεται. χρὴ οὖν τὴν πρώτην προσβολὴν ἀεὶ ἀνατρέπειν, καὶ ἐξολοθρεύειν τοὺς ἁμαρτωλοὺς λογισμοὺς ἐκ τῆς C γῆς, ἥτις ἐστὶν ἡ καρδία ἡμῶν κατὰ τὸν λόγον τοῦ Κυρίου. καὶ ὡς ἔτι εἰσὶ νήπιοι οἱ Βαβυλώνιοι, τουτέστιν οἱ πονηροὶ λογισμοὶ, ἐδαφίζειν τούτους καὶ συντρίβειν πρὸς τὴν πέτραν, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. μάλιστα τοὺς τρεῖς γενικωτάτους καθ' ἡμῶν λογισμοὺς τοῦ διαβόλου· δι' ὧν καὶ πολεμεῖ ὁ φθονερὸς δαίμων, καὶ ὑποβάλλει ἡμῖν· τὸν τῆς γαστριμαργίας φημὶ καὶ φιλαργυρίας, καὶ κενοδοξίας· δι' ὧν καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Σωτῆρα, ἐν τῷ τε- D λέσαι αὐτὸν, πάντα πειρασμὸν ἐπεχείρησε πειράσαι, ὅθεν καὶ ἡττημένος ἀπεκρούσθη. ὑπόδειγμα ἡμῖν ὁ Κύριος εἰς πάντα γενόμενος, τουτέστι τοῦ διὰ νηστειῶν καὶ διὰ προσευχῶν τούτων ἄπρακτον καθιστᾶν. ἐνεδρεύει γὰρ ὁ δόλιος ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ κρύπτων ἡμῖν παγίδας, καὶ δίκτυα λογισμῶν ἀκαθάρτων καὶ ἀσεβῶν. χρὴ οὖν τοὺς πολυμόρφους λογισμοὺς, ὡς εἴρηται, συντόμως παραποκλίνειν δι' εὐσεβοῦς ἀντιλογίας καὶ προσευχῆς, καὶ μάλι- E στα τοὺς κοινοῦντας, ἵνα μὴ κοινώσωσι τὸν ἅγιον τόπον, καὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ βεβηλώσωσι.

μετὰ πάσης οὖν φόβου ὀφείλομεν τὰς λειτουργίας ἐκτελεῖν τῷ Θεῷ, μήποτε εὑρεθῶμεν τοῖς μὲν χείλεσι τῷ Θεῷ προσδιαλεγόμενοι, τῇ δὲ καρδίᾳ αἰχμάλωτοι εἰς Βαβυλῶνα ἀκάθαρτα τρώγοντες· καὶ ἀκούσωμεν, ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. ἀγῶνος οὖν χρεία, ἀγαπητοὶ, καὶ νήψεως πολλῆς, ἵνα συμφωνῇ ὁ νοῦς σὺν τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς χείλεσιν ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ, ἵνα μὴ παροργίσωμεν τὸν Κύριον ἀντὶ τοῦ θεραπεῦσαι αὐτὸν, ἐν τῇ προσευχῇ μίσγοντες ἐν τῷ θυμιάματι κνίσσαν κακίας· καὶ εὑρεθῇ ἡ θυσία τῆς προσευχῆς ἡμῶν ἐπίμωμος ὡς ἡ τοῦ Κάϊν. πολὺ γὰρ βδελύττεται ὁ Θεὸς τοὺς ἀκαθάρτους λογισμοὺς, μᾶλλον δὲ τὴν ἐκτυποῦσαν αὐτοὺς καρδίαν· ὡς δηλοῖ καὶ ὁ νόμος. φησὶ γὰρ, οὐκ ἀροτριάσεις ἐν μόσχῳ καὶ ὄνῳ, τουτέστιν, ἐν καθαρῷ καὶ ἀκαθάρτῳ λογισμῷ· οὐ προσοίσεις προσευχὴν· οὐ προσάξεις εἰς θυσίαν πρόβατον ἐπίμωμον, ἢ ὠτότμητον, ἢ κολοβόκερκον, ἢ ψωριῶν. ἀλλ' οὐδὲ καρπὸν ἐξίτηλον προσδέξεται ἐκ τῆς χειρός σου· πόσῳ μᾶλλον εὐχὴν θολώδη καὶ καταφρονητικήν; ἐπίσταται γὰρ τὰ κρυπτὰ ἡμῶν, ὡς μαρτυρεῖ Δαβὶδ, λέγων, Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι. καὶ πολλὴν σπουδὴν ἐποιεῖτο τοῦ ἐλευθερωθῆναι ἀπ' αὐτῶν, λέγων, Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν. οὐ γὰρ συγκεχώρηται ἀκαθάρτῳ εἰσιέναι εἰς οἶκον Κυρίου, καθώς φησιν ὁ νόμος· οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς· καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐντὸς ἡμῶν ἐστιν. ἁμαρτωλοὶ δὲ τῆς γῆς οἱ χαμαιερπεῖς καὶ ὀφιώδεις λογισμοὶ οἱ ἐν τῇ καρδίᾳ ἐμφωλεύοντες. προσφόρως οὖν εὔχεται λέγων, ἀποκατάστησον τὴν ψυχήν μου ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, καὶ διασκόρπισον ἔθνη, τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα. καὶ σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ· ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε. ὅθεν καὶ ὁ Κύριος πρὸς αὐτὸν ἐν θλίψει, φησὶν, ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐῤῥυσάμην σε· ἐπήκουσά σου ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος. καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοὶ, ὀφείλομεν ἐν ἐκπετάσει χειρῶν, καὶ τεταμένῃ διανοίᾳ δυσωπῆσαι τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, καταπέμψαι ἡμῖν βοήθειαν, ὅπως νικήσωμεν τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, ὥσπερ Μωσῆς τὸν Ἀμαλήκ. δεινὸν γὰρ καὶ ὀλέθριον τὸ συμπεπεῖσθαι κρυπτῶς τοῖς ἀκαθάρτοις λογισμοῖς. ἐκ γὰρ τῶν λογισμῶν καὶ εἰς τὴν πρᾶξίν τις κατασύρεται, ἐκ τοῦ μικροῦ ἀλλοτριοῦται τοῦ Θεοῦ,

A Omnem igitur diuini officij cultum debemus persoluere Deo, nequando deprehendamur Deum quidem compellare & alloqui labiis tenus: corde verò media in Babylone desidentes & captiui, arrodere quicquid impurum est: ita *Esai.29.* vt in nos audiamus iure detorqueri, *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Agone igitur nobis opus est (dilectissimi) ac peruigili attentione, vt interim dum emodulamur psalmos, mens vnà cum corde concinat labiis: vt ne per hoc quòd orantes credimur Domini gratiam emereri, & conciliare illius fauorem, ipsum tanto exacerbamus atro-
B ciùs, dum suaue fragranti orationis incenso tetrum inspergimus culinæ nidorem, ac proinde orationis nostræ hostia reproba comperiatur ac magnopere reprehensibilis, vt olim reiectitia illa Caini oblatio. Execratur enim *Genes.4.* impendio Deus, ac deuouet spurcas atque *Deut.22.* obscœnas cogitationes, imò ipsum cor odit tantò infensiùs, quòd eas enititur ac parit: id quòd lex liquidò docet: *Non arabis* (ait) *in* *Leuit.22.* *vitulo & asino*: hoc est, in munda simul & immunda cogitatione non offeres orationem. Neque adduces pro victima ouem
C quæ præferat maculam decolorem, vel quæ aurem habeat defectam, aut caudam detruncatam ostentet & mutilam, aut fœda scabie prurientem, sed neque de manu tua fructum accipiet qui elutus sic at parum sincerus. Quantò magis orationem à se repellet ac repudiabit tot turbulentam intemperiis, & per contemptum oblatam? Nouit Dominus arcana cordium nostrorum, vel teste Dauid: *Nouit Dominus cogitationes hominum,* *Psalm.93.* *quoniam vanæ sunt.* Et quidem ille peruigili studio adnitebatur, quò eluctari posset & extri-
D cari à cogitationum intemperie, dicens: *In* *Psal.100.8.* *matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Neque enim vllus immundus sinebatur ingredi domum Domini: iuxta legem: cuius quidem Domini domus sumus nos: sed & Ierusalem intra nos est. Peccatores porrò terræ, cogitationes sunt, reptilium more repentes humi, quæ in arcano cordis ceu latibulis delitescunt. Apposite igitur orat dicens: *Restitue* *Psalm.68.* *animam meam à malignitate eorum:* &, *disperge gentes quæ bella volunt:* Et, *Saluum me fac de luto vt nō infigar, quia tu patientia mea, Domine.* Vnde
E & Dominus, ad eos qui quapiam tribulatione affliсtantur: *Inuocasti me & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis.* Manibus igitur expassis & attenta mente (fratres) clementissimus Deus nobis venit exorandus ac repropitiandus, vt è solio suo emittat auxiliare præsidium, quo freti, hostes superemus, quemadmodum Moses *Exod.17.* prostrauit Amalec. Non enim mediocris est periculi, imò exitiale prorsus, arcana quadam persuasione pacisci & assentiri impuris cogitationibus. Ab istis enim cogitationib. pertrahitur quis ad operationē, ac sensim deficit à Deo,

Proinde qui ex compacto assensum præbet istis, damnatur, ac si operetur peccatum. Neque enim *in maleuolam animam intrabit sapientia, sed nec habitabit in corpore subdito peccatis: peruersæ enim cogitationes separant à Deo; sanctus enim Spiritus sapientiæ effugiet fictum, & subtrahet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu*, iuxta sacræ dogma Scripturæ. Sed & Dominus: *Ex corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.* Eiusmodi sunt vitia quæ in thesauro cordis sui, vt reprobus quisque est, recondit. Atqui nos ipsos nullo non tempore prouoluamus in conspectum diuinæ benignitatis, ac proiiciamus, obsecrantes Dominum, corda nostra vt expiet, sic vt digni habeamur qui illi offeramus dona in spiritualem illam transcribenda Ierusalem, & ab ipso audiamus: *Bonus homo de thesauro cordis sui profert bonos fructus Deo.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Sap. 1.

Matth. 15.

A ὁ πρόθυμος καὶ ὁ συγκατατιθέμενος αὐτοῖς, ὡς ἐργασάμενος τὴν ἁμαρτίαν, κατακρίνεται. εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίας. σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ Θεοῦ. ἅγιον γὰρ πνεῦμα σοφίας φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, κατὰ τὴν γραφήν· φησὶ δὲ καὶ ὁ Κύριος, ἐκ τῆς καρδίας ἐξέρχονται διαλογισμοὶ πονηροί, φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι. ταῦτα ἔχει ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐν τῷ θησαυρῷ τῆς καρδίας αὐτοῦ.
B ἡμεῖς δὲ προσρίψωμεν ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ, δεόμενοι αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν ὥραν, ἵνα καθαρίσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, ὥστε προσενέγκαι αὐτῷ δῶρα ἐπὶ τὴν νοητὴν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀκοῦσαι παρ' αὐτοῦ, ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας αὐτοῦ προσφέρει ἀγαθὰ βλαστήματα τῷ Θεῷ. ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

De disciplina siue correptione.

HOMILIA LXXXII.

C

Περὶ παιδείας.

Λόγος πβ'.

DISCIPLINA quominus bona videri debeat, nulla suppetit ratio, maximè si secundùm Deum est. Neque enim eum qui ab ineunte primùm ætate philosophatus sit & eruditus ad disciplinæ & Dominicæ admonitionis tenorem, vsque in senectam & senium hunc Deus dereliquet. Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur disciplinæ & laboris eorum qui pro gloria nominis ipsius non instrenuè sustinent. Quæ secundùm Deum est disciplina, in extremis suis multa cum libertate ac fiducia loquetur. A nobis vtique Deus etiam bona aufert, quemadmodum à sancto Iob diuitias: *Dominus enim dedit, & Dominus abstulit.* Quæcunque ab initio conditi sæculi mala intulit, de manu eius accepimus: *Bona enim & mala Domino*, ait Scriptura. Proinde qui mala hæc inuehit nobis, idem quoque Deus æternam inducet lætitiam. Debemus itaque multa cum gratiarum actione accipere in omnibus disciplinam & correptionem Domini: qui enim pro veritate, quamlibet perplexos labores non fert vltroneus, nolit licèt, multo plectetur disciplina atrociore. Quisquis autem explendæ diuinæ voluntati se spontaneus accommodat, per modicos labores vltroneè toleratos, longè euadet acerbiores. Parœmiastes siquidem ait: *Qui timet Dominum, excipiet disciplinam.* Rursus: *Qui parcit baculo, odit filium: qui autem diligit, diligenter erudit illum.* Iterum: *Erudi filium tuum, sic enim bonæ spei erit: audi fili, & excipe meos sermones, & multiplicabuntur anni vitæ tuæ,*

Iob. 1.

Eccles. 3.

Qui non laborat sponte, inuitus feret dolores.

Pr. 13.

ΚΑΛΗ ΕΣΤΙΝ ἡ παιδεία κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, μάλιστα δὲ κατὰ Θεόν. τὸν ἐκ νεαρᾶς γὰρ ἡλικίας ἐκφιλοσοφοῦντα, καὶ παιδευόμενον παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, ἕως γήρους, καὶ πρεσβείου, οὐ μὴ ἐγκαταλείπῃ ὁ Θεός. οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεὸς ἐπιλαθέσθαι τῆς παιδείας, καὶ τοῦ κόπου τῶν διὰ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ὑπομενόντων. ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν παιδεία ἐπ' ἐσχάτων
D παρρησιασθήσεται ἐν πολλῇ ἀδείᾳ. ἔτι γε καὶ τὰ καλὰ ἐξ ἡμῶν πολλάκις ἀφαιρεῖται Κύριος, ὥσπερ τὸν πλοῦτον τοῦ Ἰώβ· Κύριος γὰρ ἔδωκεν, Κύριος ἀφείλετο. πάντως που καὶ τὰ κακὰ ἀφ' ἡμῶν ἐπάγει ὁ αἰώνιος, ἐκ χειρὸς ἡμῶν λήψεται· ἀγαθὰ γὰρ καὶ κακὰ παρὰ Κυρίου, φησίν· καὶ ὁ ἐπαγαγὼν ἡμῖν τὰ κακά, αὐτὸς ἐπάξει ἡμῖν τὴν αἰώνιον εὐφροσύνην. οὐκοῦν ὀφειλέται ἐσμὲν τὰ ἐν πάσῃ παιδείας εὐχαρίστως δέξασθαι. ὁ γὰρ μὴ αἱρούμενος τοὺς ὑπὲρ ἀληθείας πόνους, ἑκουσίως ὑπὸ τῶν ἀκουσίων
E χαλεπωτέρως παιδεύεται. ὁ δὲ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ κατὰ δύναμιν, διὰ μικρῶν πόνων τοὺς μεγάλους ἐκφεύξεται. φησὶν δὲ καὶ ὁ παροιμιαστής, ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον, ἐκδέξεται παιδείαν. καὶ αὖθις, ὃς φείδεται τῆς ἑαυτοῦ βακτηρίας, μισεῖ τὸν ἑαυτοῦ υἱόν· ὁ δὲ ἀγαπῶν, ἐπιμελῶς παιδεύει. καὶ πάλιν, παίδευε τὸν υἱόν σου· οὕτως γὰρ ἔσται εὔελπις. ἄκουε υἱέ, καὶ δέξαι ἐμοὺς λόγους, καὶ πληθυνθήσονται ἔτη ζωῆς σου.

ἐπιλάθῃ δέ μου τῆς παιδείας, μὴ ἀφεὶς· υἱὸς γὰρ ἀπολιμπανόμενος φυλάξαι παιδείαν πατρός, μελετήσει ῥήσεις κακάς. καὶ πάλιν, ἄφρων μυκτηρίζει παιδείαν πατρός· ὁ δὲ φυλάσσων ἐλέγχους, πανουργότερος. καὶ πάλιν, δὸς εἰς παιδείαν τὴν καρδίαν σου, τὰ δὲ ὦτά σου ἑτοίμασον λόγοις αἰσθήσεως. καὶ πάλιν, μὴ ἀπόσχῃ νήπιον παιδεύειν, ὅτι ἐὰν πατάξῃς αὐτὸν ῥάβδῳ, οὐκ ἀποθανεῖται, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ σώσεις. καὶ αὖθις, παίδευε υἱόν σου, καὶ ἀναπαύσει σε, καὶ δώσει κόσμον τῇ σῇ ψυχῇ. καὶ πάλιν, ἀγαθὸν δὲ ἀκοῦσαι ἐπιτίμησιν σοφοῦ, ὑπὲρ ἄνδρα ἀκούοντα ᾆσμα ἀφρόνων. καὶ ἐπάγει, ἀκούσατε παῖδες παιδείαν πατρός, καὶ προσέχετε γνῶναι ἔννοιαν. δῶρον γὰρ ἀγαθὸν δωροῦμαι ὑμῖν, τὸν ἐμὸν νόμον μὴ ἐγκαταλίπετε. νοήσατε ἄκακοι πανουργίαν· οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἔνθεσθε καρδίαν· λάβετε παιδείαν, καὶ μὴ ἀργύριον, καὶ γνῶσιν ὑπὲρ χρυσίον δεδοκιμασμένον. καὶ διὰ τοῦ προφήτου Σοφονίου φησὶν ὁ Θεός, φοβεῖσθέ με καὶ δέξασθε παιδείαν, καὶ οὐ μὴ ἐξολοθρευθῆτε, τοῦ δουλεύειν Κυρίῳ ὑπὸ ζυγὸν ἕνα. καὶ ὁ Μιχαίας φησί, ποίμαινε λαόν σου ἐν ῥάβδῳ. ὁ δὲ ἀπόστολος ἐπιστέλλων Ἑβραίοις, λέγει, υἱέ, μὴ ὀλιγώρει παιδείας Κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. τίς γάρ ἐστιν υἱὸς ὃν οὐ παιδεύει ὁ πατήρ; εἰ δὲ χωρίς ἐστε παιδείας, ἄρα νόθοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ υἱοί. καὶ Κορινθίοις. εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; καὶ ἐπιφέρει, πᾶσα δὲ παιδεία, πρὸς μὲν τὸ παρόν, οὐ δοκεῖ χαρᾶς εἶναι, ἀλλὰ λύπης. ὕστερον δὲ καρπὸν εἰρηνικὸν τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις, ἀποδίδωσι δικαιοσύνης. καὶ ὁ Δαβίδ, λέγων, Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἂν παιδεύσῃς Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ νόμου σου διδάξῃς αὐτόν· καί, παιδεύων ἐπαίδευσέ με ὁ Κύριος, τῷ δὲ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με. καὶ πάλιν, παιδεύσει με δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με. καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει. καὶ ὁ Ἰὼβ δέ, πρότερον, οὐχὶ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς; καὶ ὥσπερ μισθίου αὐθημερινοῦ ἡ ζωὴ αὐτοῦ. εἰ γὰρ πειρατήριόν ἐστιν ὁ βίος τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, πῶς δὲ ἐν τῷ πειρατηρίῳ ὄντα μὴ πειράζεσθαι; τὸ γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰρημένον, γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ ἐμπέσητε εἰς πειρασμόν, μηνύει τὸ μὴ καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ πειρασμοῦ, καὶ ἡττηθῆναι. τὸ γὰρ περιγενέσθαι, καὶ ἀοίδιμον, καὶ εὐκλεές. λέγει δὲ πάλιν ὁ Κύριος, τίς ἐξ ὑμῶν ἔχων δοῦλον ἀροτριῶντα, ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι ἐκ τοῦ ἀγροῦ, ἐρεῖ, εὐθέως παρελθὼν ἀνάπεσε;

A *suscipe correptionem meam, ne dimittas eam; filius enim qui omittit custodire disciplinam patris, excogitabit colloquia praua.* Prou.23. Iterum: *Stultus subsannat disciplinam patris, qui autem custodit correptiones, astutior erit.* Rursus: *Da ad disciplinam cor tuum, aures autem tuas accommoda sermonibus sensus.* Iterum: *Ne omiseris erudire puerum? quia si virga eum percusseris, non morietur, animam autem eius saluabis.* Rursus: *Erudi filium tuum, & refocillabit te & dabit ornamentum animæ tuæ.* Iterum: *Melius* Prou.4. B *est audire correptionem sapientis, quàm audire canticum stultorum.* Inducit: *Audite filij disciplinam patris; & attendite, vt sciatis intelligentiam, donum enim bonum dabo vobis, legem meam ne derelinquatis: Intelligite simplices astutiam, & ineruditi apponite cor, accipite disciplinam & non argentum, & scientiam magis quàm aurum probatum.* Per Sophoniam Prophetam Deus: *Timebitis* Soph.3. *me, & accipietis disciplinam & non peribitis, vt seruiatis Domino sub iugo vno.* Michæas: Mich.7. *Pasce populum tuum in virga.* Paulus He- Hebr.12. C bræis dicit per epistolam: *Fili, noli negligere disciplinam Dei, neque fatigeris dum ab eo argueris: quem enim diligit Dominus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem recipit: quis enim filius, quem non corripit pater? quòd si extra disciplinam estis, ergo adulterini & non filij estis.* Corinthiis item: *Si enim ego contristo vos, & quis est qui lætificat me, nisi is qui contristatur per me?* Infert: *Omnis autem disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij sed mœroris,* D *posteà verò fructum pacatum per eam exercitatis reddet iustitiæ.* Dauid, *Beatus* Psalm.117. *homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:* &, *Castigans castigauit me Dominus, & morti non reddidit me.* Iterum: *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.* Et: *Disciplina tua ipsa me docebit.* Et qui Dauidis ætatem anteuertit Iob: *Numquid non locus tentationis est vita hominis super terram?* Et, quasi mercenarij diei vnius vita eius. Quòd si hominis vita super terram locus E est tentationis, qui fieri possit vt non tentetur qui in loco consistit tentationis? Sanè à Domino & Saluatore dictum est: *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Vtique, hoc veluti indice docet, vt ne sinamus nos absorberi à tentatione ac vinci: Prorsus enim tentationem vincere, res commendatione atque insigni præconio digna est. Dominus iterum: *Quis vestrum* Luc.17. *habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi, statim vbi transieris, recumbe:*

& non magis dicet ei, para quod cenem, & praecinctus ministra mihi donec manducem & bibam, & post haec tu manducabis & bibes tu? Ioducit: Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperauerat? oon puto! sic & vos cùm feceritis omnia quae praecepta sunt vobis, dicite, quia inutiles serui sumus. Ipsi gloria in saecula. Amen.

ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, ἑτοίμασον τί δειπνήσω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι, ἕως ἂν φάγω, καὶ πίω· καὶ μετὰ ταῦτα, φάγεσαι, καὶ σὺ, καὶ πίεσαι; καὶ ἐπάγει, μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα; οὐ δοκῶ. οὕτως καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε τὰ διαταχθέντα ὑμῖν πάντα, λέγετε ὅτι ἀχρεῖοι δοῦλοί ἐσμεν· ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

De consolatione, siue consilio.

B

Περὶ συμβουλίας.

Homilia LXXXIII.

IN quocunque negotio non mediocris operae feceris pretium, rémque Deo magnopere acceptam, si consilium expetes. Nemo enim inuenietur qui non indigus sit consiliarij, nisi Deus & solus, penes qoem sapientia est omnis. Nam homo omois indigus est probae consultationis, prae halitu quem ore efflat ac spirat, vt nos diuinae Scripturae erudiunt hunc

Prou.15. io modom: *Omnia fac cum consilio, cum consilio vinum bibe:* nimirum id quod cor laetificat: spirituale videlicet vinum. Qui talis est, nuoquam aberrat à scopo; sed liber anxiae sollicitudiois, suam omnem tranquillè exigit vitam. Consilium enim à quopiam corrogare & expetere, planè argumentom est bominum qui superbiam oderint, & de se modestè sentiant, eorum maximè qui praesenti vrgentur periculo. Nulli arbitror obscurum, quia humilibus Deus dat gratiam; superbis autem resistit. Quemadmodum Tobias dicit filio: *Consilium ab omni sapiente perquire, & ne contempseris consilium vtile.*

Consiliũ quaerere, est argumentum humilitatis.

Tob.4. Qui enim particeps est boni consilij, per viam iogreditur mandatorum Domini, vir autem inconsultus, sibiipsi hostis est. Exem-

3.Reg.12. plo est Roboam Salomonis filius: qui derelicto seoiorum probo consilio, dum puerorum qui secum iodulgentiùs fuerant educati, adhaerescit consilio, Israëlitici regni sceptra decem perdidit. Rectè igitur sic incoosultos depraedicat miseros Esaias, dicens: *Vae qui initis consilium, non per Dominum, in occulta facientes, & erunt in tenebris opera eorum.* Consilium enim malignorum, iniqua consultat, pij autem, prudeotia inière consilia. Alius item Sapiens

Sceptra, intellige Tribus decem.

Eccles.37. dicebat: *A malo consiliario custodi animam tuam: etenim ille sibiipsi consulit, & stabit ex opposito vt videat quid eueniturum sit.* Rursus: *Ne consilieris cum eo qui te toruè intuetur, & à zelantibus te, absconde consilium.* Non igitur abs re, sed cõgruè (ceu praedictum est) in omnibus expectandum nobis est coosortium spiritualis consilij à senioribus quos vsus rerum prolixior prudentes redd[illegible], carnalium verò & ineruditorum co[illegible] tationes vitandae prorsus, vt ne pro fulcimento sapionis è robore palmae decerpti,

Λόγος πγ΄.

ΤΟ συμβουλεύεσθαι ἐν παντὶ πράγματι, καλὸν καὶ εὐάρεστόν ἐστιν. οὐδεὶς γὰρ ὁ μὴ χρῄζων συμβούλου, εἰ μὴ μόνος ὁ Θεὸς, ὁ τὴν σοφίαν κτήσας. πᾶς δὲ ἄνθρωπος χρείαν ἔχει συμβουλίας ἀγαθῆς μᾶλλον ἢ τὸν ἀέρα ἀναπνεῖν. καθὼς καὶ παρὰ τῆς θείας γραφῆς παιδευόμεθα. φησὶν γὰρ, μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, μετὰ βουλῆς οἰνοπότει· τὸν πνευματικὸν δηλαδὴ οἶνον, τὸν εὐφραίνοντα καρδίαν. ὁ τοιοῦτος οὐδέποτε ἀστοχεῖ, ἀλλ' ἀμερίμνως παράγει πάντα τὸν βίον αὐτοῦ. μισοτυφίας γὰρ καὶ ταπεινώσεως τεκμήριον, τὸ δεῖσθαι συμβουλίας, μάλιστα τῶν ἐν πείρᾳ γεγονότων. πρόδηλον δέ ἐστι ταπεινοῖς δίδωσιν ὁ Θεὸς χάριν, ὑπερηφάνοις δὲ ἀντιτάσσεται. καθὼς φησιν καὶ ὁ Tobίας τῷ υἱῷ αὐτοῦ· συμβουλίαν παρὰ παντὸς φρονίμου ζήτησον, καὶ μὴ καταφρονήσῃς ἐπὶ πάσης συμβουλίας χρησίμης. ὁ γὰρ μετέχων συμβουλίας ἀγαθῆς, ἐν τῇ ὁδῷ τῶν ἐντολῶν τοῦ

D Κυρίου βαδίζει· ἀνὴρ δὲ ἀσύμβουλος, ἑαυτοῦ πολέμιος· ὡς Ῥοβοάμ, ὁ τοῦ Σολομῶντος. ἐγκαταλείψας γὰρ τὴν ἀγαθὴν βουλὴν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ κατασχὼν τὴν τῶν παιδαρίων βουλὴν, ἀνεκτραφέντων μετ' αὐτοῦ, ηὑρέθη ἀπόλλων τὴν βασιλείαν τῶν δέκα σκήπτρων τοῦ Ἰσραήλ. καλῶς οὖν ταλανίζει τοὺς τοιούτους ὁ Ἠσαΐας. οὐαὶ γὰρ, φησιν, οἱ βουλευόμενοι, οὐ διὰ Κυρίου, οἱ ἐν κρυφῇ ποιοῦντες· καὶ ἔσται ἐν σκότει τὰ ἔργα αὐτῶν. ἡ γὰρ βουλὴ τῶν πονηρῶν ἄνομα βουλεύεται· οἱ δὲ εὐσεβεῖς, συνετὰ

E ἐβουλεύσαντο· καὶ ἄλλος σοφὸς ἔλεγεν· ἀπὸ κακοῦ συμβούλου φύλαξον τὴν ψυχήν σου· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ βουλεύεται, καὶ στήσεται ἐξ ἐναντίας, ἰδεῖν τὸ συμβησόμενον. καὶ αὖθις, μὴ βουλεύου μετὰ ὑποβλεπόντων σε, καὶ ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε, κρύψον βουλήν. εἰκότως οὖν καὶ ἀρεστῶς, καθὼς προείρηται, ὀφείλομεν ἐν πᾶσι τῆς πνευματικῆς συμβουλίας τῶν ἐμπείρων γερόντων μετέχειν. φεύγειν δὲ τὰς τῶν σαρκικῶν καὶ ἀπαιδεύτων συμβουλίας· ἵνα μὴ ἀπὸ σπειρημοῦ φοινικίνης βακτηρίας.

καλαμίνην ῥάβδον κατέχωμεν· ἥτις τὴν χεῖρα τοῦ A ἀνθρώπου τρήσει, καὶ τὸν ἰὸν τῆς φύσεως ἐκβάλλει, ἢ ἀντὶ προβάτου λύκῳ περιπέσωμεν. ὁ γὰρ συμπορευόμενος σοφοῖς, σοφὸς ἔσται· ὁ δὲ συμπορευόμενος ἄφροσιν, γνωσθήσεται· αἴσθησις γὰρ παρὰ φρενίμοις, εὐχερής. ὁ δὲ Σολομών, ὃς πλανᾷ φησιν, εὐθεῖς ἐν ὁδῷ κακῇ, εἰς διαφθορὰν αὐτὸς ἐμπεσεῖται· καὶ πάλιν, υἱέ, μὴ καταλάβῃ σε βουλὴ κακή, ἡ ἀπολείπουσα διδασκαλίας νεότητος. οἷς γὰρ μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὡς φύλλα· σωτηρία δὲ ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ. ὥσπερ γὰρ πόλις ἀτείχιστος, οὕτως ἀνὴρ μὴ μετὰ βουλῆς πράσσων τι. B ὁ τῷ Θεῷ συνομιλῶν Μωσῆς, οὐκ ἀπηξίωσεν τῆς συμβουλίας τοῦ Ἰωθόρ, ἀλλὰ καὶ ὅσα εἶπεν αὐτῷ, διδαχθείς, πάντα ἐποίησεν, καὶ οὐκ ἐπῆρεν αὐτὸν ἡ τοσαύτη δόξα τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Παῦλος ὁ ἀπόστολος φησὶ πρὸς Γαλάτας· ἀνέβην εἰς Ἱερουσαλήμ, καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω, κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσιν, μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον· ὁ λέγων μὴ διδαχθῆναι παρὰ ἀνθρώπων, ἀλλὰ δι᾽ ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὐκ ἀπηξίωσεν συμβουλεύσας τοῖς συμμαθηταῖς αὐτοῦ. C οὐδὲ γὰρ ἑαυτῷ ἐπίστευσεν, φοβούμενος μὴ εἰς κενὸν τρέχῃ, ἢ ἔδραμεν. ἡμεῖς δὲ οἱ μὴ γινώσκοντες, ποία δεξιὰ ἢ ἀριστερά, πολλῷ μᾶλλον ὀφείλομεν πάντα μετὰ γνώμης τῶν πνευματικῶν ἡμῶν πατέρων πράττειν, φοβούμενοι τὸ ὑπόδειγμα τοῦ ἀποστόλου· καὶ πάσῃ σπουδῇ τῇ συμβουλίᾳ χρησάμενοι· ἐν μηδενὶ θαρροῦντες ἑαυτοῖς, ἢ πιστεύοντες τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν, ἀλλὰ στοιχοῦντες τῇ συμβουλῇ καὶ τῇ κρίσει τῶν πρὸ ἡμῶν πατέρων, μήποτε ἐμπαιχθῶμεν D ὑπὸ τῶν πονηρῶν δαιμόνων. ὡς γὰρ θέλουσιν, μετασχηματίζουσιν τὰ πράγματα, μάλιστα τοῖς τὰς τέχνας αὐτῶν μὴ ἐπισταμένοις, ἢ πεποιθόσιν ἐπὶ τῷ τόξῳ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτῶν. διὰ γὰρ τῆς ταπεινώσεως ἐπελεύσεται ἐφ᾽ ἡμᾶς ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος· καθὼς καὶ ὁ Κύριος ἐδίδαξεν ἡμᾶς λέγων, ὅταν προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγάς, καὶ τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς ἐξουσίας, μὴ μεριμνήσητε πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε. τὸ γὰρ ἅγιον πνεῦμα E διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἃ δεῖ εἰπεῖν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A arundineam retineamus virgam, quæ manum hominis fodicet ac perforet, suæque inspergat venenum naturæ; aut pro oue, in lupum reuoluamur & incidamus: qui enim graditur cum sapientibus, sapiens erit; stultis ac dementibus sensus est procliuior. Salomon verò: *Qui seducit rectos in via mala, in corruptionem ipse deuoluetur.* (Prou. 13.) Iterum: *Fili, ne te apprehendat consilium malum, quod relinquit doctrinam iuuentutis: quibus enim non suppetit gubernatio, foliorum instar decidunt, salus autem adest, vbi multa consilia: sicut enim ciuitas nullis cincta mœnibus, ita qui quidpiam agit consilio.* (Prou. 11.) Moyses qui tam familiariter cum Deo loquebatur, neutiquam re- (Exod. 17.) B pudiauit consilium Iothor, sed quæcunque ipsius relatu didicit, expleuit opere, eadem comprobans: neque hinc in superbiam extulit se, tanta alioqui apud Deum & homines perfruitus gloria. Sed & Paulus Apostolus, Christum in se loquentem qui habebat, ait (Gal. 2.) Galatis: *Ascendi in Ierusalem, & contuli cum eis Euangelium quod prædico, seorsum autem his qui videbantur esse, ne fortè in vanum currerem aut cucurrissem.* Et is qui dicit se non ab hominibus didicisse, sed per reuelationem Iesu Christi, nihil grauatim tulit eum condiscipulis conferre, consilij ineundi gratia. Neque enim pri- C uato iudicio tantùm sibi vni tribuit fiduciæ, veritus ne in vanum curreret aut cucurrisset. Nos autem, quos latet quæ sit aut dextera aut sinistra, quanto æquius est nihil moliri operis absque spiritualium patrum arbitratu & consilio, exemplo tanti istius Apostoli? sed omni studio illorum consilio vsi, non item in re quauis nitentes nostra qualicunque prudentia, aut propriis cogitationibus fidem accommodantes; magis autem ad eorum qui nostram hanc anteuerterunt ętatem, consilium decretúmve, ceu ad scopum rectà collineemus, ne fortè D contingat insidiosa malignitate Dæmonum nobis illudi. Pro sua enim veteratoria voluntate res quaslibet in aliam subinde permutant formam, in eorum maximè prospectu qui commentitias artes illorum non admodum scitè callent, aut qui plùs æquo nituntur fiducia sui arcus siue brachij. In nos enim per humilitatem, sidit ac delabitur sancti Spiritus gratia: quemadmodum nos edocuit Dominus: *Quum adduxerint vos ad synagogas & principatus & potestates, nolite cogitare quomodo aut quid respondeatis: Spiritus enim Sanctus docebit vos in illa hora quid vos oporteat dicere.* (Matth 10.) E Ipsi gloria in sæcula, Amen.

A

De insomnijs.

Homilia LXXXIV.

IAm quando nonnulli sunt qui per hoc quod fidem habuerunt insomniis, a rectitudine viæ abducti in pudendos errores deflexerunt; huiusce rei gratia submonemus vos (dilectissimi) nequando istiusmodi aëriuagis & multiformibus insomniis commodetis fidem. Sunt enim hæc aliud nihil quàm mentis implanatæ ac deerrantis simulachra, imaginationes, & frustratoriæ ludificationes reproborum dæmonum, nobis vt imponant & implanent; sic miserè seductos vt inescent istis delinimentis atque oblectent, vt deinceps nullo negotio hominem pertrahant ad captanda lenocinia illecebrosæ voluptatis, iuxta verbum Iudæ Apostoli Iacobi fratris, de eiusmodi quibusdam, dicentis: *Similiter & hi insomnia sua sectantes, carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem verò blasphemant:* Ecclesiastes item præcipit, dicens: *Insomnium in multitudine tentationis, & vox stulti in multitudine sermonum.* Inducit: *Ne des os tuum vt exerrare facias carnem tuam, vt ne irascatur Deus super voce tua, & corrumpat labores manuum tuarum, quia in multitudine somniorum & vanitatum & sermonum multorum.* Iesus item Sirach filius: *Insomnia extollunt imprudentes.* Infert: *Quemadmodum qui pugno captat vmbras & persequitur ventos, sic qui intendit insomnijs, à mendace enim quid egredietur veritatis?* Iterum: *Diuinationes & auguria & insomnia vana sunt, multos enim errare fecerunt insomnia, & exciderunt spem ponentes in eis.* Si cuipiam igitur vestrum qui in hoc spirituali desudat agone, se visendam obtulerit aut lux aut alia quævis figura imaginem repræsentans ignis, nullo pacto eiusmodi spectrum sinat animo illabi: aliud enim id nihil est quàm luculenta fraus, subdola arte inimici concinnata. Hoc perspicuè docet nos Apostolus, dum astruit impurum illum solere se transfigurare *in Angelum lucis.* Profuerit, priusquam carpendo sopori in cubili dedas te, ad animæ salutare antidotum ad amoliendam & propulsandam ab ea dæmonum imposturam, vt ores orationem hanc:

Eccles 5.

Eccles.34.

Spectris nō attendendum.

Nisi adsit discretio spirituum.

2.Cor.11.

Oratio contra visiones nocturnas.

Omnipotens Verbum Patris, tuapte natura perfectus Deus Iesu Christe; per viscera tua, Iesu bone, quæ ad misericordiam propensissima sunt; qui nunquam à famulis tuis te disiungis, sed in ipsis conquiescis: quæso, Pastor bone ouium tuarum Iesu, ne me tradas insidiosæ malignitati serpentis, neu sinas me intercipi concupiscentia Satanæ: semen enim corruptelæ in ipso prognatum est. Tu igitur Domine mi, rex sanctissime, Deus adorande Iesu Christe, custodi me dormientem, immortali tuo consilio: tuóque sancto Spiritu, quo tuos illos sanctificasti discipulos. Exime me serpentis veteratorij insidiis.

Secus habet editio nostra, & LXX. Visiones speciei sunt Aug. 5. Gregorio in cap. 7. tom. 6. Quibus & quatenus fides habenda sit lege Præfationē.

Περὶ ἐνυπνίων.

Λόγος πδʹ.

Ἐπειδή τινες ἐμπιστεύσαντες ἐνυπνίοις, ἐξετράπησαν τῆς ἀληθείας ὁδοῦ, τούτου χάριν ὑπομιμνήσκομεν ὑμᾶς, ἀγαπητοί, ὡς οὐ χρὴ ῥᾳδίως ἐμπιστεύσαι τοῖς ἀεροπόλοις καὶ πολυειδέσιν ἐνυπνίοις. ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερόν εἰσιν ἢ διανοίας πλανωμένης ἰνδάλματα, καὶ φαντασίαι, καὶ χλεύη τῶν πονηρῶν δαιμόνων, πρὸς τὸ ἀπατᾶν ἡμᾶς, καὶ ἐξακολουθεῖν B αὐτῶν τοῖς δελεάσμασι, λοιπὸν δὲ ἵνα καὶ πρὸς ἡδονὴν κατασύρωσι τὸν ἄνθρωπον, ὡς λέγει ὁ ἀπόστολος Ἰούδας ὁ Ἰακώβου περί τινων τοιούτων. φησὶ γάρ, ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητας δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσι. ὁ δὲ ἐκκλησιαστὴς, παραγγέλλει γὰρ λέγων, ἐνύπνιον ἐν πλήθει πειρασμοῦ, καὶ φωνὴ ἄφρονος ἐν πλήθει λόγων. καὶ ἐπάγει, μὴ δῷς τὸ στόμα σου ἐξαμαρτῆσαι τὴν σάρκα σου· ἵνα μὴ ὀργισθῇ ὁ Θεὸς ἐπὶ φωνῇ σου, καὶ διαφθείρῃ τὰ ποιήματα τῶν χειρῶν σου, ὅτι ἐν πλήθει ἐνυπνίων καὶ ματαιοτήτων καὶ λόγων πολλῶν. καὶ ὁ τοῦ Σιρὰχ C φησὶν ὅτι ἐνύπνια ἀναπτεροῦσιν ἄφρονας· καὶ ἐπιφέρει, ὥσπερ ὁ δρασσόμενος σκιᾶς, καὶ ὁ διώκων ἀνέμους, οὕτως ὁ ἐπέχων ἐνυπνίοις, ἀπὸ γὰρ ψευδοῦς τί ἀληθεύει; καὶ πάλιν, μαντεῖαι, καὶ οἰωνισμοί, καὶ ἐνύπνια μάταιά ἐστι· πολλοὺς γὰρ ἐπλάνησαν τὰ ἐνύπνια, καὶ ἐξέπεσον ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς. ἐὰν οὖν ὀφθῇ τινι τῶν ἀγωνιζομένων, ἢ φῶς, ἢ σχῆμά τι πυροειδές, μηδαμῶς καταδεξάσθω τὸ τοιοῦτον ὅραμα. ἀπάτη γάρ ἐστι σαφὴς ἐκ τῆς κακοτεχνίας τοῦ ἐχθροῦ. τοῦτο δὲ σαφῶς καὶ ὁ ἀπόστολος διδάσκει ἡμᾶς, εἰς ἄγγελον φωτὸς αὐτὸν λέγων μετασχηματίζεσθαι. καλὸν οὖν ἐστι D πρὸ τοῦ ὕπνου ἐπὶ κοίτης εἰς φυλακτήριον ψυχῆς, καὶ φυγαδευτήριον τῆς πλάνης εὔχεσθαι τὴν εὐχὴν ταύτην.

Παντοκράτωρ λόγε τοῦ Πατρός, ὁ αὐτοτελὴς Θεὸς Ἰησοῦ Χριστέ, τὰ ταχέα σου σπλάγχνα, Ἰησοῦ, ὁ μηδέποτε χωριζόμενος τῶν σῶν οἰκετῶν, ἀλλ' ἀεὶ ἐν αὐτοῖς ἀναπαυόμενος, Ἰησοῦ, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τῶν σῶν προβάτων, μὴ παραδῷς με τῇ ἐπιβουλῇ τοῦ ὄ- E φεως, μηδὲ τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ Σατανᾶ καταλίπῃς με, ὅτι σπέρμα φθορᾶς πέφυκεν ἐν αὐτῷ. σὺ οὖν Κύριε βασιλεῦ πανάγιε, ὁ Θεὸς ὁ προσκυνητὸς Ἰησοῦ Χριστέ, καθεύδοντά με φύλαξον τῇ ἀθανάτῳ σου βουλῇ καὶ τῷ πνεύματί σου τῷ ἁγίῳ, ᾧ ἡγίασας τοὺς σοὺς μαθητάς, ῥυόμενός με ἐκ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ ὄφεως,

δὸς δέ μοι τῷ ἀναξίῳ τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου ἐπὶ τῆς κοίτης μου, καὶ φώτισόν μου τὸν νοῦν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως τοῦ εὐαγγελίου σου. τὴν ψυχήν μου ἐν τῇ ἀγάπῃ τοῦ σταυροῦ σου· τὴν καρδίαν μου ἐν τῇ καθαρότητι τῶν λόγων σου· τὸ σῶμά μου ἐν τῷ σῷ πάθει, τῇ σῇ ἀπαθείᾳ· τοὺς λογισμούς μου ἐν τῇ σῇ εἰρήνῃ διαφύλαξον· καὶ ἔγειρέ με ἐν καιρῷ εὐθέτῳ πρὸς σὴν δοξολογίαν· ὅτι προσκυνητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Εἰσὶ δὲ ἐνύπνια καὶ ἄλλα, οἷά τι ὡς λέγει ὁ Ἰώβ, ἐν γὰρ τῷ ἅπαξ λαλήσει Κύριος· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ ἐνυπνίῳ, ὡς ὅταν ἐμπίπτῃ φόβος ἐν νυκτί. ἡμεῖς δὲ, ἀγαπητοί, οὐκ ὀφείλομεν πιστεύειν, ἢ συγκατατίθεσθαι τοῖς ἐνυπνίοις· εἰ καὶ ὡς εἰκὸς ἐκ θείας τινὸς ἀποκαλύψεως καταπεμφθῇ ἡμῖν ὅραμα, μὴ προσέχωμεν τούτῳ, ἵνα μὴ ἀντὶ φωτὸς καπνὸν ὑποδεξώμεθα· οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ παροργίζομεν τὸν Κύριον, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἀποδέξεται ἡμᾶς μετὰ φόβου φυλάττοντας τὸν ἐμπιστευθέντα ἡμῖν παρ' αὐτοῦ θησαυρόν. καὶ εὕρομεν πολλὰ διηγήματα ἐλθόντα εἰς ἡμᾶς παλαιὰ καὶ νέα ἐφ' ἡμῶν γενόμενα περὶ τῶν χλευασθέντων ἀπὸ ἐνυπνίων, καὶ ἐλεεινῶς ἐκπεσόντων, ἐνθέσθαι τῇ παρούσῃ γραφῇ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἐντυγχανόντων· ἀλλ' ἵνα μὴ ἐκπέσωμεν τοῦ προκειμένου ἡμῖν σκοποῦ, ἓν καὶ μόνον κεφάλαιον παραθεὶς, καταπαύσω τὸν λόγον· ἐγένετό τις περιβόητος μοναχὸς ἐν τῷ ὄρει τῷ Σινᾷ ὃς τοσαύτην ἐγκράτειαν ἐπιδειξάμενος, καὶ ἐν κελλίῳ ἐπικεκλεισμένος ἐπὶ ἔτη πολλά, ὕστερον διαβολικαῖς ἀποκαλύψεσι καὶ ἐνυπνίοις ἐμπαιχθεὶς, πρὸς Ἰουδαϊσμὸν κατέπεσε, καὶ περιτομὴν σαρκός. πολλάκις γὰρ δείξας αὐτῷ ὁ διάβολος ἀληθινὰ ἐνύπνια, καὶ δι' αὐτῶν δελεάσας τὸν ἐσκοτισμένον αὐτοῦ νοῦν, δείκνυσιν αὐτῷ ὕστερον τὸν δῆμον τῶν μαρτύρων, καὶ ἀποστόλων, καὶ ὅλων τῶν Χριστιανῶν, σκοτεινόν τε καὶ πάσης αἰσχύνης πεπληρωμένον. ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ Μωσέα, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ τὸν θεοστυγῆ δῆμον τῶν Ἰουδαίων λαμπρῷ φωτὶ περιαυγαζόμενον, καὶ ἐν χαρᾷ καὶ ἱλαρότητι διάγοντα. ταῦτα ἑωρακὼς ὁ ἄθλιος παραχρῆμα ἀναστὰς, καὶ καταλείψας τὸ ἅγιον ὄρος, ἔρχεται εἰς Παλαιστίνην, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Νόαρα καὶ Λιβυάδα, τὰ ὁρμητήρια τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀφηγησάμενος αὐτοῖς τὰς φανείσας αὐτῷ διαβολικὰς φαντασίας, περιετμήθη καὶ ἰουδάϊσε, καὶ γυναῖκα ἔλαβε, καὶ προφανῶς ὑπὲρ Ἰουδαίων κατὰ Χριστιανῶν ἐδογμάτιζε. τοῦτον κἀγὼ ἐθεασάμην, καὶ πολλοὶ τῶν μοναχῶν· οὐδὲ γὰρ οὐκ ἔχει τρία ἔτη κακῷ θανάτῳ τὴν ψυχὴν ἀπορρήξας.

A *Mihi quamlibet indigno impartire gaudium tui salutaris in cubili meo, mentémque meam illustra luce cognitionis Euangelij tui. Animam meam in dilectione sanctæ tuæ crucis: cor meum in sinceritate verborum tuorum; corpus meum in passione tua; idque per gratiam tuæ impassibilitatis, cogitationes meas in pace tua custodi: opportuno tempore expergefacito me ad glorificandum nomen tuum. Adorandus enim tu & glorificandus cum Patre & sancto Spiritu in sæcu-* B *la. Amen.*

Sunt proinde & alia insomnia, quale illud de quo Iob: *Etenim semel loquetur Dominus, in secundo autem insomnium, sicut càm inciderit timor in nocte.* Nos proinde (dilectissimi) non facilè cōmodare fidem debemus, aut assentiri insomniis, tametsi in speciem videri possint ad nos cœlitus demissa esse (nisi adsit discretio spirituum, certa nec fallax interpres rei visæ) ne pro luce fumum inanem captemus. Num (quæso) per hoc exacerbamus aduersum nos Dominum? Adeò nihil illum hac vna re exasperamus, vt illi C etiam futuri simus gratiores, quippe qui cum timore & circumspectione nec mediocri asseruamus thesaurum ab ipso nobis concreditū. Et quidem nō pauca eius generis exēpla possimus enarrare quæ ad nos vsque peruenerunt, cùm vetera, tum nova, vt quę ætate etiam hac nostra contigerunt, de his qui per insomnia ludificationes Dæmonum perpessi sunt, & miserè conciderunt per fidem habitā insomniis. Sanè hæc præsenti scripto venirent inserēda ad cautelam legentium: At ne proposito nobis semel scopo excidamus, vnum hoc & solum vbi adiecero ceu corollarium, finem imponam præsenti Ho- D miliæ. Fuit in monte Sina monachus quidam, qui celebre adeò edidit suæ continentiæ specimen, vt in cellula multos vixerit annos inclusus. Postremò multiuariis reuelationibus diaboli & insomniis illusus, ad Iudaïsmum delapsus est, & carnis circuncisionem. Quum igitur diabolus huic identidem vera quædam insomnia demonstrasset, & veluti obiecta illecebra inescasset illius obscuratam mentem, nouissimè oculis istius obiicit copiosam turbam Apostolorum, Martyrum, aliorúmque omnis E generis Christianorum, densissimis tenebris & omni dedecore oppletam: Parte opposita, Mosen, prophetas, populum quoque Iudæorum (Deo alioqui inuisum) offert splendida admodum luce conspicuos, inque gaudio & hilaritate viram traducentes. Hæc cùm spectasset miser, in vestigio surrexit, derelictóque sancto illo monte, in Palæstinam vsque peruenit. Rectà contendit in Noara & Libyadem, asyla Iudæorum. Cū istis denarrasset quæ sibi visæ fuissent, diabolicas apparitiones, circumcisus est, ac professus Iudaïsmum, accepit vxorē, inque omniū prospectu aduersus Christianos edidit dogmata, propugnator fact' Iudaïcæ superstitionis. Hūc ego vidi ac plerique monachorū. Neq; enim quatuor anni sunt à morte illius, qua miserè perruptus est.

Monachus Sinaites, illusione Dæmonis in Iudaïsmum prolapsus.

Catharri enim profluuium aliquandiu passus, & vermium arrosione contabescens expirauit. Hunc cùm vidissemus, ego & alij aliquot monachi, correpti timore, ingenti cum luctu lamentati sumus. Erat id sanè quàm miserabile spectaculum. Vir hic totus incanuerat in monastica exercitatione, consenueratque laboribus attritus, & is tandem cum mulieribus iocatur, immundarum carnium (nempe Iudaïcarum) gustu se defœdat & inquinat, verba loquitur obscœna & impura, blasphemat Christum, Spiritum sanctum non tolerandis afficit contumeliis. Et hunc talem illi exleges Iudæi secundum vocabant Abraham. Merito igitur Dominus dicebat: *Vigilate quia nescitis qua hora fur veniet.* Inducit: *Hoc autem scitote, quia si sciret Pater familias qua hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Matth. 24. Luc. 12.

A κατάῤῥευσας γὰρ ἀπὸ χρόνων, καὶ ὑπὸ σκωλήκων βρωτὸς ἐξέψυξε. τοῦτον ἰδόντες ἐγὼ, καί τινες ἀδελφοὶ μοναχοὶ, πολλὰ ἐθρηνήσαμεν. ἦν γὰρ ἐλεεινὸν θέαμα, ἀνὴρ ὅλος πεπολιωμένος, ἐν ἀσκήσει καὶ πόνοις καταγηράσας, γυναιξὶ προσπαίζων, κρεῶν μεμολυσμένων τῶν Ἰουδαϊκῶν ἀπογευόμενος, ἄσεμνα ῥήματα λαλῶν, τὸν Χριστὸν βλασφημῶν, καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐνυβρίζων, ὅν τινα οἱ ἄνομοι Ἰουδαῖοι δεύτερον Ἀβραὰμ ἐκάλουν. εἰκότως οὖν ἔλεγεν ὁ Κύριος, γρηγορεῖτε, ὅτι οὐκ οἴδατε B ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. καὶ ἐπάγει, τοῦτο δὲ γινώσκετε, ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἂν, καὶ οὐκ εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. αὐτῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν δόξα εἰς αἰῶνας.

De pusillanimitate, & duplicitate.

Homilia LXXX.V

Περὶ ὀλιγοψυχίας καὶ διψυχίας.

Λόγος πέ.

Spiritum ad irascēdum facilem quis poterit sustinere? Prou. 18.

C NE (fratres) locum demus spiritui pusillanimitatis, nequando nostri dominetur; vt ne ipsi damnemur, dicente Scriptura: *Virum pusillanimem quis sustineat?* quin potiùs omnem nostram sollicitudinem proiiciamus in Dominum: Ipsi enim cura futura est nostri. A nobis itaque auferamus duplicitatem simul & pusillanimitatem. Nulla prorsus ex parte duplices inueniamur, dum quidvis à Deo deposcimus, in nobis ipsis insusurrantes, qui possim à Domino & petere & accipere, qui tanta in illum admisi? Magis autem toto corde conuertere ad Dominum, & pete ab eo nihil dubius aut euarians, & ita facilè intelliges quàm copiosa sint ipsius viscera misericordiæ: neque enim vllo pacto, in discrimine quo vis positum te deseret, sed plena fide satisfaciet petitioni animæ tuæ. Neque enim Deus vt homines, qui acceptæ semel iniuriæ tam solent meminisse pertinaciter. Ipse enim nullius memor iniuriæ est, magis in creaturam omnem indulgentissimè expandit suæ viscera benignitatis. Tu igitur cor tuum perpurga tantùm ab omni vacillatione & hæsitatione, ac pete ab eo, erisque tuæ petitionis compos: nam varius & anceps si deprehendêre, nihil accipies. Qui enim erga Deum animo fluctuant, ac veluti diuiduntur, isti animo duplices cùm sint, ne tantillum quidem è suis postulationibus assequuntur. Ac perfecti qui sunt fidei integritate, quum spe nitantur erga Dominum incolumi, quicquid postulant, accipiunt, quandoquidē nihil hærēdo nouerit petere. Quòd si seriùs quàm velles continget te accipere, ne ob id vacilles animo anxius, quia nō in vestigio tuę animę postulationē cōsequutus es. Omnino enim ob aliquā tētationē, aut certè quia intercidit delicti quidpiā (quod alioqui ipse ignoras) seriꝰ accipis

Non hæsitandum in oratione. Iac. 1.

Cur seriùs accipimus quæ petimus à Deo. Iac. 4.

ΜΗ δῶμεν χώραν, ἀδελφοὶ, τῷ πνεύματι τῆς ὀλιγοψυχίας, κατακυριεῦσαι ἡμῶν, ἵνα μὴ καταγνωσθῶμεν ὑπὸ τῆς λεγούσης γραφῆς, ἄνδρα ὀλιγόψυχον τίς ὑποίσει; ἀλλὰ πᾶσαν τὴν μέριμναν ἡμῶν ἐπιῤῥίψωμεν ἐπὶ Κύριον ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ἡμῶν. ἄρωμεν οὖν ἀφ' ἡμῶν τὴν διψυχίαν, καὶ ὀλιγοψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσωμεν, αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς, ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ Κυρίου, καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, D καὶ γνώσῃ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. οὐκ ἔστιν γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι, μνησικακοῦντος, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστιν, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τοῦ διστάζειν, καὶ αἴτει παρ' αὐτοῦ, καὶ λήψῃ τὸ αἴτημά σου· ἐπὰν δὲ διστάζῃς, οὐ λήψῃ. οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσιν τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. E οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες, ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ λαμβάνουσιν ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται. ἐὰν δὲ καὶ βραδύτερον λαμβάνῃς, μὴ διψυχήσῃς ὅτι οὐκ ἔλαβες ταχὺ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου· πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις

ΚΑΙΡΟΣ μὲν ἐν παντὶ πράγματι χρεία, πλὴν τῆς εὐχῆς. ἡ γὰρ εὐχὴ, πάντοτε καιρὸν ἔχει. εὐλογήσω γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ· D διὰ παντὸς γὰρ ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. καὶ, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε, καὶ ἐν παντὶ εὐχαριστεῖτε. περὶ γὰρ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ὅτι χρὴ σκοπεῖν καιρὸν, καὶ ἐπιτηρεῖν, ταῦτα ἀπὸ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ διδασκόμεθα. φησὶ γὰρ, τοῖς πᾶσιν ὁ χρόνος, καὶ καιρὸς τῷ παντὶ πράγματι· καιρὸς τοῦ σιγᾶν, καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν. καὶ εἰ ἔστι σοι σύνεσις, ἀποκρίθητι τῷ ἀδελφῷ σου· εἰ δὲ μήγε, χεῖρα ἐπίθες ἐπὶ τῷ στόματί σου. εἰ δὲ καιρὸς τοῦ λαλεῖν, καλὸν E εἰπεῖν λόγον ἐν καιρῷ. φησὶ γὰρ, ὁ λόγος ὑμῶν εἴη πάντοτε ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνασθαι. πᾶς γὰρ ὁ * λόγος, ἔγκοπος, καὶ ὁ προστιθεὶς γνῶσιν, προσθήσει ἄλγημα. ὁ δὲ προπετὴς χείλεσι, πεσεῖται εἰς κακά· δι' ἀπαιδευσίαν γὰρ γλώσσης ἐπέρχονται ὀργαί. ὁ δὲ ἄκακος τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ γλῶσσαν, ὡς ἀγαπῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. οἱ γὰρ τῇ κολακείᾳ χρώμενοι, ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων, καὶ μακαρίζοντες πλανῶσι. καιρὸς τοῦ κλαῦσαι, ἀντὶ τοῦ κακώσατε τὰς ψυχὰς ὑμῶν. καὶ καιρὸς τοῦ γελάσαι·

καὶ τοῦτο, ἀντὶ τοῦ, ἑορτάσατέ μοι τὴν ἑορτήν. ὃ γὰρ γελάσαι, χαρμοσύνη ἐστίν. καιρὸς πολέμου, τοῦτο περὶ πάλης λέγει, ὅτι ὁ διάβολος συμβάλλει τὸν ἄνθρωπον, ἐπιχειρῶν αὐτῷ διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων πειρασμῶν· καὶ καιρὸς εἰρήνης, ὅτι μετὰ τὸ πειρασθῆναι αὐτόν, περιλάμπει ἡ χάρις, χαροποιοῦσα τὴν ψυχήν. καιρὸν κρίσεως γινώσκει καρδία σοφοῦ, καὶ τοῦτο ὅταν ἐλευθερῶται τῆς πλάνης καὶ τῶν παθῶν· χαίρουσα ἡ ψυχὴ λέγει, ἔκρινέ μοι ὁ Θεὸς, ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου, ὅτι παντὶ πράγματί ἐστιν καιρὸς καὶ κρίσις, καὶ ἀπάντημα ἓν συναντήσεται τοῖς πᾶσιν αὐτοῖς· καὶ τοῦτο περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνθρώπου λέγει, διὰ τὸ ἄδηλον τοῦ βίου. ἐπάγει γὰρ ὅτι οὐκ ἔγνω ἄνθρωπος τὸν καιρὸν αὐτοῦ, ὡς οἱ ἰχθύες οἱ θηρευόμενοι ἐν ἀμφιβλήστρῳ. καὶ αὖθις, εἶδον πάντα τὸν περισπασμὸν ὃν ἔδωκεν ὁ Θεὸς τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ περισπᾶσθαι ἐν αὐτῷ. τὸ δὲ ἔδωκεν, ἀντὶ τοῦ, συνεχώρησεν, ἐκληπτέον. καλὸν οὖν, καὶ εὐαπόδεκτόν ἐστιν ποιεῖν τὸ εἰρημένον. ἔστωσαν γάρ φησιν ἐν παντὶ καιρῷ τὰ ἱμάτιά σου λευκά, καὶ ἔλαιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς σου μὴ ὑστερησάτω. τουτέστιν, αἱ μὲν πράξεις τῆς ψυχῆς σου, καὶ τοῦ σώματος διὰ παντὸς ἔστωσαν καθαραὶ καὶ ἄμωμοι. πάσῃ δὲ τῇ δυνάμει σου, τὸ ἔλαιον τῆς ἐλεημοσύνης διὰ τῶν πενήτων ἐπίχεε ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου Χριστόν. αὐτὸς γὰρ ἡμῶν ἡ κεφαλή, λέγων, ἐμοὶ ἐποιήσατε ὅσα τοῖς ἐλαχίστοις τοῖς ἀδελφοῖς μου ἐποιήσατε. καὶ διὰ τοῦ Ἡσαΐου, καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. ὅτι οὖν ἦλθεν ὁ δεκτὸς καιρός, καὶ ἡ ἡμέρα τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἡ χάρις, τοῦτον ὁ ἀπόστολος φανεροποιῶν τὸν καιρὸν, λέγει· ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας, μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία, ἀλλὰ πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν γινέσθω. ὅθεν καὶ ὁ Κύριος τοῦτον δεικνύων, ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν γραμματέων, καὶ Φαρισαίων, διὰ τί μὴ νηστεύουσιν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἀπεστόμισεν αὐτούς, λέγων· μὴ δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐφ' ὅσον χρόνον μετ' αὐτῶν ὁ νυμφίος ἐστὶν, νηστεύειν· ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι, ὅταν ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος, καὶ τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις. αὐτῷ ἡ δόξα τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A [illegible] eo, celebrate mihi diem festum. *γελάσαι* enim, tempus nimirum ridendi, lætitiæ & gaudij est index. *Tempus belli*: luctæ scilicet, quum aduersus hominem cominùs confligit, & coorItur diabolus in illum, multiplicium tentationum armatus telis. *Tempus pacis*: vbi discussa tentationum nube, serenitas amœna diuinæ gratiæ affulget & inclarescit, incredibile gaudium inserens animæ. *Tempus iudicij* nouit cor sapientis, idque cùm à lucta ac multiiuga impressione passionum emancipatur anima & asseritur in libertatem: gaudio enim perfusa dicit, *Iudicauit in me Deus de aduersario*
B *meo. Cuique enim rei præstituta sunt, & tempus & iudicium: Et vnus idemque occursus occurret omnibus his*: Hoc dicit de hominis morte, propter vitæ incertitudinem. Inducit enim: *Quia nescit homo tempus* suum, sicut pisces capti verriculo. Rursus: *Vidit omnem occupationem quam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea*. Illud, *ἔδωκε dedit*: venit exponendum pro *συνεχώρησε*, permisit. Profuerit igitur (sed & res commendatione cum primis digna) vt quod dictum est, implendum curemus, nempe illud, *Sint in omni tempore vestimenta tua candida, & oleum in capite tuo ne deficiat*: hoc
C est, actiones quidem animæ & corporis tui puræ sordium semper sint & inculpatæ. Omni proinde studio oleum eleemosynæ tuæ per pauperum manus effunde super caput tuum, Christum videlicet. Ipse enim caput nostrum est qui dicit: *Mihi fecistis quæcumque fratribus meis minimis fecistis*. Et per Esaiam: *Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis audiui te*. Sanè tempus illud sic acceptum vbi aduenit & dies salutis nostræ, nempe gratia: tunc & Apostolus illud velut indice manifestiùs prodens, ait: *Ecce nunc tempus acceptabile dies sa-*
D *lutis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed honestè & secundùm ordinem omnia fiant*: vnde & Dominus hoc ipsum tempus indicans, cùm accusaretur à Scribis & Pharisæis propterea quòd illius discipuli neutiquam ieiunarent: ora illorum temerè & impudenter oblatrantia compescuit, dicens: *Non possunt filij sponsi, quanto tempore sponsus est cum eis, ieiunare; venient autem dies, quum ablatus fuerit ab eis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus*. Ipsi gloria im-
E mortali sponso Christi Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

Luc 18. Eccl.3. Ecclesi.9. Ecclesi.1. Ecclesi.9. Matth.25. Isa.49. 2.Cor.6.

A

Alienæ calamitati indolescendum compassionis affectu.

HOMILIA XCII.

OB alienam calamitatem angi animo, incommodisque proximorum mutuiter condolescere, suffragari item & collaborare, quàm sit Deo gratiosum & acceptum, quis explicet? Hoc etenim re ipsa vt præstemus, vel debito obstringimur, vt qui serui sumus, assessores & subministri Dei Verbi, vt illi nos probemus in cuius accenturiati sumus & adscripti militiam, à quo relaturos nos stipendia nauatæ insigniter operæ certò scimus. Animam vtique ad officia exercendę pietatis erga proximos mirè habet proclinem, quisquis sic condolescit alienæ infœlicitati. Qui talem possidet animam, nihil non bonorum ex se, tanquam ex illimi quopiam fonte edet, & in cœlum transcribet. Quòd si facultates habuerit & peculium, nihil dubitabit id in hunc pietatis vsum depromere atque insumere. Si quem viderit calamitate premi, prorumpet in fletum: si quem compererit oppugnari calumnia, manum illi exporriget auxiliarem, nec vlli alij talem deseret, quotquot ad se peruenerint. Certatim igitur contendamus, vt fides nostra, charitas, patientia, tanquam galea, & quasi hasta, omnisque species armorum, nos in procinctu spirituali conserentes, circunsistant. Longanimitatem mutuam inuicem præstemus, vitam hanc exigamus in mansuetudine & placabilitate, vt & nobiscum Deus. Abiectum & humilem lacrymantem ne contemptim prætereamus, vt ne lacrymæ tempore orationis fusæ, à Deo despectim videantur. Si qua interim gratuita dona possidemus, ne quid hinc nobis arrogemus, quin potiùs pio affectu compartiamur non habenti, eóque nobiscùm id doni in finem vsque permanebit. Dicit igitur qui inter primos in proximorum affectu pientissimo legitur fuisse Iob:

Iob 30. & 31. *Ego autem super omni impotente fleui, ingemui verò, si quem vidi virum afflictum necessitate, &*

In absoluta oratio. *quod si despexi nudum, nec vestiui eum.* Et, *Ianua autem mea omnibus aperta fuit.* Eôdem respicit illud Tobiæ: *Eleemosynas multas faciebam: si quando videbam mortuos in humum proiectos, colligebam & sepeliebam eos.* Propheta

Osee 6. Osee: *Persequamur, vt cognoscamus Dominum, propter quod misericordiam vult & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta.* Mi-

Matth. 9. chæas: *Annunciatum est tibi, ô homo, quid bonum,*

Mich. 6. *aut quid Dominus quærit à te, nisi facere iudicium & diligere misericordiam?* Sed & in Sapientia habes:

Prou. 24. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & redimere occisos*

Iac. 2. *ne parcas.* Iacobus itē, *Si frater aut soror nudi fuerint & egeant victu quotidiano, dicat autē quis illis:*

Coloss. 3. *Ite in pace, calefacimini & saturamini, non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corporis, quid proderit?* Admonet autem & Paulus dicens: *Induimini igitur tanquam electi Dei, sancti, dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, longanimitatem, supportantes inuicem.*

Περὶ τοῦ συμπάσχειν.

Λόγος ϟβʹ.

ΤΟ συμπάσχειν ἀλλήλοις, καὶ συναλγεῖν, συντρέχειν τε, καὶ συγκοπιᾷν, εὐάρεστόν ἐστι τῷ Θεῷ. καὶ γὰρ χρεωστοῦμεν τοῦτο πράττειν, ὡς δοῦλοι, καὶ πάρεδροι, καὶ ὑπηρέται τοῦ

B Θεοῦ λόγου. ἵνα εὐαρέστωμεν, ᾧ ἐστρατεύθημεν. ἀφ' οὗ καὶ τὰ ὀψώνια κομισώμεθα. ψυχὴν ἐλεήμονα κέκτηται ὁ συμπαθής. ὁ γὰρ τὴν ψυχὴν τοιαύτην ἔχων, πάντα ἀναβλύσει τὰ καλά. κἂν γὰρ χρήματα ἔχῃ, προήσεται· κἂν ἐν συμφοραῖς ἴδῃ τινά, κλαύσεται, κἂν ἐπηρεαζόμενον περιτύχῃ, χεῖρα ὀρέξει, καὶ οὐδενὶ παραλείψει τῶν εἰς αὐτὸν φθανόντων. ἀγωνισώμεθα οὖν ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν, καὶ ἡ ἀγάπη, καὶ ἡ ὑπομονή, ὡς περικεφαλαία καὶ ὡς δόρυ, καὶ πανοπλία ἡμῖν ἔστωσαν, μακροθυμοῦν-

C τες μετ' ἀλλήλων, καὶ ἐν πρᾳότητι διάγοντες, ὡς καὶ ὁ Θεὸς μεθ' ἡμῶν. ταπεινὸν δακρύοντα μὴ παρίδωμεν, ἵνα μὴ παροφθῇ τὰ τῆς εὐχῆς ἡμῶν δάκρυα. καὶ ἐάν τι χάρισμα ἔχωμεν, μὴ ἀλαζονευώμεθα, ἀλλὰ συμπαθήσωμεν τοῖς μὴ ἔχουσι, καὶ παραμένει ἡμῖν τὸ δώρημα ἕως τέλους. λέγει οὖν πρῶτος ὁ συμπαθήσας Ἰώβ, ἐγὼ δὲ ἐπὶ παντὶ ἀδυνάτῳ ἔκλαυσα· ἐστέναξα δέ, ἰδὼν ἄνδρα ἐν ἀνάγκαις· καί, εἰ δὲ καὶ ὑπερεῖδον γυμνόν, καὶ οὐκ ἠμφίασα· καί, ἡ δὲ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἀνέῳκτο. ὡσ-

D αύτως καὶ ὁ Τωβίας. ἐλεημοσύνας φησὶν πολλὰς ἐποίουν· καὶ ὅταν ἐθεώρουν τεθνεῶτας ἐρριμμένους, συνέστελλον, καὶ ἔθαπτον αὐτούς. ὁ δὲ προφήτης Ὠσηέ φησι· διώξωμεν τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, διότι ἔλεον θέλει, καὶ οὐ θυσίαν· καὶ ἐπίγνωσιν Θεοῦ, ἢ ὁλοκαυτώματα. καὶ ὁ Μιχαίας, εἰ ἀνηγγέλη σοι, ἄνθρωπε, τί καλόν· ἢ τί Κύριος ἐκζητεῖ παρὰ σοῦ ἀλλ' ἢ τοῦ ποιεῖν κρῖμα, καὶ ἀγαπᾷν ἔλεος; ἔχεις δὲ καὶ ἐν τῇ Σοφίᾳ, ῥῦσαι ἀπαγομένους εἰς θάνατον· καὶ ἐκπριοῦ κτεινομένους μὴ φείσῃ. ὁ δὲ Ἰάκωβος, ἐὰν

E ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ γυμνοὶ ὑπάρχωσιν, καὶ λειπόμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, εἴπῃ δέ τις αὐτοῖς, ὑπάγετε, ἐν εἰρήνῃ θερμαίνεσθε, καὶ χορτάζεσθε, μὴ δῶτε δὲ αὐτοῖς τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος, τί τὸ ὄφελος; παραινεῖ δὲ καὶ ὁ Παῦλος, λέγων, ἐνδύσασθε οὖν, ὡς ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ, ἅγιοι, καὶ ἠγαπημένοι, σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, χρηστότητα, ταπεινοφροσύνην, πρᾳότητα, μακροθυμίαν,

ἀνεχόμενοι ἀλλήλων. φησὶ δὲ καὶ περὶ ἑαυτοῦ, ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ· ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου τῶν κατὰ σάρκα· καὶ ὅτι εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. καὶ ὁ Πέτρος· τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, ταπεινόφρονες, μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας. τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε. ὁ δὲ εὔσπλαγχνος Κύριος βουλόμενος υἱοὺς ἡμᾶς ἀναδεῖξαι τοῦ οἰκείου πατρὸς, φησὶ· γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος, οἰκτίρμων ἐστίν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ μὴ προσωποληπτεῖν. Λόγος ϟγ΄.

Ἡ Προσωποληψία γειτνιάζει τῇ ἀνθρωπαρεσκίᾳ, ἀμφότερα δὲ μεμπτέα καὶ ἀπηγορευμένα παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ εὑρίσκομεν. ἀεὶ γὰρ οἱ προσωπολῆπται λόγους κολακευτικοὺς, καὶ μακαρισμοὺς ψευδεῖς τοῖς ἐν ὑπεροχῇ καὶ δυναστείᾳ ὑπάρχουσι, ξύλα καὶ χόρτον, ὕλην εὔφθαρτον προσυπαφλέγοντες, ἐκ τῆς φύσεως αὐτῶν πυρί. περὶ ὧν φησιν ὁ προφήτης, οἱ μακαρίζοντες ὑμᾶς, πλανῶσιν ὑμᾶς, θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν. πλούσιος γὰρ προστίθησι φίλους πολλοὺς, ὁ δὲ πτωχὸς καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπάρχοντος φίλου διαχωρίζεται. καὶ ἡ σοφία τοῦ πένητος ἐξουδενωμένη. οὐ θέμις τοιγαροῦν οὕτως ἡμᾶς πράττειν, ἀλλ' ὀφείλομεν πάντες ὁμοπιστίαν Θεοῦ λαβόντες, ἐντρέπεσθαι ἀλλήλους, καὶ μὴ κατὰ σάρκα ὁρᾷν τὸν πλησίον, ἀλλ' ἐν Χριστῷ ἀλλήλους διὰ παντὸς ἀγαπᾶν. καὶ μηδὲν ἔσω ἐν ὑμῖν ὃ δυνήσεται ὑμᾶς μερίσαι· ἀλλὰ τοὐναντίον, κατὰ τὸν ὑμνῳδὸν, ἐξέλεσθε πένητα καὶ πτωχὸν, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ ῥύσασθε αὐτόν· ὁ γὰρ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων, κατῃσχύνθησαν ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς. οὐ γὰρ καλὸν αἰδεῖσθαι πρόσωπον, κατὰ τὴν γραφὴν, ἐν κρίσει. καὶ μὴ λάβῃς πρόσωπον κατὰ τῆς ψυχῆς σου, μηδὲ ἐντραπῇς εἰς πτῶσίν σου. φησὶ δὲ καὶ ὁ δίκαιος Ἰὼβ, νῦν δὲ εἰσβλέψας εἰς πρόσωπον ὑμῶν, οὐ ψεύσομαι. καὶ ὁ Ἰάκωβος, ἀδελφοὶ, μὴ ἐν προσωποληψίαις ἔχετε τὴν πίστιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἐὰν γὰρ, φησιν, εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, καὶ ἐπιβλέψητε ἐπὶ τὸν φοροῦντα τὴν ἐσθῆτα τὴν λαμπρὰν, καὶ εἴπητε αὐτῷ, σὺ κάθου ὧδε καλῶς· καὶ τῷ πτωχῷ, σὺ στῆθι ἐκεῖ, οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν;

A Sed & de seipso: *Veritatem dico, non mentior, quia tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi* Rom.9. *meo: optabam enim ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis cognatis meis secundum carnem.* Et: *Quia sive patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.* Petrus: *In fine autem, omnes vnani-* 1.Petr.3. *mes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.* Ipse etiamnum Dominus ineffabilis clementiæ nos quum vellet declarare insigni B quopiam argumento suiipsius Patris germanos esse filios, ait: *Estote misericordes sicut & Pater ve-* Luc.6. *ster cœlestis misericors est.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

De non habenda personarum acceptione

HOMILIA XCIII.

PErsonæ acceptio, germana vicinitate adnectitur ambitioni, qua gratiam captas hominum & fauorem. Edicto diuinę scripturæ, com- C perimus nobis vtroque esse interdictum, vt reprehensibili ac vitioso. Qui enim vitio isti accipiendæ personæ obnoxij sunt, nullo non tempore sermones promunt assentatorios, ac nescio cuius cõmentitiæ beatitudinis prætexunt vmbram iis qui prærogatiua quapiam eminent dignitatis & potẽtiæ: videlicet proferunt ligna & fœnũ: vtique materiam suapte natura accliuem corruptioni, incendentes igne, de quib. ait & Propheta: *Qui vos beatificant, seducunt vos*: admirantes personas quæstus causa. Diues enim addit amicos multos, pauper verò, & ab eo qui erat amicus, disparatur. *Sapientia pauperis nihili* Isa.3. *habita ac despecta.* Atq; non iustũ sit talia vt ope- D remur, debemus magis fidẽ nihilo disparẽ complexi mutuo nos reuereri honore: non quidem metientes proximũ germanitate carnis, sed in Christo inuicẽ amoris indiuidui glutino cõfœderati, adeo vt nihil alicũde occurrat, quod nos possit à cõpagine mutuæ dilectionis dirimere: sed è diuerso iuxta sententiã eius qui hymnos emodulatus est, *Eripite pauperem, & egenum, de* Psal.8. *manu peccatoris liberate eum: Deus enim dissipauit* Psal.52. *ossa eorũ qui hominibus placent: Confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos.* Non enim bonũ reuereri perso- Prou.18.24. E nam in iudicio, iuxta Scripturam. Et, *Ne accepe-* Deut.16. *ris personam contra animam tuam, ne autem confundaris in casum tuũ.* Iustus itẽ Iob: *Nũc autẽ in specta persona vestra non mentiar.* Iacobus quoque: *fratres nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi, si enim introieris in conuentum vestrum vir habens aureum annulum in veste splendida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendentes in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?*

Inducit: *Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturam (Diliges proximum tuum sicut te ipsum) benefacitis: si autem personam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores*. Nec abludit Parœmiastes: *Admirari personam impij non est bonum, neque sanctum declinare iustum in iudicio*. Alius: *Vereri*

Prou.24. *personam in iudicio, non est bonum: qui dicit impio, iustus est: maledicetur in populis: & odibilis erit inter gentes: qui autem reprehendunt, meliores apparebunt, super eos autem veniet benedictio*

Rom.2. *bona*. Paulus item: *Non enim est personarum acceptio apud Deum*. Iterum: *Ab his qui videbantur esse, quales aliquando fuerint, nihil mea interest: personam Deus non accipit*. Deus proin-

1.Reg.16. de Samuëli de filiis Iesse ait: *Ne respicias in vultum & ad magnitudinem eius, quia homo in faciem videbit, Deus autem intuetur cor*. Ipse

Matth.12. porrò Dominus cùm à quodam audiuisset:

Marc.3. *Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te*, respondit illi: *Quæ est mater mea & qui*

Luc.8. *sunt fratres mei?* cúmque extendisset manum suam in discipulos, dixit: *Ecce mater mea & fratres mei: quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui est in cœlis, hic meus frater & mater est*. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Cohabitandum paucis quidem, sed bonis.

Homilia XCIIII.

Contentionum causa est, Deũ non timere.

PRofuerit (charissimi) cum paucis quidẽ habitare, sed bonis: id quod Deo lõgè gratius, quàm vt multis cohabites qui sunt contemptores mandatorũ Domini. Vbi enim timor Domini, illic charitas & fratrũ concordia: vbi nullius relinquitur timori Dei locus, ibi cõtẽtio ac zelus: vbi reuerẽtia ac pietas erga Deũ, & amabilis erga proximũ affectus, illic intermedius horum habitat Deus: vbi autẽ inuidia ac malè morigera & inobsequẽs subiectio, illic è regione ambitio regnat gloriæ inanis. Cõmodũ fuerit ac frugi nos mordicùs tueri ac retinere simplicitatẽ & innocentiã, atq. ad infãtilis vitæ formulã mores instituere, quib. incõperta est prorsus improba malignitas, humanæ vitæ expultrix, neq; simus aduersum nos inuectæ vllius iniuriæ memores, neu per malitiã leges prẹuaricemur: magis autẽ omnẽ deponamus malitiam, omnẽ amaritudinẽ diuinæ legis præuaricatricẽ, inque vnũ coalescamus spiritũ, omni prorsus à nobis depulsa simulatione, quatenus in nobis dignetur habitare Dominus pacis, vt spiritus ipse reualescat, pristinæ sanitati quã gratuito acceperat, in integrum restitutus. Si quispiam nostrum vestem dederit fulloni, nouam quidem illam atque incolumem; & hanc à fullone recipere velit;

καὶ ἐπάγει, εἰ μέντοι νόμον βασιλικὸν τελεῖτε κατὰ τὴν γραφήν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, καλῶς ποιεῖτε· εἰ δὲ προσωποληπτεῖτε, ἁμαρτίαν ἐργάζεσθε, ἐλεγχόμενοι ὑπὸ τοῦ νόμου ὡς παραβάται. ὁμοίως καὶ ὁ παροιμιαστής, θαυμάσαι πρόσωπον ἀσεβοῦς οὐ καλόν, οὐδὲ ὅσιον ἐκκλίνειν τὸ δίκαιον ἐν κρίσει. καὶ ἄλλος. αἰσχύνεσθαι πρόσωπον ἐν κρίσει, οὐ καλόν. ὁ εἰπὼν τὸν ἀσεβῆ, δίκαιός ἐστιν, ἐπικατάρατος λαοῖς ἔσται, καὶ μισητὸς εἰς ἔθνη. οἱ δὲ ἐλέγχοντες, βελτίους φανοῦνται, ἐπ' αὐτοὺς δὲ ἥξει εὐλογία ἀγαθή. καὶ ὁ Παῦλος, οὐ γάρ ἐστι προσωποληψία παρὰ τῷ Θεῷ. καὶ πάλιν, ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναί τι, ὁποῖοί ποτε ἦσαν, οὐδέν μοι διαφέρει· πρόσωπον Θεὸς ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει. ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸν Σαμουήλ, περὶ τῶν υἱῶν Ἰεσσαί, μὴ ἐπιβλέψῃς, φησίν, εἰς τὴν ὄψιν καὶ εἰς τὸ μέγεθος αὐτοῦ, ὅτι ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον βλέψεται, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν ὁρᾷ. αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἀκούσας παρά τινος, ἰδοὺ ἡ μήτηρ σου, καὶ οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἑστήκασι ζητοῦντές σε, ἀπεκρίθη αὐτῷ, τίς ἐστιν ἡ μήτηρ μου, καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; καὶ ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, εἶπεν, ἰδοὺ ἡ μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου. ὅστις γὰρ ἂν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, οὗτός μου ἀδελφός, καὶ ἀδελφή, καὶ μήτηρ μού ἐστιν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ τοῦ οἰκεῖν μετὰ ὀλίγων καλῶν.

Λόγος ϟδ'.

ΚΑΛΟΝ ἐστιν, ἀγαπητοί, οἰκεῖν μετὰ ὀλίγων εὐαρεστούντων τῷ Θεῷ, ἤπερ μετὰ πολλῶν καταφρονητῶν τῶν ἐντολῶν Κυρίου. ὅπου γὰρ φόβος Κυρίου, ἐκεῖ καὶ ἀγάπη, καὶ ὁμόνοια ἀδελφῶν· ὅπου δὲ ἀφοβία, ἐκεῖ ἔρις καὶ ζῆλος· ὅπου εὐλάβεια Θεοῦ, καὶ στοργὴ τοῦ πλησίον, ἐκεῖ ὁ Θεὸς οἰκεῖ ἐν μέσῳ αὐτῶν· ὅπου δὲ φθόνος καὶ ἀνυποταξία, ἐκεῖ ὁ ἐκ κενοδοξίας ἐναβρύεται. καλόν ἐστι κρατεῖν τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀκακίαν, καὶ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν, τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων· καὶ μὴ εἶναι μνησικάκους, μήτε παρανόμους τῇ κακίᾳ, ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κακίας, καὶ τὰς πονηρίας, καὶ τὰς πικρίας τὰς παρανόμους, καὶ γενέσθαι ἓν πνεῦμα, καὶ τὰ σχήματα τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι, ὅπως ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς γένηται, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιές, καὶ τοῦτο θέλει κομίσασθαι

fullo

ὁ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον, ἀποδώσει, ἆρα ἀπολήψεται αὐτό; οὐχὶ μαχήσεται, καὶ ὑβρίσει, λέγων αὐτῷ, ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα, διὰ τί αὐτὸ ἔσχισας, καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; εἰ οὖν οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπείληφεν ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν ἡμεῖς παθεῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τὸ πνεῦμα λαβόντες ὑγιές, καὶ τοῦτο λυπήσαντες, καὶ ἀχρειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρῆσιν δύναται εἶναι τῷ κυρίῳ ἑαυτοῦ; ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος ὑφ᾽ ἡμῶν κατεφθάρη. τῷ γὰρ ἐν ἔρισι, καὶ ζήλῳ, καὶ πάσῃ ἀνομίᾳ διάγειν, φανερὸν ὅτι ὀργὴν καὶ θάνατον παρὰ Κυρίου ἑαυτοῖς ἐπιφερόμεθα. αἱρετώτερον οὖν ἐστι μετὰ ὀλίγων καλῶν διάγειν, ἢ μετὰ πλήθους ἀχρήστων, εἰ μὴ ἔστι φόβος Κυρίου μετ᾽ αὐτῶν. κρείσσων γὰρ εἷς δίκαιος, ἢ χίλιοι ἁμαρτωλοί. ἐν συναγωγῇ γὰρ ἁμαρτωλῶν ἐκκαυθήσεται πῦρ. καὶ, εἰ ᾖ σκληροτράχηλος, θαυμαστὸν τοῦτο, εἰ ἀθῳωθήσεται. ἔλεος γὰρ καὶ ὀργὴ παρὰ Κυρίου. καὶ ἄλλος, μὴ ἐπιθύμει πλῆθος ἀχρήστων· ἐὰν πληθυνθῶσι, μὴ εὐφραίνου ἐπ᾽ αὐτοῖς, εἰ μὴ ἔστι φόβος Κυρίου μετ᾽ αὐτῶν. μὴ ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν, στενάξεις γὰρ πένθει ἀώρῳ. κρείσσων γὰρ εἷς δίκαιος ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ἢ μύριοι παράνομοι. καὶ δίκαιον ἀποθανεῖν ἄτεκνον, ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ. ἀπὸ γὰρ ἑνὸς συνετοῦ συνοικισθήσεται πόλις. ὁ δὲ ἀπόστολός φησιν, ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ. καὶ, ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. καὶ ἐπιφέρει, ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα καὶ ὀστράκινα. καὶ ἃ μὲν εἰς τιμήν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. ὅσοι οὖν ἐσμὲν ξύλινα καὶ ὀστράκινα σκεύη, ἐκκαθάρωμεν ἑαυτούς, ἵνα γενώμεθα σκεύη χρηστὰ τῷ δεσπότῃ, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένα. καὶ μὴ ἀκούσωμεν παρὰ τοῦ δεσπότου, πορεύεσθε ἀπ᾽ ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. ὁμοία γάρ, φησιν, ὁ Κύριος, ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ· ἣν ὅτε ἐπληρώθη, ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, συνέλεξαν εἰς ἄγγεια, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον. καὶ ἐπιφέρει, οὕτως ἔσται ἐν τῇ συντελείᾳ, ἐξελεύσονται οἱ ἄγγελοι, καὶ ἀφοριοῦσι τοὺς πονηροὺς ἐκ μέσου τῶν δικαίων, καὶ βαλοῦσιν αὐτοὺς εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμός, καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί,

A fullo autem si frustillatim concisam & dissectam reddiderit, itáne (quæso) accipiet eam Dominus vestis? Nunquid non cum illo velitaribus verbis delitigabit, vitióque illi vertet, dicens: vestimentum dedi in munus tuas sanum & incolume, quid ita lacerè concidisti, vt nulli iam vsui accommodatum redderes? Quòd si vnus aliquis pro qualicunque vestimento, ad eum modum mœrore conficitur, pugnáque velitari contendit, quia non integrum recipit: quantum nos adituros supplicij par est credere, vltore Domino, qui cùm spiritum acceperimus nulla contagione decolorem, sed sanum, ipsum mœrere fecimus, quòdque vitam hanc nostram minùs composuimus religiosè, reddidimus inutilem adeò, vt nulli iam vsui esse possit Domino suo? Vsus enim ipse spiritus nostri, nostra ipsorum culpa deperiit: Dum enim sic per contentionem, zelum, & omnifariam iniquitatem vitam traducimus, vtique nulli obscurum est, quin ipsi nobismet apud Domiuum conciliemus iram, denique & mortem. Multo igitur sit præstabilius degere cum paucis qui boni sint, quàm cum crebra multitudine inutilium, vt & diuinæ tradiderunt Scripturæ. Ait enim Parœmiastes: *Ne desideres esse cum multitudine inutilium, nisi adsit timor Domini cum eis: melior enim est vnus iustus, quàm mille peccatores: In synagoga enim peccatorum, exardescet ignis: & si fuerit vnus duræ ceruicis, mirabile hoc si innocens erit: misericordia enim & ira à Domino.* Alius item: *Ne concupiscas multitudinem inutilium, si multiplicati fuerint: ne læteris super eis, nisi sit timor Dei cum ipsis: ne te credas vitæ illorum, ingemisces enim luctu intempestiuo, melior enim vnus faciens est voluntatam Domini, iustus, quàm decem millia præuaricantium legem.* Et: *Iustius est emori sine liberis, quàm habere filios impios: ab vno enim sensato inhabitabitur ciuitas.* Apostolus proinde: *Nouit Dominus qui sunt eius.* Et, *Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen Domini.* Infert: *In magna autem domo non solùm sunt vasa aurea & argentea, sed lignea & testacea: quædam quidem in honorem, quædam verò in contumeliam.* Quotquot igitur sumus lignea vasa & testacea, expurgemus nosmetipsos vt efficiamur vasa ad vsum Domini accommoda, ad omne bonum apparata, vt ne tandem ab ipso contingat nos audire, *Discedite à me maledicti, amen dico vobis, non noui vos vnde sitis.* Idem Dominus: *Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quæ cùm impleta esset, ascenderunt ad litus, & elegerunt bonos in vasa sua, putridos verò foras miserunt.* Infert: *Sic erit in consummatione: exibunt Angeli & separabunt malos de medio iustorum: & mittent eos in caminum ignis ardentem: ibi erit fletus & stridor dentium: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi;*

Eccl. 16.

Ibid.

2 Timot. 2.

Matth. 13.

P

Lata enim est porta & spaciosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui gradiuntur per eam. De paucis proinde piis ac bonis, ait: *Quia angusta est porta* & tribulationum spinis septa vndique via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per eam. Iterum: *Noli timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Matt. 7. *Luc. 13.* *Luc. 12.*

A πλατεῖα γὰρ ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. περὶ δὲ τῶν ὀλίγων ἀγαθῶν καὶ καλῶν φησιν, ὅτι στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς. καὶ πάλιν, μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον, ὅτι εὐδόκησεν ὁ πατὴρ ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Temperandum à solutiore & immoderato risu

Homilia XCV.

Περὶ τοῦ μὴ γελᾷν.

B

Λόγος ϟε΄.

Risus solutus Christianis illicitus. RIDERE solutius neutiquam iis permissum qui sint germanè Christiani: omninò minimè conuenit monachis, qui se iam crucifixerunt mundi istius vitiis. Ait enim Dominus, *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.* *Luc. 9.* *Christi clauis non transfigitur, qui solutus risu.* Qui (quæso) probabile sit, hunc crucis Christi dulcibus clauis esse transfixum, qui sic soleat profusiore lætitia diffundi & ridere solutiùs? Neque enim ad eiusmodi animi elationem aut risum solutiorem vocati sumus, ne per hæc demum contingat nos assequi vnà cum ethnicis illud, Væ, magis verò per luctum, gustum qualemcumque prælibemus interoræ consolationis. *Luc. 6.* Pro animæ enim paranda salute vniuersus hic nobis susceptus est agon, cui aliàs non mediocre impendet periculum, non leue eam tormentum manet, sed æternum. Quis enim in inferno reliquitur confessioni locus? Nullis illic lacrymis aut suspitiosis gemitibus ira flectitur iudicis æquissimi. In nullius item gratiam, præfinitæ legis terminus prorogari illic potest, sed neque pœnitentia vlla iam resider. Ab exitu istius vitæ nulli conceditur reditus: quin ad metam vbi peruentum est huius peregrinationis, nihil iam occurret peccatrici animæ non plenum amaritudinis, nihil non plenum intolerabilis molestiæ & acerbitatis iis qui indultum ad pœnitentiam tempus neglectim & sine fructu transmiserint. *Animæ peccatricis status post hanc vitam.* His enim primum horrenda prorsus nullique non formidabilis facies peccatorum quæ eatenus admiserint, vltrò se ingeret visendam, dirum planè spectaculum & omni supplicio amarius. Sed & hos conscientia interiore flagro conscindens, eo adiget vt contineanter & vociferentur & eiulent verbis illis comploratione omni dignissimis: Væ mihi: quid ni hunc præuidi diem, miser ego? Is quaquauersum circumaget oculos, Angelos illic circumuolitantes intuebitur, à commiseratione vsque adeò abhorrentes, vt vel sola specie incredibilem atque intolerandum incutiant spectatori terrorem. *Angeli circumuolitantes.* Sub horam tantæ istius adeundæ necessitatis suspirabunt amariùs, quum nunquam finiendis, sed æternum duraturis tradentur tenebris illis exterioribus cum fletu & stridore dentium, quando nunquam intermoriturо vermi arrodendi mancipabuntur, cùm in profundam inferni voraginem agentur præcipites,

ΤΟ γελᾷν ὅλως Χριστιανοῖς οὐκ ἐπιτρέπεται, μάλιστα δὲ μοναχοῖς, τοῖς σταυρώσασιν ἑαυτοὺς τῷ κόσμῳ. Εἴ τις γὰρ θέλῃ, φησὶν, ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι. καὶ πῶς ἐνδέχεται τὸν ἐμπεπαρμένον τοῖς γλυκέσι ἥλοις τοῦ σταυροῦ, διαχεῖσθαι καὶ γελᾷν. οὐ γὰρ εἰς μετεωρισμὸν ἐκλήθημεν, καὶ γέλωτα,
C ἵνα κληρονομήσωμεν τὸ, οὐαὶ, ὡς οἱ ἐθνικοὶ, ἀλλὰ διὰ τοῦ πένθους τῆς παρακλήσεως ἐντὸς γενώμεθα. περὶ γὰρ ψυχῆς ἅπας ὁ ἀγὼν ἡμῶν γένηται, περὶ ἧς πολὺς κίνδυνος, καὶ ὁ αἰώνιος βάσανος· οὐκ ἔστι γὰρ ἐν ᾅδου ἐξομολόγησις, οὐκ ἔστι δάκρυα καὶ στεναγμοὶ, τὰ δυσωποῦντα τὸν κριτήν· οὐκ ἔστι προθεσμίας ὅρος ἐκεῖ, οὐδὲ μετάνοια, οὐκ ἔστιν ἐπάνοδος μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον· ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν πάντα ὄντα πικρὰ καὶ χαλεπὰ συναντήσουσιν τοῖς ἀπολέσασι τὸν καιρὸν τῆς μετανοίας. συ-
D ναντήσονται γὰρ αὐτοῖς ἡ φρικώδης καὶ φοβερὰ ὄψις ἐκείνη τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων πάσης κολάσεως πικροτέρα, καὶ συνειδὸς μαστίζον αὐτοὺς ἔνδοθεν συνεχῶς φθέγγεσθαι τὰ ἐλεεινὰ ῥήματα ἐκεῖνα. οἴμοι ἐγὼ, ὅτι ἴδον τὴν ἡμέραν ταύτην. ὅπου γὰρ ἐὰν περιαγάγῃ τὸν ὀφθαλμὸν, ἐκεῖ ὄψεται ἀγγέλους ἀνελεήμονας, φρικωδέστατον ἔχοντας εἶδος. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ ὥ-
F ρᾳ τῆς ἀνάγκης, στενάξουσιν πικρῶς, ὅταν θανάτῳ καὶ αἰωνίῳ παραδίδωνται σκότει ἐξωτέρῳ καὶ κλαυθμῷ, καὶ βρυγμῷ ὀδόντων, καὶ σκώληκι ἀτελευτήτῳ, καὶ πυθμένι ᾅδου,

ἐξωτέρῳ, καὶ γεέννῃ χαλεπωτάτῃ. Ταῦτα γὰρ δεῖ περιβλέπεσθαι τὰ βασανιστήρια, τὰ ἀπεκδεχόμενα τοὺς ἁμαρτωλούς· καὶ μὴ διαχεῖσθαι ἐν γέλωτι, ἢ μετεωρισμοῖς. ἀλλὰ μᾶλλον ἀτενίζειν ἀδιαλείπτως εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, καθὼς ὁ μακάριος Δαβὶδ, ἀποβλέπων εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἔλεγεν· ὡς ὀφθαλμοὶ δούλων εἰς χεῖρας τῶν κυρίων αὐτῶν· οὕτως οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν. καὶ πάλιν, οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου. οὕτως καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν νήφειν, καὶ ἐφορᾷν εἰς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν ὑπὸ τῶν θανατηφόρων ὄφεων, τουτέστι, τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. οἱ γὰρ ὑπὸ χάριν ὄντες, ἀεὶ κατὰ νοῦν ἔχουσι τὰ ἑαυτῶν πλημμελήματα, καὶ θαυμάζοντες τὴν ἀγαθότητα τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς, ἐκ πόσων κακῶν ἐρρύσατο ἡμᾶς ὁ Θεός· καὶ τί ἡμεῖς οἱ ἀνάξιοι ἔχομεν ἀποδοῦναι αὐτῷ; καὶ μὴ ἐν γέλωτι, καὶ μετεωρισμῷ ἀναλίσκωμεν τὰς τῆς παροικίας ἡμῶν ἡμέρας. πάσῃ οὖν φυλακῇ τηρήσωμεν ἑαυτοὺς, ἀγαπητοὶ, τοῦ μὴ ἁλῶναι ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, ἐν τοῖς δικτύοις τοῦ γέλωτος· πολλὰ γάρ εἰσι τὰ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενα ἄτοπα καὶ διαβολικὰ πάθη· τῶν γὰρ ἀφρόνων ἐστὶν ὁ γέλως, μᾶλλον δὲ τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐμπαιζομένων ἀσώτων. διὰ τοῦτο οὖν οὐ συμφέρει ἄφρονι τρυφὴ, ἵνα μὴ ἐπαίρηται. ὥσπερ ὁ ἐξ Αἰγύπτου λαὸς ἐξελθών. ἐκεῖνοι γὰρ ὅτε ἀπηλλάγησαν τῶν Αἰγυπτίων, καὶ εἶδον τὸν βυθὸν αὐτῶν τάφον γεγενημένον, τότε εἰς εἰδωλολατρείαν ἐτράπησαν· διαβάντες γὰρ τὴν θάλασσαν, καὶ μηδὲν κινδυνῶδες ὑπομείναντες, ἐλθόντες εἰς τὴν γῆν ἐναυάγησαν· ὅτε τῆς πικρᾶς δουλείας, καὶ τοῦ πένθους ἐλευθερώθησαν, τότε ἐξώκειλαν. καλῶς εἶπεν ὁ παροιμιαστής· φησὶ γὰρ, γέλως ἀσυνέτων ἐν σπατάλῃ ἁμαρτίας. καὶ πάλιν, ἄφρων ἐν γέλωτι ἀνυψοῖ φωνὴν αὐτοῦ· ἀνὴρ δὲ πανοῦργος, μόλις ἡσυχῇ μειδιάσει. καὶ πάλιν, ὃς κατασπαταλᾷ ἐκ παιδόθεν, οἰκέτης ἔσται· ἔσχατον δὲ ὀδυνηθήσεται ἐφ' ἑαυτόν. καὶ ἐπάγει· ὡς φωνὴ τῶν ἀκανθῶν ὑπὸ τὸν λέβητα, οὕτως ὁ γέλως τῶν ἀφρόνων. ἡμεῖς οὖν εἴπωμεν σὺν τῷ Ἰὼβ, εἰ δὲ καὶ ἤμην πεπορευμένος μετὰ γελοιαστῶν, τὰ δέ μοι σκυθρωπὰ συμβαίνοι. ἢ καὶ μετὰ Ἱερεμίου, Κύριε οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου παιζόντων αὐτῶν, ἀλλ' εὐλαβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου, καὶ κατὰ μόνας ἐκαθήμην, ὅτι πικρίας ἐπλήσθην. ὁ δὲ Ἰάκωβος, οὐ μόνον τοῦ γελᾶν ἀποτρέπει, ἀλλὰ καὶ κλαίειν ἐπιμελῶς καὶ ὀλολύζειν προστάττει.

A nempe in tartarum ac gehennam omni acerbitate superiorem. Hæc planè sunt, sunt (inquam) loca hæc atrocissimi examinis, omni recogitanda circumspectione, quæ peccatrices animas hiulco ore excipiunt: non item sic animus diffundi debet risu solutiore, aut insolescere per elationem. Præ eiusmodi tamen par est, oculos mentis indiuulsè & pressiùs defigere in propositum omnibus ceu scopum, gratiam Dei: quemadmodum & beatus Dauid, qui cùm ipsius gratiam venerabundus suspiceret, cum admiratione dicebat, *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.*

Risu diffundi non debemus, sed gehenna cruciatus meditari.

Psal. 122.

B Iterum: *Neque elati sunt oculi mei.* Ad eum modum debemus & nos attenti esse & peruigiles, inque eam Dei gratiam oculos mentis fixiùs intendere, ne ipsi occumbamus in mortem, lethali dum abripimur morsu serpentium, hoc est, quæ ipsi admisimus, peccatorum. Qui enim se agnoscunt subesse legi gratiæ, sua ipsorum delicta nullo non tempore habent præ oculis cordis: secúmque, dum benignitatem erga se demirantur, taciti insusurrant, è quantis nos malis Deus ipse submouit & eripuit, ecquid nos indigni, retribuere possimus. Non igitur in risu,

C non in elatione mentis insumamus nostri istius incolatus dies. Nos ipsos (quæso, charissimi) peruigili custodia seruemus, ne hostis nos intercipiat irretitos intempestiui risus laqueis. Quàm multas intempestiuus hic risus ex se parit indecoras prorsus, imò diabolicas animæ perturbationes: planè risus talis imprudentium est: veriùs dixerim, stultorum ac mente captorum, in contubernio lupanaris scortantium. Ob hoc scriptum est, non conuenire stulto delicias, vt

Christianorũ cogitationes.

Risus est stultorum.

Prou. 19.

Anima periculum ex delicijs.

D ne hinc sumat animos, séque efferat impotentiùs, quemadmodum ille olim populus profectus ex Ægypto. Vt enim primùm iugo Ægyptiorum emancipati sunt, videruntque tumulum in altam voraginem depressum sibi patere: tunc ad idololatriam conuersi sunt. * Traiecto enim mari, cùm nihil sibi viderent impendere iam periculi, simul atque attigerunt terram, naufragati sunt. Tunc impegerunt, quum priùs lugentes promeruissent iugo eximi amaræ seruitutis. Pulchrè igitur ait Parœmiastes: *Risus stultorum in delicijs peccati.*

** Exod. 32.*

Cùm antea sæpius murmurassent pro cibo & potu.

Exod. 16. & 17.

E Iterum: *Stultus in risu exaltat vocem suam, vir autem astutus vix tacitè ridebit.* Iterum: *Qui in delicijs nutritur à pueritia, seruus erit: in nouissimo autem dolebit super se.* Inducit: *Quasi vox spinarum sub lebete: ita risus stultorum.* Nos igitur cum B. Iob dicamus: *Quòd si incedebam cum derisoribus, quæ tristia sunt, contingant mihi.* Et cum Hieremia: *Domine non sedi cum concilio ludentium, sed timui à facie manus tuæ: seorsim sedebam quia amaritudine repletus sum.*

Eccl. 27.

Eccl. 21.

Prou. 28.

Iob 29.

Hier. 15.

Iac. 4.

Iacobus item non à risu modò absterret nos, sed & vt fleamus sedulò mandat, atque eiulemus,

Miseri estote & plorate (ait.) *Risus vester in luctum conuertatur, & gaudium vestrum in mœrorem. In risu enim stultus operatur mala: sapientia autem parit virilem prudentiam.* Itaque, fratres, studiosi prudentiæ stultum hunc oderimus risum, ne nos demum transmittat ac præcipitet in æternum illud supplicium, iuxta Dominicam sententiam: *Væ* (inquit) *qui rident nunc, quia flebunt & lugebunt.* Quin imò strenuam demus operam, vt Dominica tandem voce laudemur atque audiamus, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Luc 6. *Matth. 5.*

A ταλαιπωρήσατε γάρ, φησι, καὶ κλαύσατε. ὁ γέλως ὑμῶν εἰς πένθος μεταστραφήτω, καὶ ἡ χαρὰ εἰς κατήφειαν. ἐν γὰρ γέλωτι ἄφρων πράσσει κακά· ἡ δὲ σοφία τίκτει ἀνδρείαν καὶ φρόνησιν. γενώμεθα οὖν ἀδελφοὶ φρόνιμοι, ἀποσυγχωροῦντες τὸν ἄφρονα γέλωτα, ἵνα μὴ παραπέμψῃ ἡμᾶς τῇ αἰωνίᾳ κολάσει, κατὰ τὴν ἀπόφασιν Κυρίου, τὴν λέγουσαν, οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι αὐτοὶ κλαύσονται, καὶ πενθήσουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον ἐπαινεθῶμεν, ἀκούοντες παρὰ τοῦ Σωτῆρος, μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακλη-
B θήσονται. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De dilectione proximi.

Homilia XCVI.

PROXIMVM qui diligit, is se longiùs iam ab omni submouit peccato. Quin hoc vt faciamus, iubet scriptura omnis, cùm vetus tum noua: *Diliges proximum sicut teipsum.* Ipse siquidem Dominus mandatum hoc verbis ex lege desumptis declarauit esse secundum à primo quod est de dilectione Dei. Vnde & Jonathan Saülis filius, id liquidò cùm nosset, præ vxore dilexit Dauidem affectu prorsus sincero. Melior enim parua particula cum timore Domini, quàm thesauri magni absque timore. Melior inuitatio ad conuiuium holerum, ad amicitiam & gratiam, quàm ferculum vitulorum cum inimicitia, iuxta scripturam. Iterum: Melior pauca acceptio cum iustitia, quàm multa germina cum iniquitate. *Melior est buccella cum voluptate in pace, quàm domus plena bonis cum iurgio.* Sed & Ioannes: Fratres, diligamus inuicem, quia Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet. Iterum: Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum non est in eo. Petrus quoque: *Nosmetipsos in charitate seruemus, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi.* Rursus: *Finis autem præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona.* Iterum Petrus: *Ministrate in patientia pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.* Et post pauca: *Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Conformiter & Paulus: *In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis.* Iterum: *Charitas patiens est, benigna est, charitas nunquam excidit.* Et inducit: *Plenitudo igitur legis est dilectio.* Rursus: *Estote igitur inuicem benigni, misericordes, imitatores Dei sicut filij charissimi.*

1. Reg 18. *2. Petr. 3.* *Non est hic Petri locus, sed Pauli. Tim. 1.* *Ephes 3.* *1. Cor 13.* *Rom. 13.*

Περὶ τοῦ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον.

Λόγος ϞϚʹ.

ΟΑΓΑΠΩΝ τὸν πλησίον, μακράν ἐστιν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. πᾶσα γὰρ γραφὴ παλαιά τε, καὶ νέα, τοῦτο ἡμῖν παρακελεύεται, τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ὡς ἑαυτόν. δευτέραν γὰρ αὐτὴν μετὰ
C τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην ὁ Κύριος ἐντολὴν ἀπέδειξεν ἐκ τοῦ νόμου εἶναι. ὅθεν τοῦτο σαφῶς ἐπιστάμενος Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς Σαοὺλ, ἠγάπησε τὸν Δαβὶδ εἰλικρινῶς, ὑπὲρ ἀγάπησιν γυναικός. κρείσσων γὰρ μικρὰ μερὶς μετὰ φόβου Κυρίου, ἢ θησαυροὶ μεγάλοι ἀφοβίας. καὶ κρείσσων ξενισμὸς λαχάνων πρὸς φιλίαν καὶ χάριν, ἢ μόσχος μετὰ ἔχθρας, κατὰ τὴν γραφήν. καὶ πάλιν, κρείσσων ὀλίγη λῆψις μετὰ δικαιοσύνης, ἢ πολλὰ γεννήματα μετὰ ἀδικίας· κρείσσων ψωμὸς μεθ' ἡδονῆς, ἐν εἰρήνῃ, ἢ οἶκος πλήρης ἀγαθῶν μετὰ μά-
D χης. φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἰωάννης, ἀδελφοὶ ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. καὶ, ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. καὶ πάλιν· ὁ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ φωτὶ μένει, καὶ σκάνδαλον ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν. καὶ ὁ Πέτρος, ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ τηρήσωμεν, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ αὖθις, τὸ δὲ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστὶν ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας, καὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς. καὶ πάλιν, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν· ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ, τὴν φιλαδελφίαν,
E ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ, τὴν ἀγάπην. καὶ μετ' ὀλίγα, πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. ὡσαύτως καὶ ὁ Παῦλος, ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι, καὶ τεθεμελιωμένοι, ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις. καὶ πάλιν, ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται ἡ ἀγάπη, οὐδέποτε ἐκπίπτει. καὶ ἐπάγει· πλήρωμα οὖν νόμου ἡ ἀγάπη. καὶ αὖθις, γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοὶ, εὔσπλαγχνοι, μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, ὡς τέκνα ἀγαπητά.

καὶ, κατανοῶμεν ἀλλήλους εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης, καὶ καλῶν ἔργων. καὶ, ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐστὶν σύνδεσμος τῆς τελειότητος. ὁ δὲ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι ὑμᾶς τῇ ἀγάπῃ, τῇ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. φησὶν δὲ καὶ ἄλλοις, περὶ δὲ τῆς φιλαδελφίας αὐτοὶ ὑμεῖς θεοδίδακτοί ἐστε, εἰς τὸ ἀγαπᾷν ἀλλήλους. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀδελφοὶ ἀγαπήσωμεν τοὺς ὁμοπίστους ἡμῶν ἐν τελείᾳ ἀγάπῃ καθὼς ἀπαιτεῖ ἡμᾶς ὁ νόμος τοῦ Θεοῦ· τιθέντες ὑπὲρ αὐτῶν τὰς ψυχὰς ἡμῶν, εἰ καιρὸς καλέσῃ. μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ὥς φησιν ὁ Κύριος, ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. καὶ, ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. καὶ, ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχετε ἐν ἀλλήλοις. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A Et : *Consideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum.* Et: *Super omnia hæc charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis.* Et : *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem in inuicem & in omnes.* Aliis idem dicit : *De charitate autem fraternitatis ipsi vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem.* Et nos igitur, fratres, perfecta charitate eos complectamur qui nobis vniuntur parilitate fidei, sicut & à nobis repetit Dei lex : pro illis quoque & animas parati exponere, siquidem eò nos vlla occasio inuitet. *Maiorem enim hac*
B *dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam* Ioan.15.
ponat quis pro amicis suis. Et : *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem.* Et : *In hoc* Ioan.13. Ioan 18.
scient omnes quòd mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Περὶ φιλοξενίας.

Λόγος ϟζʹ.

Καλή ἐστιν ἡ φιλοξενία, καὶ τῷ Θεῷ ἀρέσκουσα, μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. διὰ γὰρ τῆς φιλοξενίας φίλος Θεοῦ ὁ Ἀβραὰμ ἐκλήθη· καὶ ὁ Λὼτ, ἀπειλῆς ἐπηλάτου πυρὸς δι' αὐτῆς διέφυγεν, καὶ Ῥαὰβ ἡ πόρνη, διὰ φιλοξενίας πανοικὶ διεσώθη· καὶ παρὰ πάντων ἡ φιλοξενία ἐγκωμιάζεται τῶν ἁγίων. πρῶτος ὁ παροιμιαστὴς λέγει, εὐλογία Κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου· αὕτη πλουτίζει, καὶ οὐ μὴ προστεθῇ αὐτῇ λύπη ἐν καρδίᾳ. καὶ ὁ φιλόξενος δὲ Ἰὼβ, πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς καὶ τὴν φιλοξενίαν ἐκώμε. ἐγὼ γὰρ φησιν ἤμην πατὴρ ἀδυνάτων, διέσωσα γὰρ πτωχὸν ἐκ χειρὸς δυνάστου. καὶ πάλιν, εὐλογία ἀπολλυμένου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι· στόμα δὲ χήρας εὐλόγησέν με· ὀφθαλμὸς δὲ τυφλῶν ἤμην, πούς δὲ χωλῶν· καὶ, ἡ θύρα μου παντὶ ἀνέῳκτο ἐρχομένῳ. ὁ δὲ Ἡσαΐας, πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν περίβαλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων σοῦ οὐχ ὑπερόψῃ. τότε βοήσῃ, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου ἐρεῖ, ἰδοὺ, πάρειμι. καὶ πάλιν, ἐὰν ἀφέλῃς ἀπὸ σοῦ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς τὸν ἄρτον σου πεινῶντι, ἐκ ψυχῆς σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν τῷ σκότει τὸ φῶς σου, καὶ ἔσται ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ διὰ παντὸς καὶ ἐμπλησθήσῃ καθάπερ ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου. καὶ ὁ Παῦλος, ἡ φιλαδελφία μενέτω, τῆς φιλοξενίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· διὰ ταύτης γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους.

De hospitalitate siue benignitate erga peregrinos.

C

Homilia CXVII.

Hospitalitas speciosa admodum virtus est ac Deo perquam gratiosa, maximè si conferatur in domesticos fidei. Huiusce virtutis merito Abraham amicus Dei vocatus est. Loth quoque per hanc ignis cœlitus demissi vindicem fugit iram. Raab meretrix per hospitalitatem cum vniuersa domo seruata est incolumis: sed & hæc virtus sanctorum omnium celebrata est præconiis. Primus Parœmiastes dicit : *Benedictio Domini super caput iu-* *Hospitalitas, virtus est Deo gratissima. Abraham hospitalitatis merito, amicus Dei appellatus.* Prou.10.
D *sti : eadem dicat, & nunquam addetur ei tristitia in corde.* Iob insuper peregrinorum amator, præter cæteras virtutes, benignam hospitum acceptionem deprædicat : *Eram* (ait) *pater imbecillium, seruaui enim pauperem de manu potentum.* Iterum : *Benedictio pereuntis super me veniat, os autem viduæ mihi benedixit : oculus eram cæcorum : pes autem claudorum : Ianua mea aperta fuit omni afflicto.* Esaias item : *Pauperes sine tecto induc in domum tuam : si videris nudum, operi, & à domesticis tuis ne auertas faciem : tunc clamabis & Deus exaudiet te ; adhuc loquente te, di-* Iob.29. Ibid. Isa.58.
E *cet, ecce adsum.* Iterum : *Si abstuleris à te verbum murmurationis, & dederis panem esurienti, ex anima tua, & animam exinanitam repleueris : tunc orietur in tenebris lux tua, & erit Deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua.* Paulus item : *Amor fraternitatis maneat, hospitalitatis nolite obliuisci : per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio receptis.* Hebr.13.

Rursus: *Beneficentiæ & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.* Sed alius: *Hospitales inuicem sine murmuratione.* Si enim voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundùm id quod non habet. *Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate in tempore præsenti.* Idem ad Titum: *Zenam legisperitum, & Apollinem sollicitè præmitte, vt nihil illis desit, discant autem & nostri, bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi.* Iterum: *Salutat vos Caius hospes meus & vniuersæ Ecclesiæ,* pro eo quod est, exceptor hospitum omnium. Dominus quoque vnà cum eleemosynas conferentibus peregrinos qui excipiunt, aduocans, dicturum se pronuntiat, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum: Hospes enim eram, & collegistis me, esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere: nudus eram, & operuistis me.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Rom. 6.

A καὶ αὖθις, τῆς δὲ εὐποιΐας καὶ κοινωνίας μὴ ἐπιλανθάνεσθε· τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεστεῖται ὁ Θεός. φησὶ δὲ καὶ ἄλλος, φιλόξενοι γίνεσθε εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμοῦ· εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει· οὐ γὰρ ἵνα ἄλλοις ἄνεσις, ὑμῖν δὲ θλίψις, ἀλλ' ἐξ ἰσότητος ἐν τῷ νῦν καιρῷ. καὶ πρὸς Τίτον, Ζηνᾶν τὸν νομικὸν καὶ Ἀπολλὼ σπουδαίως πρόπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, καλῶν ἔργων προΐστασθαι εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. καὶ πάλιν, ἀσπάζεται ὑμᾶς B Γάϊος, ὁ ξένος μου, καὶ τῆς ἐκκλησίας ὅλης· ἀντὶ τοῦ, ὁ ξενοδόχος πάντων· καὶ ὁ Κύριος δὲ προσκαλούμενος μετὰ τῶν ἐλεημόνων καὶ τοὺς φιλοξένους, ἐρεῖ πρὸς αὐτούς, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν· ξένος γὰρ ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· ἐπείνασα καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ἐδίψησα καὶ ἐποτίσατέ με· γυμνὸς ἤμην, καὶ περιεβάλετέ με. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

De amore & pio affectu erga pauperes.

Homilia XCVIII.

C

PROPENSVS ille in pauperes & peregrinos amor, ramus vterque bifidus est pinguedinis oliuæ: cuius vtriusque fructus myrrha perquam suaue fragranti perfundit vniuersos, cuius aspergine siuit Dominus sibi inungi & caput & pedes. Sed & hunc suum inunctorem vicaria mercede repignerat, nempe regno cœlorum talem dignatur. Prorsus pauperum amator à Domino promeretur audire: *Misericordia & fides non te deserant, alliga eas collo tuo, & inuenies gratiam.* Et: *Prouide bona coram Domino & hominibus.* Et: D *Viæ iustorum vt lux splendent, procedùntque & illuminant donec illucescat dies.* Mandat autem & lex dicens: *Aperiens aperies manus tuas pauperi vt ne clamet contra te ad Dominum.* Parœmiastes verò: *Vitam pauperis ne defraudes:* Et, *Animam esurientis ne contristaueris, & ne retraxeris donum ab indigente: Famulum afflictum ne abiicias, & ne auertas faciem tuam à paupere.* Iterum: *Animæ suæ benefacit vir misericors, perdit autem suum corpus immisericors.* Propheta Osee: *Semina in iustitia misericordiam, & iudicium custodi, & appropinqua ad Deum tuum semper.* Daniel quoque Nabuchodonosor ait: *Consilium meum placeat tibi, ô rex: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordiis pauperum.* E Dauid: *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Et: *Diligit misericordiam & iudicium Deus. Beatus* igitur *qui intelligit super egenum & pauperem: in die enim mala liberabit eum Dominus.* Iob insu-

Luc. 7.
Christus vicaria mercede inunctorem suum repignerat.
Prou. 3.
1. Cor. 8.
Prou. 4.
Deut. 15.
Prou. 11.
Osee 10.
Psal. 11.

Περὶ φιλοπτωχίας.

Λόγος ϟη'.

Ἡ φιλοπτωχία καὶ ἡ φιλοξενία, δύο κλάδοι εἰσὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας· ἧς ὁ καρπὸς μυρίζει πάντας, ἐξ ἧς ἀλείφεται ὁ Κύριος τὴν κεφαλήν, καὶ τοὺς πόδας, καὶ ἀνταμείβεται τὸν ἀλείφοντα, βασιλείαν οὐρανῶν. ὁ γὰρ οὕτω φιλόπτωχος ἀκούει τοῦ λέγοντος, ἐλεημοσύναι καὶ πίστις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε. ἄφαψαι δὲ αὐτὰς ἐπὶ σῷ τραχήλῳ, καὶ εὑρήσεις χάριν· προνοοῦ καλὰ ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἀνθρώπων. καί, ὁδοὶ δικαίων, ὁμοίως φωτὶ D λάμπουσιν. προπορεύονται καὶ φωτίζουσιν ἕως κατορθώσῃ ἡ ἡμέρα. ἐντέλλεται δὲ καὶ ὁ νόμος λέγων, ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰς χεῖράς σου τῷ πένητι, ἵνα μὴ βοήσηται κατὰ σοῦ πρὸς Κύριον. ὁ δὲ παροιμιαστής, ζωὴν τοῦ πτωχοῦ μὴ ἀποστερήσῃς, καὶ ψυχὴν πεινῶσαν μὴ λυπήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς δόσιν ἐπιδεομένου, ἱκέτην θλιβόμενον μὴ ἀπαναίνου, καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ πτωχοῦ. καὶ πάλιν, τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθοποιεῖ ἀνὴρ ἐλεήμων, ἐξόλλυσι δὲ τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἀνελεήμων. καὶ ὁ προφήτης Ὠσηέ, σπείρατε εἰς δικαιοσύνην, καὶ ἔλεον, καὶ κρίμα φυ-E λάσσου, καὶ ἔγγιζε πρὸς τὸν Θεόν σου διαπαντός. καὶ ὁ Δανιὴλ τῷ Ναβουχοδονόσορ, ἡ βουλή μου, φησίν, ἀρεσάτω σοι βασιλεῦ, τὰς ἁμαρτίας σου ἐν ἐλεημοσύναις λύτρωσαι, καὶ τὰς ἀδικίας σου, ἐν οἰκτιρμοῖς πενήτων. καὶ ὁ Δαβίδ, ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν, ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. καί, ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος. μακάριος οὖν ὁ συνιῶν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα. ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. ὁ δὲ Ἰὼβ φησί,

A ἵνα σώζῃ ὥσπερ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὥσπερ ὄρνεον ἐκ παγίδος. καὶ ὁ Δαβὶδ δέ φησιν, εἰ δώσω ὕπνον τοῖς ὀφθαλμοῖς μου καὶ τοῖς βλεφάροις μου νυσταγμὸν, ἕως οὗ εὕρω τόπον τῷ Κυρίῳ. καὶ πάλιν, ἠγρύπνησα, καὶ ἐγενόμην ὡς στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματος. ἐγγὺς γὰρ Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τῷ πνεύματι σώσει. καὶ αὖθις, μεσονύκτιον ἐξηγειρόμην τοῦ ἐξομολογεῖσθαί σοι ἐπὶ τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. καὶ πάλιν, ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρὸς σὲ ὀρθρίζω, ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. καὶ, προέφθασα ἐν ἀωρίᾳ καὶ ἐκέκραξα. καὶ, προέφθασαν οἱ ὀφθαλμοί μου πρὸς ὄρθρον τοῦ μελετᾷν τὰ λόγιά σου. καὶ τοῖς μετόχοις αὐτοῦ ἔλεγεν, ἐν ταῖς νυξὶν ἐπάρατε τὰς χεῖρας ὑμῶν εἰς τὰ ἅγια, καὶ εὐλογεῖτε τὸν Κύριον. καὶ ὁ ἀπόστολος, τῇ προσευχῇ προσκαρτερεῖτε, γρηγοροῦντες ἐν αὐτῇ ἐν εὐχαριστίᾳ. καὶ πάλιν, προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει. καὶ περὶ ἑαυτοῦ, ἐν κόποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις. καὶ ἐπάγει, περὶ δὲ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν, ἀδελφοὶ, οὐ χρείαν ἔχετε ὑμῖν γράφειν. αὐτοὶ γὰρ ἀκριβῶς οἴδατε, ὅτι ἡ ἡμέρα Κυρίου ὡς κλέπτης, ἐν νυκτὶ οὕτως ἔρχεται. ὅταν δὲ λέγωσιν, εἰρήνη καὶ ἀσφάλεια, τότε αἰφνίδιος αὐτοῖς ὄλεθρος ἐφίσταται, ὥσπερ ἡ ὠδὶν τῇ ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ· καὶ οὐ μὴ ἐκφύγωσι. καὶ αὖθις, ἄρα οὖν μὴ καθεύδωμεν ὡς λοιποὶ, ἀλλὰ γρηγορῶμεν καὶ νήφωμεν. καὶ ὁ Κύριος, γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίᾳ ὥρᾳ ὁ Κύριος ὑμῶν ἔρχεται. ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε ὅτι εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. καὶ πάλιν, γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν. καὶ πάλιν, μακάριος ὁ δοῦλος ἐκεῖνος, ὃν ἐλθὼν ὁ Κύριος αὐτοῦ εὑρήσει οὕτω ποιοῦντα. γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε τὴν ἡμέραν, οὔτε τὴν ὥραν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A *Vt salueris tanquam damula ex laqueis, & tanquam auis ex reti.* Ait item & Dauid: *Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino.* Iterum: *Vigilaui & factus sum sicut passerculus solitarius in tecto.* Et: *Prope est Dominus iis qui contrito sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Rursus: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitiæ tuæ.* Iterum: *Deus Deus meus, ad te de luce vigilo, sitiuit ad te anima mea.* Et: *Præuenerunt oculi mei ad diluculum, vt meditarer eloquia tua.* Is in commune suis dicebat: *In noctibus extollite manus vestras in sancta: & B benedicite Dominum.* Apostolus: *Orationi instate, vigilantes in ea in gratiarum actione.* Iterum: *Orantes in omni tempore, in spiritu: & in hoc ipsum vigilantes in omni instantia & obsecratione.* Idem de seipso: *In laboribus, in vigiliis, in ieiuniis.* Inducit: *De temporibus & momentis, fratres, non necesse habetis vt scribam vobis: Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: quum enim dixerint; Pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habentis, & non effugient.* Ne igitur dormiamus sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. Dominus item: C *Vigilate igitur, quia nescitis qua hora Dominus vester veniet: Illud autem scitote, quia si sciret paterfamilias qua vigilia fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi domum suam.* Iterum: *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem.* Rursus: *Beatus ille seruus, quem cùm venerit Dominus eius, inuenerit ita facientem: Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Psal.131. Psal.10. Psal.118. Psal.62. Psal.118. Psal.133. 1.Coloss.4. Ephes.6. 1.Thess.5. Marc.3. Marc.14.

Περὶ ψαλμῳδίας.

Λόγος ρε'.

Ἡ Ψαλμῳδία ἔργον ἐστὶ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων τῶν λειτουργούντων, καὶ παρισταμένων ἀδιαλείπτως τῷ Θεῷ, κατὰ τὸ εἰρημένον, αἰνεῖτε τὸν Κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. καὶ πάλιν, εὐλογεῖτε τὸν Κύριον πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ, δυνατοὶ ἰσχύϊ, ποιοῦντες τὸν λόγον αὐτοῦ· εὐλογεῖτε τὸν Κύριον πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, λειτουργοὶ αὐτοῦ, ποιοῦντες τὸ θέλημα αὐτοῦ. ἁρμόζει δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις· πᾶσα γὰρ πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον. κατεξαίρετον δὲ τοῖς μοναχοῖς, τοῖς τὸν ἀγγελικὸν ἐπανῃρημένοις βίον.

De Psalmodia.

Homilia CV.

Psalmodia est opus incorporearum virtutum Deo administrantium & indiuulsè adsistentium, iuxta quod di- E citur, *Laudate Dominum de cœlis omnes Angeli eius, & omnes virtutes eius.* Iterum: *Laudate Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius: benedicite Dominum omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius.* Hoc operis competit & hominibus. *Omnis enim spiritus laudet Dominum.* Monachis autem peculiari quadam prærogatiua vel imprimis conuenit; quod institutum vitæ prorsus Angelicæ vltronei delegerunt;

Matth.24. Psalmodia est opus Angelorum. Psal.148. Psal.116. Psal.150. Monachi delegerunt sibi vitã Angelica institutum.

Psal 1. *Beatus* enim qui *meditabitur in lege Domini die ac nocte.* Et: *Qui timetis Dominum, laudate eum vniversum semen Iacob, glorificate eum.* Psalmodia sanè iuge est sacrificium, & sacrificium laudis. Debet monachus, dum sacris operatur, diuinas & legitima sanctione constitutas laudes reddere Deo iugiter & ioditruptè. *Benedicam* ait Dauid, *Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo:* Audiamus quid nos cohortetur, vt faciamus: *Psallite Deo nostro, psallite, psallite Regi nostro, psallite sapienter: psallite Domino in cithara & voce psalmi.* Sed &, *Bene psallite ei in vociferatione: exultabunt* enim *labia mea dum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.* Rursus: *Psallite Domino sancti eius.* Et: *Seruite Domino in timore, & exultate ei in tremore: Laus* enim *eius in Ecclesia sanctorum.* Et: *Filij Sion exultent in Rege suo. Ego autem cantabo & psallam in gloria mea, quia concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Et: *Dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo: sic benedicam te in vita mea, in nomine tuo leuabo manus meas*, quia, *sicut ex adipe & pinguedine repleatur anima mea & labiis exultationis laudabit os meum.* Nam *torrente voluptatis tuae potabis eos* qui psallunt tibi. Sed quid necesse sit in medium depromere singula quaeque ex Dauide testimonia, nulli non vestrum persuasa ac perspecta, quibus nos beatus ille hortatur ad psallendum? aut certè quid opus vt explicem quantum gratiae & spiritualis laetitiae inseratur cordi eius qui cum compunctione & peruigili attentione psallit Domino? Norunt planè qui, didicerunt doctrice experientia: ne cui fortè nugax videar & blatero. Sanè in eo temporis articulo quo memoria celebratur diuinae laudis, iuuerit multiplicare deprecationem, vt quod per obliuionem exciderit memoria, ipse Dominus dignetur suggerere: atque ita (charissimi) in concinendis Psalmis attenti persistamus, oremúsque voce exerta & constanti, auersati studium omne multiuariae cogitationis & curiosae sollicitudinis. Haec enim solennis consuetudo daemonibus inoleuit, si quando virum aliquem viderint animo alacri psallentem aut orantem, cogitationes tunc suggerunt rerum prospectu ipso necessariarum, mentem interim psallentis per haec aliò detorquent, nempe ad rerum illarum indaginem, vt vel sic dum ad earum perscrutationem anxia diducitur, totius perdat dulcedinem Psalmodiae. Cuius rei gratia, Christus laudem ex ore fidelium, sed malitia paruulorum prodeuntem perficit: aut certè, per operatoriam atque efficacem vim psalmodiae inimicum & vltorem prorsùs destruet, sua aduersum nos tyrannide superbiùs insolescentem. *Inimicum* dixerim virtutum, *vltorem* verò sine defensorem malitiae, diabolum.

Psal 1. | *Psalmodia est iuge laudis sacrificium.* | *Psal.33.* | *Psal.46.* | *Psal.97.* | *Psal.29.* | *Psal.2.* | *Psalm.149.* | *Psal 38.* | *Psalm.118.* | *Psal.62.* | *Psal.35.* | *Attenta psalmodia gratiã & compunctionem parit.* | *Daemonibus cura est impedire Orationem.* | *Psal 8.*

A μακάριος γάρ, ὃς μελετήσει ἐν νόμῳ Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτός. καὶ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον αἰνέσατε αὐτόν, ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ δοξάσατε αὐτόν. ἡ ψαλμῳδία τοίνυν θυσία ἐστὶν ἐνδελεχισμοῦ καὶ αἰνέσεως κατὰ τό, θυσία αἰνέσεως δοξάσει με. καί, θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως. χρεωστεῖ οὖν ὁ μοναχὸς ἐνδελεχῶς καὶ ἀδιαλείπτως ἱερουργεῖν τῷ Θεῷ τὰς νενομισμένας αὐτῷ δοξολογίας. εὐλογήσω γὰρ τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ. διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου. ἀκούσωμεν τοῦ Δαβὶδ B παρακελευομένου ἡμῖν, ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε συνετῶς, ψάλατε τῷ Κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ καὶ φωνῇ ψαλμοῦ· ἀλλὰ καὶ ψάλατε αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ. ἀγαλλιάσονται τὰ χείλη μου ὅταν ψάλλω σοι, καὶ ἡ ψυχή μου ἣν ἐλυτρώσω. καὶ αὖθις, ψάλατε τῷ Κυρίῳ οἱ ὅσιοι αὐτοῦ. καί, δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. ἡ γὰρ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ ὁσίων. καὶ οἱ υἱοὶ Σιὼν ἀγαλλιάσθωσαν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν. ἐγὼ δὲ ᾄσομαι καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου, ὅτι ἐθερμάνθη C ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. καὶ γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. οὕτως εὐλογήσω σε ἐν τῇ ζωῇ μου, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀρῶ τὰς χεῖράς μου· ὡσεὶ ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου, καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου. τὸν γὰρ χείμαρρον τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτοὺς ψάλλοντάς σοι. ἀλλὰ τί χρὴ πάσας τὰς περὶ τοῦ ψάλλειν τοῦ Δαβὶδ παρατίθεσθαι μαρτυρίας, ἃς πάντες ἴσασιν, ἢ περὶ τῆς χάριτος, καὶ εὐφροσύνης τῆς ἐγγινομένης ἐν τῇ καρδίᾳ τῶν D μετὰ κατανύξεως νηφαλίως ψαλλόντων διηγεῖσθαι; καὶ τοῦτο γὰρ ἐπίστανται οἱ πεπειραμένοι, μήποτε καὶ ἀδόλεσχος κριθῶ. καλὸν οὖν ἐστιν ἐν καιρῷ μνήμης Θεοῦ πολυπλασιάσαι δέησιν, ἵνα ὅταν ἐπιλαθώμεθα ὑπομνήσῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος. καὶ οὕτως στῶμεν ἀγαπητοὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ καὶ προσευξώμεθα εὐτόνως ἀποστρεφόμενοι τὰς τῶν λογισμῶν καὶ φροντίδων ἐπιτάξεις. εἰώθασι γὰρ οἱ δαίμονες ὅταν ἴδωσί τινα προθύμως ψάλλοντα, ἢ E προσευχόμενον, τότε ὑποτίθεσθαι νοήματά τινων πραγμάτων δῆθεν ἀναγκαίων· κινοῦντες τὸν νοῦν πρὸς ζήτησιν αὐτῶν, ἵνα χυθεὶς ὁ νοῦς πρὸς τὴν αὐτῶν ἔρευναν ἀπολέσῃ τὴν γλυκύτητα τῆς ψαλμῳδίας. διὰ τί ἐκ στόματος τῶν νηπίων ὄντων τῇ κακίᾳ πιστῶν, ὁ Χριστὸς καταρτίζει τὸν αἶνον; ἢ πάντως ἵνα διὰ τῆς ψαλμῳδίας καταλύσῃ ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν τυραννοῦντα μεγάλως· ἐχθρὸν μὲν τῆς ἀρετῆς, ἐκδικητὴν δὲ κακίας, διάβολον.

Ἐν κοινῷ καὶ ἡμεῖς ἁπλότητι αἰνοῦντες τὸν Κύριον, συντρίβωμέν τε καὶ καταλύωμεν τὰ μηχανήματα τοῦ ἐχθροῦ. ἔστω οὖν ὁ ψαλμὸς συνεχής. Θεὸς γὰρ ὀνομαζόμενος φυγαδεύει δαίμονας. καὶ τοῦτο ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς, ὅπερ οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὅτι ἡ ψαλμῳδία ἡμῶν κανὼν λέγεται. ὥσπερ οὖν ὁ γεωργὸς ἐὰν μὴ δῷ εἰς πλήρες καὶ καλὸν τὸν κανόνα αὐτοῦ, εἰς φυλακὴν βληθήσεται, καὶ κρεμᾶται, καὶ δέρεται ἕως οὗ ἀποδῷ πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν αὐτοῦ· οὕτως καὶ ὁ μοναχὸς ὅταν ἀμελήσῃ τοῦ κανόνος αὐτοῦ, εὐθέως ἐγκαταλιμπάνεται ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ παραδίδοται τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ, καὶ πίπτει ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. καὶ ἐπιφέρονται αὐτῷ θλίψεις πολλαί, ὥστε κράζειν αὐτόν· Κύριε τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με· καὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ Θεῷ αὐτοῦ. ἀλλὰ ταχὺ εἰσάκουσόν μου Κύριε ὅτι ἐξέλιπε τὸ πνεῦμά μου. καὶ μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ᾽ ἐμοῦ, ἵνα μὴ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. ὅτι ἐπλήσθη κακῶν ἡ ψυχή μου, καὶ ἡ ζωή μου τῷ ᾅδῃ ἤγγισε. Ταῦτα τυχὸν βοήσει πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαι ἀμελῶν ἀπαραλείπτως τὸν κανόνα αὐτοῦ ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ· καὶ ἐκ τῆς παραχωρήσεως τοῖς θλίβουσιν ἐμπαιδευόμενος. ἄδηλον δὲ εἰ ἀκούσεται, ἐν θλίψει ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐρρυσάμην σε· ἀλλὰ μὴ εἴποι αὐτῷ, οὐκ οἶδά σε· ἀπόστα ἀπ᾽ ἐμοῦ ἐργάτα τῆς ἀνομίας, ὅτι οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς μου. οὐδὲ προσέσχες μοι. εἰ γὰρ ἤκουσάς μου, ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθρούς σου ἐταπείνωσα. καὶ ἐπὶ τοὺς θλίβοντάς σε ἐπέβαλον ἂν τὴν χεῖρά μου. διὰ τοῦτο ἐξαπέστειλά σε πορεύεσθαι κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς καρδίας σου. ἡμεῖς δὲ ἀκούσωμεν μᾶλλον τοῦ Παύλου λέγοντος· ὁ λόγος ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ, διδάσκοντες καὶ νουθετοῦντες ἑαυτοὺς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς. καὶ πάλιν· ἕκαστος ὑμῶν ψαλμὸν ἔχει, διδαχὴν ἔχει, ἀποκάλυψιν ἔχει. πάντα οὖν πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθω. δι᾽ αὐτοῦ οὖν ἀναφέρωμεν θυσίαν αἰνέσεως διὰ παντὸς τῷ Θεῷ, τοῦτ᾽ ἔστι καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. καὶ, παραστήσατε τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἰάκωβος, ἀθυμεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσευχέσθω· εὐθυμεῖ τις, ψαλλέτω. ἀλλ᾽ ὥσπερ εἴπομεν, ὅτι κατὰ χρέος ἀπαιτούμεθα τὴν ψαλμῳδίαν, ὡς κανόνα ὀφειλόμενον· οὕτω χρεωστοῦμεν αὐτὴν ἄμωμον αὐτὴν καὶ ἄσπιλον προσφέρειν. τοῦτ᾽ ἔστι χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμῶν μνησικακίας. οὐχ ὡραῖος γὰρ αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. ἐὰν οὖν ἔχῃς τι κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ μὴ συγχωρήσῃς αὐτῷ,

A Nos igitur in hac nostra simplicitate laudibus concelebrantes Dominum, veteratoris inimici commentitias omnes machinas conteramus, prorsúmque demoliamur. Sit sanè in ore tuo perpes ac iugis Psalmus. Deus, dum nominatim aduocatur, dæmones abs te summouet longiùs ac profligat. Sed & necessarium vobis, vt illius renouem memoriam, quod alioqui nemo vestrum est, qui ignoret: nam psalmodia canon noster dicitur. Sanè quemadmodum vnus aliquis agricola, nisi suum canonem plenum ac bonum reddiderit, in carcerem coniicitur, suspenditur, B conscinditur flagris, quovsque omne reddiderit creditori debitum, ita continget monacho, cùm per oscitantiam sibi præscriptum transmiserit canonem. Is enim gratia mox destituitur, suis addicitur inimicis, illorum succumbit pedibus & proculcatur, nec vnæ afflictionum procellæ talem adoriuntur, ita vt vociferetur: *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, & dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius?* Cæterùm: *Velociter exaudi me Domine, quia defecit spiritus meus.* Et: *Ne auertas faciem tuam à me, vt ne assimiler descendentibus in lacum, quia repleta est malis anima mea & vita mea inferno appropinquauit.* Et hæc C quiuis dum afflictione angitur, vociferabitur ad Dominum. Qui canonem alioqui non omittendum negligit reddere Deo, & per hoc quod ab opere Dei digreditur ac secedit, tribulatione multiplici attritus eruditur: Incertum prorsus, si audire illud promerebitur: *In tribulatione inuocasti me & liberaui te.* Periculum enim, ne huic respondeat Dominus: *Non noui te, discede à me operarie iniquitatis*, quia non audisti vocem meam, nec aurem commodasti verbis meis: *Si enim audisses me, pro nihilo inimicos tuos vtique humiliassem, & super tribulantes me misissem manum meam*: Propter hoc ieci te, vt D eas secundùm adinuentiones cordis tui. Nos verò Paulum magis exaudiamus dicentem: *Verbum Dei habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes & admonentes vosmetipsos in Psalmis & Canticis spiritualibus.* Rursus: *Vnusquisque vestrum Psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet: omnia igitur ad ædificationem fiant.* Ob hoc sanè Deo nullo non tempore exhibeamus sacrificium laudis: hoc est, fructum labiorum confitentium nomini ipsius, & *exhibete corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, beneplacentem Deo, rationabile obsequium vestrum.* Ait autem & Iacobus: *Tristatur quis in* E *vobis? oret, æquo animo est quis? psallat.* Verùm vt diximus, quia sicut ex debito repetimus psalmodiam tanquam canonem debitum, ita illam debuimus irreprehensibilem inculpatámque offerre: hoc est, citra iram cogitationésque acceptæ vllius iniuriæ: neque enim speciosa laus est in ore peccatoris. Quod si aduersus fratrem tuum quidpiam habueris,

Inuocatio nominis Dei, dæmones abigit.

Canon monastica vita psalmodia.

Psal. 3.

Psal. 142.

Canon psalmorum reddebatur Deo: contra Erasmum, Lutherum.

Coloss. 3.

1. Cor. 14.

Rom. 12.

Iac. 5.

Psalmodia ex debito.

Eccl. 15.

nec ei ex animo indulseris, nunquam tua acceptabilis fuerit vel psalmodia, vel oratio, siue eleemosyna, & cætera eiusmodi quæ te credis bona efficere. Voce enim Saluatoris audies dici tibi, *Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.* Psalmos tuos dum concinis, innocens esto & simplex, vt illi Hebræorum pueri, qui quidem Domino occurrerunt cum ramis & psalmis, dicentes: *Hosanna in altissimus, Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Matth.5. *Matth.21.* *Marc.11.* *Ioh.12.*

οὐ μὴ προσδεχθείη ποτὲ ἡ ψαλμῳδία σου, ἢ ἡ προσευχή σου καὶ ἡ ἐλεημοσύνη σου, καὶ τὰ λοιπά, ἃ δοκεῖς ποιεῖν. ἀκούσῃ γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. γίνου δὲ ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ σου ἄκακος καὶ ἀκέραιος, ὡς οἱ παῖδες τῶν Ἑβραίων, οἵτινες ὑπήντησαν τῷ Κυρίῳ μετὰ κλάδων, καὶ βαΐων, λέγοντες Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

De oratione.
HOMILIA CVI.

Περὶ προσευχῆς. Λόγος ρϛ'.

VACARE orationi indiuulsè ac iugiter cùm primis necessarium & nobis perquam frugiferum est. A Deo igitur & Patre Domini nostri Iesu postulemus, nobis vt impertiat intelligentiam spiritualem, qua veluti conciliatrice & attenti simus & peruigiles, ab ipso vt postulare nouerimus eius voluntatem in nobis fieri. Spiritualem lucem quæ vera est lux, quæ & *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, iussit ipse vt peteremus nobis indulgeri. Quando igitur sacrosanctam & vnius eiusdémque substantiæ inuocamus Trinitatem, castissimis quidem orationibus & quæ nihil insynceri habeant admixtum, mente verò minimè turbulenta, atque aptissima vnione ad diuinam contemplationem: tunc nos beatæ Trinitati propiùs adiungimur, & pro qualicumque labore dona recipimus omnigenæ virtutis, quæ nos ergà illam solidè ac stabiliter confirment. Oratio cæteras virtutes facilè antegreditur, si modò sua illimi puritate Deo propinquat. Sanè oratio mansuetudinis & inirascentiæ germen. Oratio est & gaudij & gratiarum actionis tutelare propugnaculum, tristitiæ verò & pusillanimitatis amuletum præsentaneum. Mens igitur componenda est orationis tempore, & confirmanda vt ne obstrepera sit aut secum tumultuetur & insusurret: tunc enim poterit quis synceriter orare. Oratio, familiare est mentis cum Deo colloquium: Quo igitur in statu necesse est vt se mens constabiliat & adornet, sic familiariter cum proprio Domino congressura? Nimirum si nihil eam interpellarit externarum cogitationum. Oratio cum luctu coniuncta & ad Deum effusa in spiritu, alimonia mentis est, haud secus ac panis corpori. Beata sanè mens, cui tempore orationis datum est, nullis se interpellantibus remoris Deum posse alloqui. Talis perinde se habet, vt aquilæ pullus, dum sese in sublime attollit. Tota enim fœlici nempe ac diuina permutatione à se alienata, radioso splendore intermicat. Ad orationem dum consistemus, ceu prædictum est; ne oremus propriam expleri voluntatem, magis autem eam quæ Dei est, iuxta doctrinam illam, *Fiat voluntas tua* in me & in te qualibet: sicque ab eo deposcamus, vt eius fiat voluntas.

Orationis necessitas. *Ioan.1.* *S.Sancta & consubstantialis Trinitas.* *Orationis effectus.* *Mens orationum tempore componenda.* *Quid sit oratio.* *Oratio pabulum est mentis.*

ΤΟ προσκαρτερεῖν τῇ ἀδιαλείπτῳ προσευχῇ ἀναγκαῖον καὶ ἐπωφελὲς ἡμῖν ὑπάρχει. αἰτησώμεθα οὖν τὸν Θεὸν καὶ πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δοῦναι ἡμῖν σύνεσιν πνευματικήν· ὥστε νήφειν, καὶ ἐγρηγορέναι τοῦ αἰτεῖν παρ' αὐτοῦ τὸ θέλημα αὐτοῦ γενέσθαι ἐν ἡμῖν. τοῦτο γὰρ αὐτὸ ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ ἡμῶν τὸ πνευματικὸν φῶς τὸ ὂν τὸ ἀληθινόν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἐνετείλατο ἡμῖν αἰτεῖν. ὅτε οὖν ἐπικαλούμεθα τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα πανάγνοις μὲν εὐχαῖς, ἀπερισπάστῳ δὲ νῷ, καὶ τῇ πρὸς θείαν ἕνωσιν ἐπιτηδειότητι, τότε καὶ ἡμεῖς αὐτῇ πάρεσμεν, καὶ ἀντιλαμβανόμεθα τὰ παναρέτα δῶρα τὰ περὶ αὐτὴν ἱδρυμένα. ἡ προσευχὴ ὑψηλοτέρα τυγχάνει πασῶν τῶν ἀρετῶν καθαρεύουσα καὶ Θεῷ ἐγγίζουσα· προσευχὴ γάρ ἐστι πραότητος καὶ ἀοργησίας βλάστημα· προσευχή ἐστι χαρᾶς καὶ εὐχαριστίας πρόβλημα· ἀλέξημα δὲ λύπης καὶ ἀθυμίας. χρὴ οὖν στῆσαι τὸν νοῦν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εὐχῆς, καὶ φανῆναι ἄσαλον· τότε δυνατός τις προσεύξασθαι. ἡ γὰρ προσευχὴ ὁμιλία ἐστὶ πρὸς τὸν Θεόν. ποίας οὖν δεῖται ὁ νοῦς καταστάσεως, ἵνα δυνηθῇ ὁμιλεῖν τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ μηδενὸς ἐμποδίζοντος τῶν ξένων λογισμῶν; ἡ μετὰ πένθους καὶ ἐν πνεύματι προσευχή, τροφὴ τοῦ νοὸς ὑπάρχει, ὥσπερ ὁ ἄρτος τοῦ σώματος. μακάριος οὖν ἐστιν ὁ νοῦς, ὃς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς προσευχῆς ἀπερισπάστως τῷ Θεῷ προσομιλεῖ. ὁ τοιοῦτος ὡς νεοσσὸς ἀετοῦ εἰς ὕψος αἴρεται. καὶ ὅλως ἠλλοιωμένος τῇ τοῦ Θεοῦ ἀλλοιώσει φωτοειδὴς γίνεται. καὶ ὅταν εἰς εὐχὴν στῶμεν, μὴ εὐξώμεθα ἡμῶν θέλημα γενέσθαι, καθὼς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεοῦ καθὼς καὶ ἐδιδάχθημεν, γενηθήτω τὸ θέλημά σου ἐν ἐμοί, καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι, ἵνα οὕτως αὐτὸν αἰτώμεθα, ὅπως τὸ αὐτοῦ γένηται θέλημα.

θέλει γὰρ τὸ ἀγαθὸν καὶ συμφέρον τῇ ψυχῇ. ἡμεῖς δὲ οὐ πάντως τοῦτο ζητοῦμεν, μᾶλλον δὲ ταλανίζομεν ἑαυτοὺς καὶ μετὰ πολλοῦ πένθους· ὅτι οὕτως ἀκάθαρτοι ὄντες τολμῶμεν Κυρίῳ Σαββαὼθ παριστάναι. ὁ βουλόμενος οὖν καθαρῶς προσεύξασθαι, πρότερον ὑπὲρ συνεργείας δακρύων προσευξάσθω, ἵνα διὰ τοῦ πένθους ἐξημερώσῃ τὴν ἀγριότητα τῆς ψυχῆς, καὶ τυγχάνῃ τῆς ἀκραιφνοῦς προσευχῆς. καὶ γὰρ ἡ ἔμμονος καὶ συνεχὴς προσευχὴ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ὁμιλίας ἐκ τῶν μὲν ἐγκοσμίων φρονημάτων ἀρπάζει τὸν νοῦν, Θεῷ δὲ αὐτὸν παρίστησι, καὶ διὰ τῆς εἰς Θεὸν ἐγγύτητος, εὐλαβείας τε αὐτὸν καὶ ἠπιότητος ἐμπιμπλᾷ. χωρὶς δὲ ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχήν. ἐπέβλεψε γάρ φησιν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν, καὶ οὐκ ἐξουδένωσε τὴν δέησιν αὐτῶν. τοιγαροῦν ὁ θέλων τὴν ἑαυτοῦ καθαρεῦσαι καρδίαν τῇ μνήμῃ τοῦ Κυρίου, διὰ παντὸς διαπυρούτω αὐτήν. τοῦτο μόνον μελέτην καὶ ἔργον ἄπαυστον ἔχων. οὐ γάρ ποτε μὲν εὔχεσθαι δεῖ, ποτὲ δὲ μή, τοὺς τὴν ἑαυτῶν σαπρίαν ἀποβαλεῖν ἐθέλοντας, ἀλλ' ἀεὶ τῇ προσευχῇ σχολάζειν ἐν τῇ τηρήσει τοῦ νοός, κἂν ἔξω που τῶν εὐκτηρίων δωμάτων αὐλιζώμεθα. ὃν τρόπον γὰρ ὁ θέλων καθαρεῦσαι χρυσόν, ἐὰν κἂν πρὸς βραχὺ τὸ πῦρ ἐάσῃ σχολάσαι τοῦ χωνευτηρίου, σκληρίαν πάλιν τῇ καθαιρομένῃ ὕλῃ ἐμποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ ποτὲ μὲν μεμνημένος τοῦ Θεοῦ, ποτὲ δὲ μή. καὶ ὅπερ δοκεῖ κτᾶσθαι διὰ τῆς εὐχῆς, τοῦτο ἀπόλλυσι διὰ τῆς χαυνότητος. καὶ ὃν τρόπον ἀψηλάφητον ποιεῖ τὸν σίδηρον ἡ τοῦ πυρὸς συνάφεια, οὕτως αἱ πυκναὶ προσευχαὶ ἐρρωμενέστερον παρασκευάζουσι τὸν νοῦν εἰς τὸν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ πόλεμον. καὶ ὥσπερ ὁ σίδηρος πυρούμενος μεταμορφοῦται πρὸς τὴν τοῦ πυρὸς χροιάν, οὕτω καὶ ὁ νοῦς φωτίζεται ἐκ τῆς αἴγλης τοῦ πυρὸς τῆς χάριτος, ὃ ἦλθεν ὁ Σωτὴρ ἡμῶν βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν. καὶ διὰ τοῦτο ὁ θέλων ἡμᾶς σωθῆναι Κύριος, συνεχῶς ἡμῖν περὶ αὐτῆς διαλέγεται· καὶ ὑπογραμμὸς ἡμῖν γενόμενος διενυκτέρευεν ἐν τῇ προσευχῇ τοῦ Θεοῦ, Θεὸν δεικνὺς ἡμῖν ἀρίστην ὠφέλειαν καὶ πολλὴν πρὸς Θεὸν ἐγγύτητα διὰ τῆς ἐπιμόνου προσευχῆς. χρὴ οὖν πρότερον αἰτεῖσθαι λαβεῖν χάρισμα εὐχῆς (καθὼς εἴρηται) παρὰ τοῦ διδόντος εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ. τὸ γάρ, τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμά φησιν ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ λαμβάνοντες πληρώσωμεν τὰ προσταχθέντα ἡμῖν παρὰ τοῦ νομοθέτου. ὅταν προσευ-

A Iure quidem: nihil enim tam vult quàm quod bonum est & animæ conducit. Nos autem non ita per omnem modum hoc ipsum petimus, licet nosipsos deputemus miseros multo etiamnum cum luctu. Qua enim fronte impuri nos sustineamus adsistere Domino Sabbaoth? Quisquis igitur orationem puram cupit effundere, priùs apprecetur sibi indulgeri lacrymas sarciendæ putitatis cooperatrices, vt luctu velut pariario, anima præferox cicuretur ac mansuefiat, atque ita demum perfruatur sinceræ suæ voto orationis. Etenim iugis oratio & continens, per congressum cum Deo familiarem, mentem auocat B ab omni prudentia fastúque mundi, eamque Deo præsentem offert; quoque propiùs iungit Deo, hoc maiora adimplet timore simul & mansuetudine. Neque enim sine humilitate accepta possit esse oratio, vel teste scriptura: *Respexit in orationem humilium, & non spreuit precem eorum.* Quocirca, qui cor suum ab omni sorde expurgare contendit, illud perpetim accendat & inflammet memoriâ Domini. Hoc solum iugem exercitationem habet & opus nunquam intermittendum. Neque enim aliquando orandum quidem sit, C aliquando feriandum ab oratione iis qui cariosam peccatorum putrilaginem à se excutere cupiunt, sed semper orationi incumbendum, interna quidem mentis locutione, etiamsi extra oratorias ædes diuersemur. Quemadmodum enim aurum si quis vult scoria exuere & perpurgare, sinat autem illud ad teporem ignis qui in fornace exiguus sit, lentescere ac feriari, exutam semel strigositatem ac sorditiem rursus ingignit purgatæ illi materiæ: ita & qui aliquando quidem commeminit Dei, non item aliquando, etiam D quod orationis meritò videbatur assecutus, per animi semissioris laxitudinem perdit. Vtque ferrum contiguus ignis reddit impalpabile, ita & orationes crebriùs effusæ mentem corroborant, stabiliunt & confirmant ad subeundum cum hoste conflictum. Sicut ferrum igni candens, transformatione fit concolor igni, ita & mens illustrata splendore ignis (nimirum gratiæ) quem *ignem* venit Saluator noster *mittere in terram.* Eiusce rei gratia is qui nos ad salutis portum cupit prouehere, Dominus, de oratione continenter verba facit. Quin idem nobis factus exemplar E orandi, in oratione Dei pernoctabat: exemplo suo docens nos quàm longè optimam ex oratione præcerperemus vtilitatem, nec mediocrem ad Deum propinquitatem, si modò assidua fuerit. Primùm igitur petendum nobis, vt accipere promereamur orandi gratiam (ceu dictum est) ab eo qui dat orationem, sed oranti. Ait enim Apostolus: *Quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis.* Id gratiæ dû accepimus expleamus opera ab ipso legis datore Deo imperata.

Lacryma à Deo petenda vt orationem comitentur.

Oratio deprimit superbiã.

Psal. 101.

Nullo non tẽpore orandum & vbique.

Ædes oratoria.

Luc. 12.

Luc. 5.

Rom. 8.

Ait enim Moyses: *Si voueris votum Domino* A
Vota reddenda Domino. *Deo tuo, non tardabis reddere illud, quia requirens*
Leuit.27. *requiret à te Dominus Deus tuus, & erit tibi*
Εὐχὴν hactenus pro (oratione) posuit, *bi peccatum: quæ procedunt de labiis tuis, custodies.* Et: *Homo qui vouerit Domino & iurauerit*
nunc pro (Voto) cùm sit homonymum. *rit iuramentum, non irritum faciet verbum suum: omnia quæcumque egressa fuerint ex ore eius, faciet.* *Quemadmodum & Iephte. Dicit enim filiæ suæ; ego aperui os meum de te, & non possum mentem mutare, & perfecit suum Domino Deo sacrificium.* Alter item: *Ne impediaris reddere votum*
Num 15. *in tempore, & ne expectes vsque ad mortem iu-*
Num.30. *stificari: priusquam voueas siue ores, para teipsum* B
Deut.23. *ne sis quasi homo qui tentat Dominum. Memen-*
Eccles 5. *to iræ in die consummationis: & agonizare ad*
Eccles 15. *orationem, quia orationes corrigentium se acce-*
Eccl.38. *ptabiles sunt apud Dominum.* Et: *Orationibus*
Psal.75. *iustorum obedit Dominus.* Dauid: *Vouete &*
Psal.49 *reddite Dominon Deo vestro.* Itecum: *Immola*
Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota
Psal.115. *tua.* Et: *Ego vota mea Domino reddam in*
Rom 12. *conspectu omnis populi eius.* Paulus quoque:
2 Cor.9. *Solicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino*
seruientes, orationi instantes. Rursus: *Per*
omnem orationem & obsecrationem orantes in C
omni tempore, in spiritu, & in hoc ipsum vigilantes in omni instantia & obsecratione. Iterum: *Volo viros orare in omni loco, leuantes*
Ephes.6. *rum: Volo viros orare in omni loco, leuantes*
1.Tim.2. *sanctas manus sine ira & disceptatione.* Et
Act.2. in Actibus Apostolorum: quia *erant instan-*
tes doctrinæ Apostorum, & communi, & fra-
Act.6. *ctione panis, & orationibus.* Iterum: *Nos au-*
tem orationi & ministerio verbi instantes eri-
Eccl.5. *mus.* Sapientia: *Sicut vouisti votum Domino,*
ne moreris reddere illud, quia quæcumque voue-
ris, reddes: melius enim non vouisse, quàm vo-
Iob.31. *uisse & non reddere.* Sed & iniquorum osor D
1.Pet.5. Iob: *Nihil iniustum erat in manibus meis, ora-*
tio autem mea pura fuit. Petrus: *Sobrij estote*
Marc.11. *& vigilate in orationibus, & resistite diabolo.*
Dominus item: *Propterea dico vobis, omnia*
quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis,
& fient vobis. Is cùm esset in quopiam loco
Matth.6. orans, vtque interquieuit, quidam discipu-
lorum eius rogauit illum: *Domine doce nos*
orare: dixit Iesus, *Quum orauerıtis, dicite,*
Matth.7. *Pater noster quies in cælis, sanctificetur nomen*
tuum, &c. Inducit: *Petite, & dabitur vobis,*
quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vo- E
Luc 11. *bis.* Infert: *Si igitur vos cùm sitis mali, no-*
stis dona bona dare filiis vestris, quanto magis
Pater cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus se?
Nósque cupiens, votis omnibus expetendus & desiderabilis Dominus arcana sua operatione erudiri ad offerendam Deo orationem, dicit:

φησὶ γὰρ ὁ Μωσῆς, ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, οὐ χρονιεῖς ἀποδοῦναι αὐτήν, ὅτι ἐκζητῶν ἐκζητήσει αὐτὴν Κύριος ὁ Θεός σου, καὶ ἔσται σοι ἁμαρτία· τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων σου, φυλάξεις. καὶ αὖθις, ἄνθρωπος, ὃς ἂν εὔξηται Κυρίῳ, ἢ ὀμόσῃ ὅρκον, ἢ ὁρίσηται ὁρισμόν, οὐ βεβηλώσει τὸ ῥῆμα αὐτοῦ. πάντα ὅσα ἂν ἐξέλθῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ποιήσει. καθὼς καὶ ὁ Ἰεφθαέ. λέγει γὰρ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, ἐγὼ ἤνοιξα τὸ στόμα μου περὶ σοῦ, καὶ οὐ δυνήσομαι ἀποστρέψαι. καὶ ἐτέλεσεν αὐτὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ θυσίαν. καὶ ἕτερος, μὴ ἐμποδισθῇς τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν ἐν καιρῷ· καὶ μὴ μείνῃς ἕως θανάτου δικαιωθῆναι. πρὶν εὔξασθαι ἑτοίμαζε σεαυτόν, καὶ μὴ γίνου ὡς ἄνθρωπος πειράζων τὸν Κύριον. καί, μνήσθητι θυμοῦ ἐν ἡμέρᾳ τελευτῆς· καὶ ἀγωνίζου εἰς προσευχήν, ὅτι εὐχαὶ κατορθούντων δεκταὶ παρὰ Κυρίου. καὶ εὐχὰς δικαίων ἐπακούει Κύριος. καὶ ὁ Δαβίδ, εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν. καί, πάλιν θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου. καὶ, τὰς εὐχάς μου τῷ Κυρίῳ ἀποδώσω ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. φησὶ δὲ καὶ ὁ Παῦλος, τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί, τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ Κυρίῳ δουλεύοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες. καὶ αὖθις, διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καιρῷ ἐν πνεύματι. καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσει καὶ δεήσει. καὶ πάλιν, βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐν παντὶ τόπῳ, ἐπαίροντας ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς, καὶ διαλογισμοῦ. καὶ ἐν ταῖς Πράξεσιν, ὅτι ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. καὶ πάλιν, ἡμεῖς δὲ τῇ προσευχῇ, καὶ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου προσκαρτερήσομεν. καὶ ἡ Σοφία, καθὼς ηὔξω εὐχὴν τῷ Κυρίῳ, μὴ χρονίσῃς τοῦ ἀποδοῦναι αὐτήν, ὅτι ὅσα ηὔξω ἀποδώσεις. ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαι, ἢ εὔξασθαι, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. ὁ δὲ μισάδικος Ἰώβ, ἄδικον, λέγων, οὐδὲν ἦν ἐν χερσί μου, εὐχὴ δέ μου καθαρά. καὶ ὁ Πέτρος, σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς προσευχάς, καὶ ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ. ὁ δὲ Κύριος, διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προσευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε ὅτι λαμβάνετε, καὶ ἔσται ὑμῖν. καὶ ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ προσευχόμενον, ὡς ἐπαύσατο, εἶπέ τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· Κύριε δίδαξον ἡμᾶς προσεύχεσθαι καὶ εἶπεν, ὅταν προσεύχησθε, λέγετε, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· καὶ ἑξῆς. καὶ ἐπάγει, αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν. καὶ ἐπιφέρει, εἰ οὖν ὑμεῖς πονηροὶ ὑπάρχοντες, οἴδατε διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν δόματα ἀγαθά, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; καὶ βουλόμενος ἡμᾶς ὁ πολυπόθητος Κύριος διὰ κρυπτῆς ἐργασίας τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ προσφέρειν, λέγει.

χει, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ κλείσας τὴν θύραν σου, πρόσευξαι τῷ πατρί σου ἐν τῷ κρυπτῷ. καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Περὶ κατανύξεως.

Λόγος ρζ΄.

Η ΚΑΤΑΝΥΞΙΣ τίκτει τὸν κλαυθμὸν, καὶ τὰ δάκρυα· κόπῳ δέ τινι ἐργάζεται, εἰ μὴ διὰ πολλῆς ἀδολεσχίας καὶ ὑπομνήσεως τῆς φοβερᾶς ἡμέρας τῆς κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως ὧν ἡμάρτομεν, ἐν λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ διανοίᾳ· καὶ τῆς αἰσχύνης ἐκείνης τῆς ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ βήματος, ἐνώπιον ἀγγέλων, καὶ ἀνθρώπων, καὶ ὅλων τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων, ὅτε γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα πάντα, ὅτε ἕκαστος ἡμῶν παρίσταται ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπολογούμενος, ὅτε οὐδεὶς οὐδενὶ βοηθὸς, ὅτε φανερωθήσονται τὰ κεκρυμμένα, ἃ οὐδεὶς τέως οἶδεν, εἰ μὴ ἡ συνείδησις ἡμῶν, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα οὐδὲ ἡ καρδία ἐπίσταται, εἰ μὴ μόνος ὁ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, ὁ Θεός, ὅτε πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ κύκλῳ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ· ὅτε καταδικάζονται οἱ μὲν εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· οἱ δὲ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον· ἄλλοι παραπέμπονται τῷ ἀκοιμήτῳ σκώληκι, ἄλλοι τῷ ταρτάρῳ παραδίδονται· καὶ τί δεῖ πάντα κατὰ λεπτὸν ἀπαγγέλλειν, καὶ ἀκηδίαν ἐμποιεῖν τοῖς ἀκροαταῖς; ταῦτα οὖν πάντα καὶ τὰ ὅμοια ἐννοοῦντες, ἀγαπητοὶ, ἔλθωμεν εἰς κατάνυξιν, καὶ παυσώμεθα τῶν κακῶν ἡμῶν πράξεων, καὶ κλαύσωμεν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐνώπιον Κυρίου τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. ὅπου γὰρ δάκρυα, ἐκεῖ δυσώπησις Θεοῦ· ἡ πόρνη διὰ θερμῶν δακρύων, μιᾶς ὥρας, πολλῶν ὀφλημάτων ἄφεσιν ἐκομίσατο· τὰ δάκρυα τὴν εὐχὴν τῷ Θεῷ παριστῶσιν, καὶ εὐπρόσδεκτον αὐτὴν ποιοῦσιν. ὁ Πέτρος διὰ μιᾶς ὥρας πικρῶν δακρύων οὐ μόνον συνεχωρήθη τῷ πταίσματι τῆς ἀρνήσεως, ἀλλὰ καὶ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν πιστεύεται. Ἐζεκίᾳ τῷ βασιλεῖ, δι' ὀλίγων δακρύων δεκαπέντε ἔτη τῇ ζωῇ προσετέθη. αἱ ῥανίδες τῶν δακρύων ὡς μέλι γλυκάζον εἰσὶν ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ θυμίαμα εὐώδες παρὰ τῷ Θεῷ. χρὴ οὖν πρὸ παντὸς αἰτήματος,

A *Quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo ora Patrem tuum qui est in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi in manifesto.* Ipsi gloria in sæcula. Amen. *Matth 6.*

De Compunctione.

B

Homilia CVII.

COMPVNCTIO fletum parit & lacrymas: Non mediocri negotio obuenit homini, nisi forsan exercitio prolixior anteuerterit, aut commemoratio formidabilis iudicij, & vicariæ retributionis eorum quæ inique gessimus sermone, opere, cogitatione: aut certè per pudorem ac dedecus quod damnandos manet ante illud formidabile tribunal, in conspectu Angelorum & hominum, vniuersarúmque cœlestium virtutum, cùm nuda & aperta erunt
C omnia, quando vnusquisque nostrûm præsentabitur pro se responsurus, cùm nemo alteri poterit esse auxilio. Quando cunctis arcana patescent, nulli eatenus comperta & explorata, nisi quæ cuiusque conscientia nouit: quin potiùs plurima quæ ne cor quidem nostrum scit, præter Deum qui corda scrutatur & renes. Cùm *ignis in conspectu eius* procedet, *& inflammabit in circuitu inimicos eius*: quando condemnabuntur hi quidem in tenebras exteriores ablegandi, quæ paratæ sunt diabolo & Angelis eius: illi verò præcipitandi in ignem æternum. Et quidem alij propellentur, addicendi nunquam dormituro vermi, alij voragini traden-
D tur tartareæ. Ecquid necesse sit, singula hæc minutim vt percenseam, quorum censu auditoribus tædium ingenerem? Hæc igitur atque his perquam similia (charissimi) si expenderimus, ad compunctionem vtique pertingemus, nosque quàm ocyssimè recipiemus à consuetis operibus improbis; die ac nocte plorabimus in conspectu Domini qui fecit nos. Vbi enim lacrymæ, ibi exorabilis Dei clementia. Meretrix illa lacrymis vnius horæ, sed præferuidis, multorum retulit remissionem debito-
E rum. Lacrymæ præsentem exhibent Deo orationem, eamque gratiosam reddunt & acceptabilem. Petrus ipse amarulentis lacrymis vna hora profusis non peccatum modò abnegationis promeruit sibi condonari, sed & in earum gratiam illi concreditæ sunt claues regni cœlorum. Ezechiæ regi eximio, quòd tantillum fudisset lacrymarum, accreuerunt ad illius vitam anni quinque & decem. Rorulentæ aspergines lacrymarum vt dulcor mellis sunt cordis, aut suaue fragrans thymiama apud Deum. Omnimodam igitur ante petitionem necesse sit lacrymarum vtatis præsidio,

Compunctio quibus ex causis homini obueniat.
Iudicij extremi memoria compunctionẽ parit.
Psal. 49.
Vbi lacrymæ, ibi exorabilis est Dei clementia.
Luc. 4.
Marc. 4.
Matth. 26.
Luc. 22.
Isa 38.

ad vitæ obtinendam correctionem. Ipse enim Dominus noster summopere gaudet dum orationem excipit quam lacrymæ comitantur cum humili corde, nec vllo pacto se efferente quasi præter multos qui inter nos sunt: ea enim animi exigitur modestia, vt ne tanto ampliùs largitorem istius gratiæ exacerbemus.

Non illacrymandum temerè.

Sunt enim plerique pro peccatis illacrymantes, quos alioqui fugit, qui sit scopus lacrymarum. Hi insania perciti, demum mente etiam moti sunt. Si quis proinde perfectus, assecutus est compunctionem, sensu ipso experietur, se à pane vitæ alimoniam accipere spiritualem: alimoniam dico, præstantioris illius (nempe filialis) timoris, alimoniam desiderij cœlestis, suspiriosum gemitum internæ consolationis & compunctionis, melleique ac suauis cantici scientiæ profundioris & diuinorum quorundam mysteriorum.

Alimonia spiritualis qua sit. Timor filialis.

Compunctionis effectus.

Compunctio adornat cor concipiendis cogitationibus quæ sint profundendis lacrymis idoneæ & perquam suaues, vnde videre prorsus liceat, semina Orationis cum lacrymis inspersa esse in terra cordis nostri propter spem metendi olim gaudij. Meditatio quam comitantur compunctio & oratio, gignit in nobis castum Dei timorem: Ait enim lex: *Sedens in domo tua, & ambulans in via, & dormiens ac surgens: fixa sint & immobilia ante oculos tuos, vt discas timere Dominum Deum tuum.* Dicit autem & Iob: *Perueniat deprecatio mea ad Dominum, coram autem eo stillet oculus meus.* Anna insuper consternata in Seloïn, flénsque, orationem effudit ad Dominum, dicens: *Si respiciens respexeris ad humilitatem meam, & dederis mihi semen viri:* & hanc Dominus exaudiuit, deditque Prophetam Samuëlem. Altera item Anna Ioachimi vxor, flens in horto suo, cùm petitionem suam obtulisset pro impetrando filio, promeruit accipere sanctam Virginem Mariam, Domini ac Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi secundùm carnem, matrem. Dauid ipse: *Exaudi orationem meam Domine & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas: ne sileris.* Et exauditus ait, *Misericors Dominus & iustus, quia humiliatus sum & saluauit me.* Et: *Eripuit animam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu* Et: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent.* Deinde & illud: *Placebo Domino in regione viuorum.* Illud item: *Euntes ibant & flebant.* Vt puto, hæc de nostra captiuitate reddidit oracula, si quidem præscripta hæc in nos incurrerunt. Nos igitur, pro nobis ipsis atque illis debemus lacrymas profundere amaritudinis plenas. Primùm quidem, quòd ciuitas sancta Ierusalem incendio conflagrarit, crux quoque sancta Christi Dei nostri in Persidem transmigrauit: in eorum item gratiam qui tot accisi bellis perierunt: nobis enim erant concorpores, & eadem nobiscum insigniebantur fide, Ad quem modum Ioël Propheta clamat:

Deut. vi.

Iob 16.

I. Reg. 1.

S. Anna Deipara mater fleuit ad Deũ pro impetrando filio.

Ps. 38.

Ps. 114.

Sub Cosdrea tyranno Persidis.

Hierosolymitanæ urbis incendium sub Cosdroa.

Ioel 2.

A κατορθῶσαι. κεχρῆσθαι τοῖς δάκρυσιν. πάνυ γὰρ χαίρει ὁ δεσπότης ἡμῶν δεχόμενος προσευχὴν ἐν δάκρυσι μετὰ ταπεινῆς καρδίας, μηδαμῶς ἐπαιρομένης, ὡς ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς ὄντων ἡμῶν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον παροργίσωμεν τὸν δεδωκότα τὴν χάριν. πολλοὶ γὰρ δακρύοντες ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, ἐπιλανθανόμενοι τοῦ σκοποῦ τῶν δακρύων, μανέντες ἐξεπλάγησαν. ἐὰν δέ τις τελείαν κατάνυξιν κέκτηται, αἰσθάνεται ἑαυτὸν παρὰ τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, τὴν τροφὴν δεχόμενον πνευματικήν, τὴν τροφὴν τοῦ κρείττονος B φόβου, τὴν τροφὴν τοῦ πόθου ἐπουρανίου, καὶ στεναγμοῦ παρηγορείας καὶ κατανύξεως, καὶ μελῳδίας, καὶ γνώσεως βαθυτέρας, καὶ θείων τινῶν μυστηρίων. ἡ κατάνυξις δακρυώδεις τινὰς καὶ ἠπίους ἐννοίας τὴν καρδίαν παρασκευάζει φέρειν, ὅθεν ὄντως ἔστιν ἰδεῖν τὰ σπέρματα τῆς εὐχῆς μετὰ δακρύων ἐν τῇ γῇ τῆς καρδίας ἐνσπειρόμενα διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς τοῦ θερισμοῦ χαρᾶς. ἡ μετὰ κατανύξεως καὶ προσευχῆς μελέτη, τίκτει τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἡμῖν. φησὶ γὰρ ὁ νόμος, καθήμενος ἐν οἴκῳ, καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζόμενος C καὶ διανιστάμενος· ἔστω ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου, ἵνα μάθῃς φοβεῖσθαι Κύριον τὸν Θεόν σου. λέγει δὲ καὶ ὁ Ἰώβ, ἀφίκοιτό μου ἡ δέησις πρὸς Κύριον, ἔναντι δὲ αὐτοῦ στάζοι μου ὁ ὀφθαλμός. καὶ ἡ Ἄννα ἠθύμει ἐν Σιλὼμ καὶ ἔκλαιεν. καὶ προσηύξατο πρὸς Κύριον, λέγουσα, ἐὰν ἐπιβλέψῃς ἐπὶ τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ δῷς μοι σπέρμα ἀνδρός. καὶ εἰσήκουσεν αὐτῆς Κύριος. καὶ παρέσχεν αὐτῇ τὸν προφήτην Σαμουήλ. καὶ ἡ ἄλλη Ἄννα τοῦ Ἰωακεὶμ κλαύσασα καὶ αἰτοῦσα ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς περὶ τέκνου, ἐκομίσατο τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, τὴν κατὰ D σάρκα μητέρα τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ὁ Δαβίδ, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου, ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου, μὴ παρασιωπήσῃς. καὶ εἰσακουσθείς, φησιν, ἐλεήμων ὁ Κύριος καὶ δίκαιος, ὅτι ἐταπεινώθην καὶ ἔσωσέν με, καὶ ἐξείλετο τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου· τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων, καὶ τοὺς πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. οἱ γὰρ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι. λοιπόν, εὐαρεστήσωμεν τῷ Κυρίῳ ἐν χώρᾳ ζώντων. καὶ τό, πορευόμενοι δὲ ἐπορεύοντο, καὶ ἔκλαιον. ὡς E οἶμαι, ὅτι περὶ τῆς ἡμετέρας αἰχμαλωσίας φάσκει. τὰ γὰρ προγραφέντα, εἰς ἡμᾶς κατήντησεν. καὶ ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν, ὑπὲρ ἑαυτῶν κἀκείνων πικρῶς δακρύειν. πρῶτον μὲν διὰ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς ἁγίας πόλεως Ἱερουσαλήμ, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου σταυροῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν μετάστασιν ἐν Περσίδι, καὶ διὰ τοὺς ἐν τούτοις πολέμοις ἀπολλυμένους, ὅτι σύσσωμοι ἡμῶν εἰσιν, καὶ ὁμόπιστοι. καθὼς ὁ προφήτης Ἰωὴλ βοᾷ·

Plangite

πενθεῖτε, λέγων, οἱ ἱερεῖς οἱ λειτουργοῦντες τῷ θυσιαστηρίῳ, ὅτι τεταλαιπώρηκεν πᾶσα ἡ γῆ· κλαύσατε οἱ ἱερεῖς, οἱ λειτουργοῦντες τῷ Κυρίῳ, καὶ εἴπατε, φεῖσαι Κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δὸς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος, τοῦ κατάρξαι αὐτῶν ἔθνη, ὅπως μὴ εἴπωσι, ποῦ ἐστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν; ἐν ἡμῖν γάρ ἐστιν τοῦ δυσωπῆσαι τὸν ἀμνησίκακον Κύριον, καθὼς καὶ ὁ προφήτης Σοφονίας διδάσκει, λέγων, παρέθηκέν σοι πῦρ, καὶ ὕδωρ, οὗ, ἐὰν θέλῃς, ἔκτεινον σου τὴν χεῖρα· ἐναντίον ἀνθρώπου ζωὴ καὶ θάνατος. καὶ οὗ ἐὰν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ. τὸν γὰρ ἁμαρτάνοντα εἰς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, τίς δικαιώσει; εἰ μὴ ζεστὰ δάκρυα, μετὰ κατανύξεως; διψᾷ γὰρ ἀεὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ὁ ἀγαθὸς καὶ εὔσπλαγχνος δεσπότης· καθὼς ὁ ἀπόστολος μαρτυρεῖ λέγων, ὃς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίῳ, καὶ ἰδοὺ γυνὴ ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλός, καὶ ἐπιγνοῦσα ὅτι κατάκειται ὁ Κύριος ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Φαρισαίου, κομίσασα ἀλάβαστρον μύρου, καὶ στᾶσα ὀπίσω παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ κλαίουσα, ἤρξατο βρέχειν τοὺς πόδας αὐτοῦ τοῖς δάκρυσιν, καὶ ταῖς θριξὶν τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐκμάσσειν, καὶ κατεφίλει τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤλειφεν τῷ μύρῳ, καὶ ἤκουσεν παρὰ τοῦ Σωτῆρος, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

Plangite sacerdotes qui ministratis altari, quia miserè afflicta est omnis terra. Flete sacerdotes qui ministratis Domino, & dicite, parce Domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eius nationes, vt ne dicant, vbi est Deus eorum? In nostra enim situm est potestate exorare tam clementem Dominum, & qui facilè malorum omnium obliuiscitur: iuxta oraculum Sophoniæ Prophetæ, dicentis: *Apposuit tibi ignem & aquam: ad vtrumlibet volueris extende manum tuam: ante homines vita & mors, & quodcumque placuerit, dabitur eis. Peccantem enim in animam suam quis iustificabit?* Quis, inquam, nisi perferuidæ lacrymæ, quas comitetur compunctio? Sitit quidem semper nostram omnium salutem benignus & misericors Dominus, vel teste Apostolo: *Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Scriptum autem est & in Lucæ Euangelio: Et, *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quia accumberet Dominus in domo Pharisæi; attulit alabastrum vnguenti: cúmque stetisset retrò secus pedes eius, flens cœpit rigare pedes eius lacrymis, & capillis capitis sui detergere, & vnguento vngebat:* & eo promeruit voce Saluatoris illud audire, *Dimittuntur tibi peccata tua.* Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Lapsus est memoria hic: non enim ex Sophonia depromptus est hic locus, sed ex Ecclesiastici 15.

1. Tim. 2. 4.

Luc. 7.

Περὶ τιμῆς γονέων.

Λόγος ρη΄.

ΤΟΥ τιμᾶν τοὺς τεκόντας ἡμᾶς, καὶ ἀμοιβὰς αὐτοῖς ἀποδιδόναι ὀφειλέται ἐσμὲν καὶ ἐκ τῆς φυσικῆς νομοθεσίας. ἐν πρώτοις μὲν, ὅτι τὸ αἰσθητὸν τοῦτο φῶς δι' αὐτῶν ἑωράκαμεν. ἔπειτα δὲ καὶ τὸ νοητὸν, τουτέστιν τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπίγνωσιν· καὶ διὰ τὴν φυσικὴν αὐτῶν πρὸς τὰ ἴδια ἔγγονα στοργήν· καὶ διὰ τὸν κόπον ὃν ὑπομένουσι περὶ τῆς ἐκτροφῆς αὐτῶν, καὶ τὴν μέριμναν ἣν ἔχουσι νυκτὸς καὶ ἡμέρας δι' αὐτά. μή τι τῶν ἀβουλήτων αὐτοῖς συναντήσῃ· καὶ ἐργαζόμενοι καὶ μοχθοῦντες περὶ ἐνδύματος καὶ τροφῆς αὐτῶν, καὶ τοῦ ἀποθησαυρίσαι αὐτοῖς μετὰ θάνατον. ποίας οὖν ἀξίας ἀμοιβὰς, ὑπὲρ τούτων πάντων δυνάμεθα ἀνταποδοῦναι αὐτοῖς; πάντοτε τοιγαροῦν σπουδάσωμεν τὰ εἰς τὴν τιμὴν καὶ θεραπείαν καὶ ἀνάπαυσιν αὐτῶν διαπράττεσθαι, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τῷ γήρει αὐτῶν,

De honore parentum.

HOMILIA CVIII.

PARENTES vt honore prosequamur, vtque vicem rependamus beneficiorum, vel ipse naturæ tenor atque ordo docet nos iure obstringi. Idipsum confirmat sanctio legis diuinæ. In primis, quia sensile hoc lumen, illorum opera contuemur: deinde & spiritualem lucem hausimus, nimirum agnitionem fidei quæ nos per regeneratiui lauacri gratiam rectà ducit ad Dominum nostrum Iesum Christum: Tum propter pium erga suos liberos, quem illorum animis natura inseuit, affectum: ob laborem quem pro illorum educatione sustinent, & anxiam sollicitudinem qua interdiu noctúque aguntur dum malè metuunt, ne quid filiis suis occurrat fortuiti & aduersi casus: sedulò item dum operantur, ac perplexos adeunt labores quibus liberis suis indumentum parent & alimoniam, vtque posteritati sepoant thesaurum, & à morte relinquant. Quam quæso vicem vniuersis his condignam rependere possimus? Quocirca adnitamur pro virili, ea explere quæ ad eorum attinent honorem, famulatũ, requiem, idq; peculiariter, senio dũ grauantur;

Parentes cur honorandi.

Parentibus qualis honor sit exhibendus.

vt vel ipso filiorum aspectu recreentur ac propè reuiuiscant: quemadmodum Iacob, viso mox Ioseph. Concertemus cum auiculis

Gen.30.

quæ vpupæ dicuntur, illis ne dispares deprehendamur & dissentanei. Si quando enim parentes suos viderint consenuisse, & per senium hebetiores esse visu: filij alares pilos parentum conuellunt, deinde allambunt oculos illorum, mox ipsos parentes suismet alis subiectos excalfaciunt ac refouent, atque ita demum eos quasi pullos recens editos reuocant ad florem ætatis, sic vt iuuenes videri possint: quasi si suis dicant parentibus: quemadmodum vos pullescere nos fecistis, & labores tolerastis pro educatione nostra, & nos simile quiddam vobis rependamus. Quid tuigitur nos parentes arctiore vinculo charitatis prosequamur rationis compotes, vt ne aduersum nos ingemiscant? Planè res eiuscemodi neutiquam futura nobis est vlli emolumento, magis autem detrimentosa admodum, vt qui comperiemur & patris fuisse & matris cæsores. In lege scriptum est: *Honora patrem tuum & matrem tuam vt bene tibi sit, & sis longæuus super terram.* Et: *Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.* Nec abludit Esaias: *Qui dicit patri, quid generas? & matri, quid parturis? scio ego, quia durus es, & neruus ferreus ceruix tua.* Alius item: *Qui honorat patrem, iucundabitur in filiis suis, & in die orationis suæ exaudietur.* Iterum: *Oratio patris confirmat domos filiorum: maledictio autem matris: eradicat fundamenta.* Apostolus: *Filij obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum: honora patrem tuum & matrem, quod est primum mandatum in promissionibus.* Rursus: *Filij discant primùm proprium domum religiosè regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim bonum & acceptum coram Deo.* Parœmiastes item: *Filius astutus obedit patri: filius inobediens in perditione erit.* Iterum: *Maledicentis patri aut matri extinguetur lucerna.* Iterum: *Qui vim facit patri aut matri, & credit se non peccare, socius est viri impij.* Id ipsum & Dominus ad Pharisæos, *Quare & vos transgredimini legem Dei propter traditionem vestram? nam Deus dixit: honora patrem tuum & matrem, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: vos autem dicitis, quicumque dixerit patri vel matri suæ Corban: (quod est, munus) quodcumque est ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem suum aut matrem.* Sed hæc sufficere putem, ad explicationem sumpti argumenti, nempe quòd parentibus vicem debeamus resoluere. Atqui ne illud quidem ignorare conueniat, à nobis non id repeti solùm, vt parentibus secundùm carnem, vicem redhibeamus, verùm tantò ampliorem honorem cultúmque nos debere iis qui secundùm spiritum patres sunt nostri,

Margin: Vpuparum in seniores parentes pietas. — Deut.27. Ecclef.3. Exod.21. Prou.20. Deut.5. Matth.15. Marc.7. Ioan.45. Eccl.3. Eccl.2. Ephes.6. Coloss.3. 1.Tim.5. Prou.15. Zach.13. Matth.7. Marc.7.

A ἵνα ἐν ὁράσει τῶν τέκνων, ἀναζωπυρῶνται, ὡς ὁ Ἰακώβ, ἑωρακὼς τὸν Ἰωσήφ. γενώμεθα ἐφάμιλλοι καὶ τοῖς ὀρνέοις τοῖς λεγομένοις ἔποψιν. ἐκεῖνα γὰρ ὅταν ἴδωσι τοὺς γονεῖς αὐτῶν γηράσαντας, καὶ ἀμβλυωπήσαντας, τὰ τέκνα ἐκτίλλουσι τὰς πτέρυγας τῶν γονέων, καὶ λείχουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, καὶ θάλπουσι τοὺς γονεῖς αὐτῶν ὑπὸ τὰς ἑαυτῶν πτέρυγας, καὶ νεοσσοποιοῦσιν, καὶ νέοι γίνονται οἱ γονεῖς αὐτῶν. λέγοντες τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἐνεοσσοποιήσατε ἡμᾶς, καὶ πεπλήκατε κάμνοντες, καὶ τρέφοντες, καὶ ἡ-
B μεῖς τὸ ὅμοιον ὑμῖν ποιοῦμεν. καὶ πῶς λογικοὶ ἡμεῖς ὄντες, οὐ πολὺ πλέον ἀγαπήσωμεν τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς; μὴ ὅπως στενάξουσιν κατὰ ἡμῶν; ἀλυσιτελὲς γὰρ τοῦτο ἡμῖν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπιβλαβές· καὶ εἰκότως εὑρισκόμεθα πατραλῶαι, καὶ μητραλῶαι. ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ, ὁ κακολογῶν πατέρα, ἢ μητέρα, θανάτῳ τελευτάτω. ὡσαύτως καὶ ὁ Ἡσαΐας, ὁ λέγων τῷ πατρὶ, τί γεννήσεις; καὶ τῇ μητρὶ, τί ὠδίνεις; γινώσκω
C ἐγὼ ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν, ὁ τράχηλός σου. ἄλλος δὲ, ὁ τιμῶν πατέρα, εὐφρανθήσεται ἐπὶ τέκνοις, καὶ ἐν ἡμέρᾳ προσευχῆς αὐτοῦ εἰσακουσθήσεται. καὶ πάλιν, εὐχὴ πατρὸς στηρίζει οἴκους τέκνων· κατάρα δὲ μητρὸς ἐκριζοῖ θεμέλια οἴκου. καὶ ὁ ἀπόστολος, τὰ τέκνα ὑπακούετε τοῖς γονεῦσιν ὑμῶν, ἐν Κυρίῳ. τοῦτο γάρ φησιν ἐστὶ δίκαιον, τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου. ἥτις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίαις. καὶ αὖθις, τὰ τέκνα μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, καὶ ἀμοιβὰς ἀποδιδό-
torum.

Populus: Amen.

Deinde accipit Calicem, & dicit:

Similiter postquam cœnauit, accipiens calicem & permiscens ex vino & aqua, & aspiciens in cœlũ, ac ostẽdens tibi Deo & Patri,

gratias agens, sanctificans, benedicens, implens Spiritu sancto, dedit sanctis ac beatis discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro vobis & multis effunditur, & datur in remissionem peccatorum.

Matth.26.

Populus: Amen.

Sacerdos: Hoc facite in meam commemorationem: quotiescumque enim comederitis panem hunc, & hunc calicem biberitis, mortem Filij hominis annuntiatis, & resurrectionem eius confitemini, donec veniat.

Dicunt Diaconi: Credimus, & confitemur.

Populus: Mortem tuam, Domine, annuntiamus, & resurrectionem tuam confitemur.

Sacerdos: Memores igitur & nos peccatores, passionum eius viuificarum, Crucis salutaris, ac mortis, Sepulchri & Resurrectionis à mortuis tertio die, Ascensionis in cœlos, & assessionis eius ad dexteram tuam Dei & Patris, & secundi, gloriosi, & tremendi eius aduentus, cùm venerit cum gloria ad iudicandum viuos & mortuos, cùm reddet vnicuique secundùm opera eius: offerimus tibi Domine, hoc sacrificium venerandum & incruentum, orantes, ne secundùm peccata nostra nobiscum agas, neque secundùm iniquitates nostras retribuas nobis, sed secundùm æquitatem tuam & ineffabilem humanitatem tuam prætergrediens, atque delens chirographum illud quod est contra nos famulos tuos, largire nobis cœlestia & æterna tua dona, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparasti, Deus, diligentibus te: neque propter me, & propter mea peccata repudies populum, benigne Domine.

Sacrificium incruentum. *Psalm.78.*

1.Cor.2.

Deinde dicit, ter repetens:

Populus enim tuus, & Ecclesia tua supplicant tibi.

Populus: Miserere nostri Domine Deus, Pater omnipotens.

Rursus Sacerdos dicit:

Miserere nostri Deus omnipotens: Miserere nostri Deus seruator noster: Miserere nostri, Deus, secundùm magnam misericordiam tuam, & demitte super nos & super hæc dona proposita, Spiritum tuum sanctissimum.

Psalm.50.

Deinde inclinata ceruice, dicit:

Dominum viuificum, vnà cum te Deo Patre, & vnigenito Filio tuo assidentem, simul regnantem, consubstantialem, & coæternum, qui locutus est in lege & prophetis & in nouo Testamento, qui descendit in specie columbæ super Dominum nostrum Iesum Christum

A εὐχαριστήσας, ἁγιάσας, εὐλογήσας, πλήσας πνεύματος ἁγίου, ἔδωκε τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εἰπών, Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό μού ἐστι τὸ αἷμα τὸ τῆς καινῆς διαθήκης τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχεόμενον καὶ διαδιδόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις γὰρ ἂν ἐσθίητε τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο πίνητε, τὸν θάνατον τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου καταγγέλλετε, καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ ὁμολογεῖτε, ἄχρις οὗ ἔλθῃ.

B Λέγουσιν οἱ διάκονοι. Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν.

Ὁ λαός. Τὸν θάνατόν σου Κύριε καταγγέλλομεν καὶ τὴν ἀνάστασίν σου ὁμολογοῦμεν.

Ὁ ἱερεύς. Μεμνημένοι οὖν καὶ ἡμεῖς οἱ ἁμαρτωλοὶ τῶν ζωοποιῶν αὐτοῦ παθημάτων, τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, καὶ τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ταφῆς, καὶ τῆς τριημέρου ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀνόδου, καὶ τῆς ἐκ δεξιῶν σου τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καθέδρας, καὶ τῆς δευτέρας ἐνδόξου καὶ φοβερᾶς αὐτοῦ C παρουσίας, ὅταν ἔλθῃ μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ὅταν μέλλῃ ἀποδιδόναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, προσφέρομέν σοι, δέσποτα, τὴν φοβερὰν ταύτην καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, δεόμενοι, ἵνα μὴ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ποιήσῃς μεθ' ἡμῶν, μηδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταποδώσῃς ἡμῖν· ἀλλὰ κατὰ τὴν σὴν ἐπιείκειαν καὶ ἄφατόν σου φιλανθρωπίαν, ὑπερβὰς καὶ ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τῶν σῶν οἰκετῶν, χαρίσῃ ἡμῖν τὰ ἐπουράνια καὶ αἰώνιά σου D δωρήματα, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασας, ὦ Θεός, τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ μὴ δι' ἐμὲ καὶ διὰ τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας ἀθετήσῃς τὸν λαόν, φιλάνθρωπε Κύριε.

Εἶτα λέγει ἐκ τρίτου.

Ὁ γὰρ λαός σου καὶ ἡ ἐκκλησία σου ἱκετεύουσί σε.

Ὁ λαός. Ἐλέησον ἡμᾶς Κύριε ὁ Θεός, ὁ πατὴρ ὁ παντοκράτωρ.

Πάλιν λέγει ὁ ἱερεύς.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· ἐλέησον E ἡμᾶς ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν· ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ ἐξαπόστειλον ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα δῶρα ταῦτα, τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον.

Εἶτα κλίνας τὸν αὐχένα, λέγει.

Τὸ κύριον καὶ ζωοποιόν, τὸ σύνθρονόν σοι τῷ Θεῷ καὶ πατρί, καὶ τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ, τὸ συμβασιλεῦον, τὸ ὁμοούσιόν τε καὶ συναΐδιον, τὸ λαλῆσαν ἐν νόμῳ καὶ προφήταις, καὶ τῇ καινῇ σου διαθήκῃ, τὸ καταβὰν ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν

ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ καὶ μεῖναν ἐπ' αὐτόν· τὸ καταβὰν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους σου ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν ἐν τῷ ὑπερῴῳ τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Σιών, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς πεντηκοστῆς· αὐτὸ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον κατάπεμψον δέσποτα ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ προκείμενα ἅγια δῶρα ταῦτα.

Καὶ ἀνιστάμενος ἐκφωνεῖ· Ἵνα ἐπιφοιτῆσαν τῇ ἁγίᾳ καὶ ἀγαθῇ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, ἁγιάσῃ καὶ ποιήσῃ, τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον, σῶμα ἅγιον τοῦ Χριστοῦ σου.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, αἷμα τίμιον τοῦ Χριστοῦ σου.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς καθ' ἑαυτὸν ἱστάμενος:

Ἵνα γένηται πᾶσι τοῖς ἐξ αὐτῶν [illegible] λαμβάνουσιν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώ[illegible]ιασμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, εἰς καρποφορίαν ἔργων ἀγαθῶν, εἰς στηριγμὸν τῆς ἁγίας σου καθολικῆς [illegible]ικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐθεμελίωσας ἐπὶ τὴν πέτραν τῆς πίστεως, ἵνα πύλαι ᾅδου μὴ κατισχύσωσιν αὐτῆς, ῥυόμενος αὐτὴν ἀπὸ πάσης αἱρέσεως καὶ σκανδάλων καὶ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, διαφυλάττων αὐτὴν μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

Καὶ ἐπικλιθεὶς λέγει· Προσφέρομέν σοι δέσποτα καὶ ὑπὲρ τῶν ἁγίων σου τόπων, οὓς ἐδόξασας τῇ θεοφανείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· προηγουμένως ὑπὲρ τῆς ἐνδόξου Σιὼν τῆς μητρὸς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν· καὶ ὑπὲρ τῆς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, πλουσίας καὶ νῦν τὰς δωρεὰς τοῦ παναγίου σου πνεύματος ἐπιχορήγησον αὐτῇ δέσποτα. μνήσθητι Κύριε καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἁγίων πατέρων, καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ ἐπισκόπων τῶν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ ὀρθοδόξως ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας. Μνήσθητι Κύριε καὶ πάσης πόλεως καὶ χώρας καὶ τῶν ὀρθοδόξων πίστει οἰκούντων ἐν αὐταῖς, εἰρήνης καὶ ἀσφαλείας αὐτῶν. Μνήσθητι Κύριε πλεόντων, ὁδοιπορούντων, ξενιτευόντων Χριστιανῶν, τῶν ἐν δεσμοῖς, τῶν ἐν φυλακαῖς, τῶν ἐν αἰχμαλωσίαις καὶ ἐξορίαις, τῶν ἐν μετάλλοις καὶ βασάνοις, καὶ πικραῖς δουλείαις ὄντων πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν. Μνήσθητι Κύριε τῶν νοσούντων, καὶ καμνόντων, καὶ τῶν ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένων, τῆς παρὰ σοῦ τοῦ Θεοῦ ταχείας ἰάσεως αὐτῶν καὶ σωτηρίας. Μνήσθητι Κύριε πάσης ψυχῆς Χριστιανῆς θλιβομένης καὶ καταπονουμένης, ἐλέους καὶ βοηθείας σου τοῦ Θεοῦ ἐπιδεομένης, καὶ ἐπιστροφῆς τῶν πεπλανημένων. Μνήσθητι Κύριε τῶν κοπιώντων καὶ διακονούντων ἡμῖν πατέρων καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον.

A in Iordane fluuio, & mansit super eum, qui descendit super Apostolos tuos in specie igniarum linguarum, in cœnaculo sanctæ & gloriosæ Sion, in die Pentecostes: ipsum Spiritum tuum sanctissimum dimitte nunc quoque Domine in nos, & in hæc dona sancta proposita.

Luc.3. *Act.2.*

Et erigens se exclamat: Vt superueniens, sancta, & bona, & gloriosa sua præsentia, sanctificet & efficiat hunc panem corpus sanctum Christi tui.

Populus: Amen.

B *Sacerdos*: Et calicem hunc, pretiosum sanguinem Christi tui.

Populus: Amen.

Ritè ista intellige: nam post cōsecrationem Eucharistiæ orare videtur vt Deus panē vertat in corpus Christi, quasi id factū non fuerit per cōsecrationem & sacra verba, Hoc est corpus meum. Sed quo sensu orthodoxo hæc liturgia verba sint accipiēda abunde habes in Bessarione Nicæno lib. de verbis consecrationis Sixto Senensi lib.6. Biblioth. annot.111. Bellarmino lib 4. de Eucharistia cap.14.

Sacerdos apud se stans.

Vt sit omnibus ex his sumentibus in remissionem peccatorum, & in vitam æternam, in sanctificationem animarum & corporum, ad fructus bonorum operum ferendos, in confirmationem sanctæ tuæ, Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, quam fundasti super petram fidei, vt C portæ inferorum non præualeant aduersus eam: liberans eam ab omni hæresi, & scandalis, & iis qui operantur iniquitatem, seruans eam vsque ad consummationem sæculi.

Et inclinans: Offerimus tibi, Domine, & pro sanctis tuis locis quos glorificasti diuina apparitione Christi tui, & aduentu sanctissimi tui Spiritus, & præcipuè pro gloriosa Sion, matre omnium Ecclesiarum, ac pro sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia quæ est per vniuersum orbem, lar- D ga dona sancti tui Spiritus, nunc quoque suppedita ei Domine. Memento (Domine) & sanctorum Patrum fratrumque nostrorum qui in ea sunt, ac Episcoporum qui per vniuersum orbem orthodoxa fide distribuunt verbum tuæ veritatis. Memento (Domine) & omnis ciuitatis ac regionis, eorumque qui in orthodoxa fide in iis habitant, vt in pace securitatéque degant. Memento (Domine) nauigantium, iter facientium, peregrinantium Christianorum, in vinculis, & custodiis de- E tentorum, captiuorum, exulum, eorum qui ad metalla & supplicia damnati sunt, & qui in dura seruitute agunt, patrum & fratrum nostrorum. Memento (Domine) infirmorum, & laborantium, & eorum qui ab immundis spiritibus infestantur, vt à te Deo, celeriter ab iis sanentur & seruentur. Memento (Domine) omnis animæ Christianæ afflictæ & vexatæ, implorantis misericordiam & auxilium à te Deo: conuersionis etiam errantium. Memento (Domine) laborantium & ministrantium nobis patrum & fratrum nostrorum, propter nomen sanctum tuum,

Ecclesia Catholica apostolica. *Oblatio & preces pro locis terra sancta.* *Ecclesia Sion mater omniū Ecclesiarum.* *Pro viuis.* *Pro nauigantibus & peregrinis.* *Pro infirmis.* *Pro afflictis.*

Pro pace, & contra hæreses.

Memento (Domine) omnium, vt benignè illis facias: omnium miserere, Domine, omnibus nobis reconciliare: redde multitudinem populi tui pacificam, dissipa scandala, aboleto bella, siste hæreseôn irruptiones, pacem tuam, tuámque charitatem largire nobis, Deus, Saluator noster qui es spes omnium finium terræ.

Pro aëris serenitate & terræ fructibus.

Memento (Domine) temperiei aëris, imbrium lenium, mitis roris, vbertatis fructuum, & coronæ anni, benignitatis tuæ: oculi enim omnium in te sperant, & tu das illis escam in tempore opportuno, aperis tu manum tuam & imples omne animal beneplacito.

Pro benefactoribus & commendatis, & iis qui sunt vtiles Ecclesiæ.

Memento (Domine) eorum qui fructificant & præclara edunt facinora in Ecclesiis tuis sanctis: & eorum qui pauperes, viduas, orphanos, peregrinos, & egenos in memoria habent: & eorum omnium qui mandarunt vt sui memores essemus in orationibus. Prætera meminisse digneris (Domine) eorum qui has oblationes obtulerunt hodierno die ad sanctum Altare tuum, & pro quibus vnusquisque obtulit, aut in mente habet, & eorum quos paulò antè tibi legi.

Pro seipso sacerdote sacrificante. Pro Diaconis ad altare.

Memento (Domine) secundùm multitudinem misericordiæ tuæ & miserationum tuarum, mei etiam, qui abiectus & inutilis seruus tuus sum; & Diaconorum circunstantium sanctum altare tuum, ac largire eis vitam inculpatam; eorum ministerium sine macula conserua, & gradus bonos assere tibi, vt inueniamus misericordiam & gratiam cum omnibus Sanctis tuis, qui ab æterno tibi placuerunt per generationem ac generationem, Maiorum nostrorum, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum, Sanctorum, & omnis Spiritus iusti in fide Christi tui consummati.

Salutatio Angelica. Luc 1.

Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia Saluatorem peperisti animarum nostrarum.

Deinde exclamat Sacerdos:

Præcipuè sanctissimæ, immaculatæ, super omnes benedictæ, gloriosæ Dominæ nostræ, Deiparæ, sempérque virginis Mariæ.

Memoria Deiparæ Virginis.

Cantores: Dignum est, vt te verè beatam dicamus Deiparam, semper beatam, & omnibus modis immaculatam & Matrem Dei nostri, honorabiliorem quàm Cherubim, & gloriosiorem quàm Seraphim; quæ sine corruptione Deum verbum peperisti: te reuera Deiparam magnificamus.

Virgo Deipara.

Et rursus canunt: Tibi, ô plena gratiæ, vniuersa creatura gratulatur; Angelorum cœtus, & hominum genus; quæ es templum sanctificatum, paradisus spiritalis,

A Μνήσθητι Κύριε πάντων εἰς ἀγαθόν· πάντας ἐλέησον δέσποτα· πᾶσιν ἡμῖν διαλλάγηθι· εἰρήνευσον τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ σου· διασκέδασον τὰ σκάνδαλα· καταργήσον τοὺς πολέμους· παῦσον τὰς τῶν αἱρέσεων ἐπαναστάσεις· τὴν σὴν εἰρήνην καὶ τὴν σὴν ἀγάπην χάρισαι ἡμῖν, ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, ἡ ἐλπὶς πάντων τῶν περάτων τῆς γῆς. Μνήσθητι Κύριε εὐκρασίας ἀέρων, ὄμβρων εἰρηνικῶν, δρόσων ἀγαθῶν, καρπῶν εὐφορίας, καὶ τοῦ στεφάνου τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου· οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων

B εἰς σὲ ἐλπίζουσι, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ· ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Μνήσθητι Κύριε τῶν καρποφορούντων καὶ καλλιεργούντων ἐν ταῖς ἁγίαις σου ἐκκλησίαις· καὶ μεμνημένων τῶν πενήτων, χηρῶν, ὀρφανῶν, ξένων, καὶ ἐπιδεομένων· καὶ πάντων τῶν ἐντειλαμένων ἡμῖν τοῦ μνημονεύειν αὐτῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς. ἔτι μνησθῆναι καταξίωσον Κύριε καὶ τῶν τὰς προσφορὰς ταύτας προσενεγκάντων ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἐπὶ τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον, καὶ ὑπὲρ

C ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει, καὶ τῶν ἀρτίως σοι ἀνεγνωσμένων. μνήσθητι Κύριε κατὰ τὸ πλῆθός σου ἐλέους σου καὶ τῶν οἰκτιρμῶν σου, καὶ ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ καὶ ἀχρείου δούλου σου, καὶ τῶν τὸ ἅγιόν σου θυσιαστήριον κυκλούντων διακόνων· καὶ χάρισαι αὐτοῖς βίον ἄμεμπτον, ἄσπιλον αὐτῶν τὴν διακονίαν φύλαξον, καὶ βαθμοὺς ἀγαθοὺς περιποίησαι, ἵνα εὕρωμεν ἔλεον καὶ χάριν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ' αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων κατὰ γενεὰν καὶ γενεάν, προπατέρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προ-

D φητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, διδασκάλων, ὁσίων, καὶ παντὸς πνεύματος δικαίου ἐν πίστει τοῦ Χριστοῦ σου τετελειωμένου.

Χαῖρε κεχαριτωμένη Μαρία· ὁ κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Εἶτα ἐκφωνεῖ ὁ ἱερεύς.

Ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερευλογημένης, ἐνδόξου, δεσποίνης ἡμῶν, θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

I Οἱ ψάλται. Ἄξιόν ἐστιν ὡς ἀληθῶς μακαρίζειν σε τὴν θεοτόκον, τὴν ἀειμακάριστον καὶ παναμώμητον, καὶ μητέρα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τὴν τιμιωτέραν τῶν Χερουβὶμ, καὶ ἐνδοξοτέραν ἀσυγκρίτως τῶν Σεραφὶμ, τὴν ἀδιαφθόρως Θεὸν λόγον τεκοῦσαν, τὴν ὄντως θεοτόκον σε μεγαλύνομεν.

Καὶ πάλιν ψάλλουσιν. Ἐπὶ σοὶ χαίρει κεχαριτωμένη πᾶσα ἡ κτίσις, ἀγγέλων τὸ σύστημα, καὶ ἀνθρώπων τὸ γένος, ἡγιασμένε ναέ, καὶ παράδεισε λογικέ,

τῶν γυναικῶν καύχημα, ἐξ ἧς Θεὸς ἐσαρκώθη, καὶ παιδίον γέγονεν ὁ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων Θεὸς ἡμῶν· τὴν γὰρ σὴν μήτραν θρόνον ἐποίησε, καὶ τὴν σὴν γαστέρα πλατυτέραν οὐρανῶν ἀπειργάσατο. Ἐπὶ σοὶ χαίρει κεχαριτωμένη, πᾶσα ἡ κτίσις· δόξα σοι.

Οἱ διάκονοι. Μνήσθητι Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Ὁ ἱερεὺς ἐπικλινόμενος λέγει· Μνήσθητι Κύριε ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκὸς, ὧν ἐμνήσθημεν καὶ ὧν οὐκ ἐμνήσθημεν, ὀρθοδόξων, ἀπὸ Ἄβελ τοῦ δικαίου μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας· αὐτὸς ἐκεῖ αὐτοὺς ἀνάπαυσον, ἐν χώρᾳ ζώντων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου, ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν· ὅθεν ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη καὶ στεναγμός· ἔνθα ἐπισκοπεῖ τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, καὶ καταλάμπει διὰ παντός. ἡμῶν δὲ τὰ τέλη τῆς ζωῆς, Χριστιανὰ καὶ εὐάρεστα, καὶ ἀναμάρτητα, ἐν εἰρήνῃ κατεύθυνον Κύριε Κύριε, ἐπισυνάγων ἡμᾶς ὑπὸ τοὺς πόδας τῶν ἐκλεκτῶν σου, ὅτε θέλεις καὶ ὡς θέλεις· μόνον, χωρὶς αἰσχύνης καὶ παραπτωμάτων, διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μόνος ἀναμάρτητος φανεὶς ἐπὶ τῆς γῆς.

Ὁ διάκονος. Καὶ ὑπὲρ εἰρήνης καὶ εὐσταθείας παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἕκαστος προσήνεγκεν, ἢ κατὰ διάνοιαν ἔχει, καὶ τοῦ περιεστῶτος λαοῦ, καὶ πάντων καὶ πασῶν.

Ὁ λαός. Καὶ πάντων καὶ πασῶν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Δι' ὧν καὶ ἡμῖν καὶ αὐτοῖς ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ὁ λαός. Ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ὁ Θεὸς τὰ παραπτώματα ἡμῶν, τὰ ἑκούσια, τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν ἔργῳ, καὶ λόγῳ· τὰ ἐν γνώσει, καὶ ἀγνοίᾳ· τὰ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ· τὰ κατὰ νοῦν, καὶ διάνοιαν· τὰ πάντα ἡμῖν συγχώρησον, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Ὁ ἱερεύς. Χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ καὶ δεδοξασμένος, σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ διάκονος. Ἔτι καὶ ἔτι διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Ὑπὲρ τῶν προσκομισθέντων καὶ ἁγιασθέντων τιμίων, ἐπουρανίων, ἀῤῥήτων, ἀχράντων, ἐνδόξων, φοβερῶν, φρικτῶν, θείων δώρων, κυρίῳ τῷ Θεῷ δεηθῶμεν.

Ὅπως κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ προσδεξάμενος αὐτὰ εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον, νοερὸν, καὶ πνευματικὸν αὐτοῦ θυσιαστήριον εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς,

A virginum gloria, ex qua Deus carnem assumpsit & puer factus est Deus noster qui est ante saecula: tuum enim vterum, thronum fecit, & tuum ventrem latiorem ac ampliorē coelis ipsis reddidit: tibi ô gratiæ plena, vniuersa creatura gratulatur, gloria tibi.

Diaconus: Memento, Domine Deus noster. *Pro fidelibus defunctis.*

Sacerdos inclinatus dicit. Memento Domine Deus noster, spirituum & vniuersæ carnis, quorum memoriam egimus & quorum non egimus, Orthodoxorum ac rectè de fide sentientium, ab Abel iusto vsque B ad hodiernum diem: fac eos requiescere in regione viuentium in regno tuo, & delicus Paradisi; in sinu Abrahæ, Isaac & Iacob, sanctorum Patrum nostrorum; vnde exulat dolor, tristitia, & gemitus; vbi visitat lumen vultus tui, & perpetuò refulget; nostræ verò vitæ fines, Christianos, acceptabiles, & peccatis puros in pace dirige, Domine, Domine, colligens nos sub pedes electorum tuorum, quando voles, & vt voles: duntaxat, sine infamia & offensionibus, per filium tuum vnigenitum Dominum, Deum, ac Seruatorem C nostrum Iesum Christum: ipse enim solus est qui absque peccato apparuit super terram.

Diaconus: Et pro pace & tranquillitate totius mundi, & sanctarum Dei Ecclesiarum, & pro quibus vnusquisque obtulit vel cogitat offerre, & pro omni populo circunstante, & pro omnibus viris & foeminis. *Pro pace.*

Populus: Pro omnibus viris & foeminis.

Sacerdos exclamat: Parce & nobis & ipsis, vt benignus, & humanus.

Populus: Remitte, ignosce, & condona Deus peccata nostra voluntaria & non D voluntaria; quæ opere admisimus, quæ verbo, quæ prudentes & imprudentes: quæ noctu, quæ interdiu, quæ animo & cogitatione: omnia nobis condona, vt bonus, & benignus. *Pro peccatis.*

Sacerdos: Gratia & misericordia, ac benignitate vnigeniti Filij tui, cum quo benedictus es & glorificatus, cum sanctissimo, bono, & viuifico Spiritu tuo, nunc & semper & in sæcula.

Populus: Amen.

E *Sacerdos*: Pax omnibus.

Populus: Et Spiritui tuo.

Diaconus: Etiam atque etiam semper Dominum in pace Oremus.

Pro oblatis & sanctificatis, pretiosis, supercoelestibus, ineffabilibus, immaculatis, gloriosis, tremendis, horrendis, diuinis donis, Domino Deo Oremus.

Vt Dominus Deus noster, acceptis iis in sanctū & supercoeleste, mentale, & spiritale Altare suum, in odorē spiritalis fragrantiæ, *Preces super oblata.*

rependat, ac mittat nobis diuinam gratiam, donum sanctissimi Spiritus; Oremus.

Vnitatem fidei & communicationem sanctissimi eius, & adorandi Spiritus, postulantes; nos ipsos, ac inter nos inuicem, & omnem vitam nostram Christo Deo commendemus,

Populus: Amen.

Sacerdos ad hæc orat.

Deus & Pater Domini & Dei, ac Seruatoris nostri Iesu Christi, magni nominis Dominus, natura beata, bonitas effusa, Deus omnium ac Dominus, qui es benedictus in sæcula, qui sedes super Cherubim, qui à Seraphim glorificaris, cui assistunt mille millia & decies millies decies millena millia sanctorum Angelorum, & Archangelorum militiæ, Dona tibi oblata, munera, frugum oblationes, accepisti in odorem suauitatis spiritualis: sanctificaréque & perficere dignatus es (ô bone) gratia Christi tui, & aduentu sanctissimi Spiritus tui: sanctifica Domine & animas nostras, corpora & Spiritus: nostras quoque mentes tange, explora conscientias, omnemque malam cogitationem à nobis aufer, omnem impudicam ratiocinationem, omnem turpem cupiditatem, indecentem omnem cogitationem, omnem inuidiam ac superbiam & hypocrisin, omne mendacium, omnem dolum, omnem huius vitæ distractionem, omnem auaritiam, omnem vanam gloriam, desidiam omnem, omne vitium, omnem iram, omnem iracundiam, omnem iniuriarum recordationem, omnem blasphemiam, commotionem omnem carnis & spiritus alienam à voluntate sanctitatis tuæ.

Oblata.

Contra malas cogitationes.

Exclamatio.

Et dignare Domine benigne, vt nos audacter & confidenter, inculpatè, puro corde, animo contrito, facie minimè confusa atque erubescente, labiis sanctificatis, audeamus inuocare te sanctum Deum Patrem, qui in cœlis es, & dicere:

Math.6. *Luc.11.* *Populus*: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, &c.

Sacerdos inclinatus dicit:

Et ne nos inducas in tentationem, Domine, Domine virtutum, qui nosti infirmitatem virium nostrarum: sed libera nos à malo & operibus eius, ab omni insultu & machinatione eius, propter nomen tuum sanctum, quod inuocatum est super nostram humilitatem.

Exclamatio

Quoniam tuum est regnum, potentia, & gloria, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc & semper.

Populus: Amen.

Sacerdos. Pax omnibus.

A αὐτὴ καταπέμψῃ ἡμῖν τὴν θείαν χάριν καὶ τὴν δωρεὰν τοῦ παναγίου πνεύματος, δεηθῶμεν.

Τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τὴν κοινωνίαν τοῦ παναγίου αὐτοῦ καὶ προσκυνητοῦ πνεύματος αἰτησάμενοι, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μεγαλώνυμος κύριος, ἡ μακαρία φύσις, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, ὁ B πάντων Θεὸς καὶ δεσπότης, ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, καὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τῶν Σεραφὶμ, ᾧ παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες καὶ μύριαι μυριάδες ἁγίων Ἀγγέλων, καὶ Ἀρχαγγέλων στρατιαὶ, τὰ μὲν προσενεχθέντα σοι δῶρα, δόματα, καρπώματα, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας πνευματικῆς προσεδέξω, καὶ ἁγιάσαι καὶ τελειῶσαι κατηξίωσας ἀγαθὲ, τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ σου καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· ἁγίασον δέσποτα καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς C καὶ σώματα καὶ τὰ πνεύματα, καὶ ψηλάφησον τὰς διανοίας, καὶ ἀνάκρινον τὰς συνειδήσεις, καὶ ἔκβαλον ἀφ' ἡμῶν πᾶσαν ἔννοιαν πονηρὰν, πάντα λογισμὸν ἀσελγῆ, πᾶσαν ἐπιθυμίαν αἰσχρὰν, πάντα λογισμὸν ἀπρεπῆ, πάντα φθόνον καὶ τῦφον, καὶ ὑπόκρισιν, πᾶν ψεῦδος, πάντα δόλον, πάντα περισπασμὸν βιωτικὸν, πᾶσαν πλεονεξίαν, πᾶσαν κενοδοξίαν, πᾶσαν ῥᾳθυμίαν, πᾶσαν κακίαν, πάντα θυμὸν, πᾶσαν ὀργὴν, πᾶσαν μνησικακίαν, πᾶσαν βλασφημίαν, πᾶσαν κίνησιν σαρκός τε καὶ πνεύματος ἀπηλλοτριωμένην τοῦ θελή- D ματος τῆς ἁγιότητός σου.

Ἐκφώνησις.

Καὶ καταξίωσον ἡμᾶς δέσποτα φιλάνθρωπε μετὰ παρρησίας ἀκατακρίτως, ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, ψυχῇ συντετριμμένῃ, ἀνεπαισχύντῳ προσώπῳ, ἡγιασμένοις χείλεσι, τολμᾷν ἐπικαλεῖσθαί σε τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἅγιον Θεὸν πατέρα, καὶ λέγειν.

Ὁ λαός. Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ ἱερεὺς ἐπικλινόμενος λέγει.

F Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, Κύριε, Κύριε τῶν δυνάμεων, ὁ εἰδὼς τὴν ἀσθένειαν ἡμῶν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ πάσης ἐπηρείας καὶ μεθοδείας αὐτοῦ, διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον, τὸ ἐπικληθὲν ἐπὶ τὴν ἡμετέραν ταπείνωσιν.

Ἐκφώνησις.

Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Ο λαός. Σοὶ Κύριε.

Ο ἱερεὺς ἐπεύχεται λέγων οὕτω· Σοὶ ἐκλίναμεν οἱ δοῦλοί σου Κύριε τοὺς ἡμετέρους αὐχένας ἐνώπιον τοῦ ἁγίου σου θυσιαστηρίου, ἀπεκδεχόμενοι τὰ παρὰ σοῦ πλούσια ἐλέη· πλουσίαν τὴν χάριν σου καὶ τὴν εὐλογίαν σου ἐξαπόστειλον ἡμῖν δέσποτα, καὶ ἁγίασον τὰς ψυχὰς ἡμῶν, καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ πνεύματα, ἵνα ἄξιοι γενώμεθα κοινωνοὶ καὶ μέτοχοι γενέσθαι τῶν ἁγίων σου μυστηρίων, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Εκφώνησις.

Σὺ γὰρ προσκυνητὸς καὶ δεδοξασμένος ὑπάρχεις ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον, νῦν καὶ ἀεί.

Ο λαός. Αμήν.

Ο ἱερεὺς ἐκφωνεῖ. Καὶ ἔσται ἡ χάρις καὶ τὰ ἐλέη τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ἀκτίστου καὶ προσκυνητῆς τριάδος, μετὰ πάντων ἡμῶν.

Ο λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ο διάκονος. Μετὰ φόβου Θεοῦ πρόσχωμεν.

Ο ἱερεὺς ὑψῶν τὸ δῶρον λέγει καθ᾽ ἑαυτόν.

Αγιε ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος Κύριε, ἁγίασον ἡμᾶς τῷ λόγῳ τῆς σῆς χάριτος, καὶ τῇ ἐπιφοιτήσει τοῦ παναγίου σου πνεύματος· σὺ γὰρ εἶπας δέσποτα, ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι· Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἀκατάληπτε Θεοῦ λόγε, τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ὁμοούσιε, συναΐδιε καὶ ἀχώριστε, πρόσδεξαι τὸν ἀκήρατον ὕμνον ἐν ταῖς ἁγίαις καὶ ἀναιμάκτοις σου θυσίαις, σὺν τοῖς Χερουβὶμ καὶ Σεραφὶμ, καὶ παρ᾽ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ βοῶντος, καὶ λέγοντος.

Εκφώνησις.

Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ο λαός. Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, Ιησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο διάκονος. Υπὲρ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλασμοῦ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ πάσης ψυχῆς θλιβομένης τε καὶ καταπονουμένης, ἐλέους καὶ βοηθείας Θεοῦ ἐπιδεομένης, καὶ ἐπιστροφῆς τῶν πεπλανημένων, ἰάσεως τῶν ἀσθενούντων, ἀναῤῥύσεως τῶν αἰχμαλώτων, ἀναπαύσεως τῶν προκεκοιμημένων πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν ἡμῶν, πάντες ἐκτενῶς εἴπωμεν, Κύριε ἐλέησον.

Ο λαός. Κύριε ἐλέησον. δωδεκάκις.

Εἶτα κλᾷ τὸν ἄρτον ὁ ἱερεὺς, καὶ κρατεῖ τῇ δεξιᾷ τὸ ἥμισυ, καὶ τῇ ἀριστερᾷ τὸ ἥμισυ, καὶ βάλλει τὸ τῆς δεξιᾶς ἐν τῷ κρατῆρι, λέγων.

Ενωσις τοῦ παναγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵ-

A *Populus*: Et spiritui tuo.

Diaconus: Capita nostra Domino inclinemus.

Populus: Tibi Domine.

Sacerdos: Tibi inclinamus, qui serui tui sumus (Domine) ceruices nostras, coram sancto altari tuo, expectantes copiosam à te misericordiam: abundantem gratiam tuam & benedictionem, dimitte nobis (Domine) & sanctifica animas nostras, & corpora atque Spiritus, vt efficiamur digni, qui socij & participes simus sanctorum tuorum myste- B riorum, in remissionem peccatorum & in vitam æternam. *Sancta mysteria.*

Exclamatio.

Tu enim adorandus es, & glorificatus es (ô Deus noster) & vnigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctissimus, nunc & semper.

Populus: Amen.

Sacerdos exclamat. Et erit gratia & misericordia sanctæ & consubstantialis, increatæ & adorandæ Trinitatis, cum omnibus nobis. C

Populus: Et cum spiritu tuo.

Diaconus: Cum timore Dei & reuerentia attendamus.

Sacerdos attollens donum apud se dicit.

Sancte, qui in sanctis requiescis, Domine; sanctifica nos verbo tuæ gratiæ, & aduentu sanctissimi tui Spiritus: tu enim dixisti, Domine, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum: Domine Deus noster, Verbum Dei incomprehensibile & consubstantiale Patri, & Spiritui sancto, coæter- D num & inseparabile, suscipe incorruptum hymnum in sanctis & incruentis Sacrificiis tuis, vnà cum Cherubim & Seraphim, à me quoque peccatore clamante, & dicente: *Leuit. 11. 45.* *Filius Patri & Spiritui sancto consubstantialis.* *Incruenta sacrificia.*

Exclamatio.

Sancta sanctis.

Populus: Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris, cui gloria in sæcula sæculorum. *Collecta generalis.*

Diaconus: Pro remissione peccatorum nostrorum & propitiatione animarum nostrarum, & pro omni anima afflicta & E vexata, misericordiæ & auxilij Dei indigente, & conuersione errantium, curatione infirmorum, liberatione captiuorum, requie patrum & fratrum nostrorum, qui ante nos dormierunt; dicamus omnes contenta voce, Domine miserere.

Populus: Domine miserere. *duodecies.*

Deinde sacerdos frangit panem, dimidiumque dextra, sinistra verò dimidium tenet, & quod tenet manu dextra immergit in calicem, dicens: *Mixtio panis & calicis.*

Vnio sanctissimi corporis, & preciosi san-

guinis Domini & Dei ac seruatoris nostri A Iesu Christi.

Et signat id quod tenet manu sinistra, deinde hoc signato, alterum dimidium signans, ac statim incipit diuidere, & ante omnia distribuere in singulos calices partem vnam, dicens:

Vnitum est, & sanctificatum, & consummatum, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper.

Et cùm signat panem, dicit:

Ecce agnus Dei, Filius Patris, qui tollit peccata mundi, mactatus pro mundi vita, & salute. B

Et cùm distribuit vnam partem in singulos calices, dicit:

Portio sancta Christi, plena gratiæ & veritatis, Patris & Spiritus sancti, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum.

Deinde incipit diuidere in partes & dicere:

Psalm.22. Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ, *& reliqua psalmi.*

Psalm.33. *Deinde:* Benedicam Dominum in omni tempore: *& reliqua psalmi.*

Psalm.44. & 116. *Deinde:* Exaltabo te Deus meus rex: *&* C *reliqua.*

Deinde: Laudate Dominum omnes gentes, *&c.*

Diaconus: Domine benedic.

Sacerdos: Dominus benedicet, & conseruabit nos à condemnatione, in perceptione immaculatorum donorum suorum, nunc, & semper, & in sæcula.

Et postquam absoluerint, dicit Diaconus:

Domine benedic.

Sacerdos: Dominus benedicet & dignos nos faciet, qui puris forcipibus accipiamus D igneum carbonem, & imponamus in ora fidelium, ad purgationem & renouationem animarum ipsorum, & corporum, nunc & semper.

Deinde quod sequitur.

Christi corpus in sacrificio distribuitur in partes, nec tamen diuiditur. Gustate & videte quòd benignus est Dominus, qui in partes distributus ac non diuisus, & fidelibus impertitus, nec consumptus est, in remissionem peccatorum, & vitam æternam, nunc & semper, & in sæcula.

Psalm.33. *Diaconus:* In pace Christi psallamus.

Cantores: Gustate & videte quòd Chri- E stus est Dominus.

Sacerdos Orationem dicit ante communionem.

Luc.15. Domine Deus noster, panis cœlestis, vita Vniuersi, peccaui in cœlum & coram te, & non sum dignus particeps fieri immaculatorum tuorum Mysteriorum, sed tu misericors Deus, dignum me fac gratia tua, vt citra condemnationem particeps fiam sancti corporis & pretiosi sanguinis in remissionem peccatorum & vitam æternam.

ματος τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Καὶ σφραγίζει τὸ τῆς ἀριστερᾶς· εἶτα τούτῳ τῷ ἐσφραγισμένῳ, τὸ ἄλλο ἥμισυ· καὶ εὐθέως ἄρχεται μερίζειν, καὶ πρὸ πάντων διδόναι εἰς ἕκαστον κρατῆρα ἁπλῶν, λέγων.

Ἥνωται καὶ ἡγίασται καὶ τετελείωται εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεί.

Καὶ ὅταν σφραγίζῃ τὸν ἄρτον, λέγει.

Ἰδὲ ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, σφαγιασθεὶς ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς καὶ σωτηρίας.

Καὶ ὅταν διδῷ μερίδα ἁπλῶν εἰς ἕκαστον κρατῆρα, λέγει.

Μερὶς ἁγία Χριστοῦ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Εἶτα ἄρχεται μερίζειν, καὶ λέγειν.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει, εἰς τόπον χλόης. καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ψαλμοῦ.

Εἶτα. Εὐλογήσω τὸν κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Εἶτα. Ὑψώσω σε ὁ Θεός μου ὁ βασιλ. καὶ τὰ ἑξῆς.

Εἶτα. Αἰνεῖτε τὸν κύριον πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὁ διάκονος. Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεύς. Ὁ κύριος εὐλογήσει, καὶ ἀκατακρίτους ἡμᾶς διατηρήσει ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἀχράντων αὐτοῦ δωρεῶν, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Καὶ ὅταν πληρώσωσι, λέγει ὁ διάκονος.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὁ κύριος εὐλογήσει, καὶ ἀξιώσει ἡμᾶς ἁγναῖς ταῖς τῶν δακτύλων λαβαῖς, λαβεῖν τὸν πύρινον ἄνθρακα, καὶ ἐπιθεῖναι τοῖς τῶν πιστῶν στόμασι, εἰς καθαρισμὸν καὶ ἀνακαινισμὸν τῶν ψυχῶν αὐτῶν καὶ τῶν σωμάτων, νῦν καὶ ἀεί.

Εἶτα. Γεύσασθε, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος, ὁ μεριζόμενος καὶ μὴ διαιρούμενος, καὶ τοῖς πιστοῖς μεταδιδόμενος καὶ μὴ δαπανώμενος, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ ψάλλωμεν.

Οἱ ψάλται. Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι χρηστὸς ὁ κύριος.

Ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν πρὸ τῆς μεταλήψεως.

Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ οὐράνιος ἄρτος, ἡ ζωὴ τοῦ παντὸς, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος μεταλαβεῖν τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, ἀλλ᾽ ὡς εὔσπλαγχνος Θεὸς ἀξίωσόν με τῇ χάριτί σου ἀκατακρίτως μετασχεῖν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Εἶτα μεταδίδωσι τῷ κλήρῳ. ὅτε δὲ ἐπαίρωσιν οἱ διάκονοι τοὺς δίσκους καὶ τοὺς κρατῆρας εἰς τὸ μεταδοῦναι τῷ λαῷ, λέγει ὁ διάκονος αἴρων τὸν πρῶτον δίσκον.

Κύριε εὐλόγησον.

Ἀποκρίνεται ὁ ἱερεύς. Δόξα τῷ Θεῷ τῷ ἁγιάσαντι καὶ ἁγιάζοντι πάντας ἡμᾶς.

Λέγει ὁ διάκονος. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου, καὶ ἡ βασιλεία σου διαμένει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ ὅτε μέλλει ὁ διάκονος τιθέναι εἰς τὸ παρατράπεζον, λέγει ὁ ἱερεύς.

Εὐλογητὸν τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ διάκονος. Μετὰ φόβου Θεοῦ καὶ πίστεως καὶ ἀγάπης προσέλθετε.

Ὁ λαός. Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Καὶ πάλιν ὅτε ἐπαίρει τὸν δίσκον ἀπὸ τοῦ παρατραπέζου, λέγει.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεύς. Σῶσον ὁ Θεὸς τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου.

Ὁ ἱερεὺς πάλιν. Δόξα τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ ἁγιάσαντι πάντας ἡμᾶς.

Καὶ ὅτε ἀποθῆται τὸ ποτήριον εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, λέγει ὁ ἱερεύς.

Εἴη τὸ ὄνομα κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Λέγουσιν οἱ διάκονοι καὶ ὁ λαός. Πλήρωσον τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεώς σου Κύριε, καὶ χαρᾶς ἔμπλησον τὰ χείλη ἡμῶν, ὅπως ἀνυμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅλην τὴν ἡμέραν τὴν μεγαλοπρέπειάν σου.

Καὶ πάλιν. Εὐχαριστοῦμέν σοι Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν τοῦ σώματος καὶ αἵματός σου, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· ἀκατακρίτους ἡμᾶς φύλαξον, δεόμεθα, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Εὐχὴ θυμιάματος εἰς τὴν ἐσχάτην εἴσοδον.

Εὐχαριστοῦμέν σοι τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων Θεῷ ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρέσχου ἡμῖν ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων σου μυστηρίων· καὶ προσφέρομέν σοι τὸ θυμίαμα τοῦτο, δεόμενοι, φύλαξον ἡμᾶς ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων σου, εἰς ἁγιασμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων, εἰς βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν. ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν ὁ Θεός, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι.

A *Deinde impertit Clero. Cùm autem attollunt Diaconi discos & calices ad impertiendum populo: Diaconus ait, tollens primum discum:*

Domine benedic.

Sacerdos respondet: Gloria Deo qui sanctificauit, & sanctificat nos omnes.

Diaconus ait: Exaltare supra cœlos, & supra terram vniuersam gloria tua, & regnum tuum permanet in sæcula sæculorum.

B *Et cùm Diaconus depositurus est in mensulam, ait Sacerdos:*

Benedictum nomen Domini Dei nostri in sæcula. *Psalm.56.*

Diaconus: Cum timore Dei,& fide,ac dilectione accedite.

Populus: Benedictus qui venit in nomine Domini.

Et rursum cùm attollit discum de mensula, ait:

C Domine benedic.

Sacerdos: Serua Deus populum tuum,& benedic hæreditati tuæ.

Sacerdos rursus: Gloria Deo nostro, qui sanctificauit nos omnes. *Psalm.27.*

Et cùm deponit calicem super sanctam mensam, Sacerdos dicit:

Sit nomen Domini benedictum in sæcula sæculorum.

Diaconi & populus dicunt: Imple os nostrum laude tua, Domine, & gaudio reple D labia nostra, vt laudemus gloriam tuam, & toto die magnificentiam tuam

Et rursus: Gratias agimus tibi Christe, Deus noster, quoniam dignatus es nos participes fieri corporis & sanguinis tui, in remissionem peccatorum & in vitam æternam. Vt nos inculpatos conserues, obsecramus, vt qui bonus & benignus sis.

Oratio suffitus ad extremum vestibulum.

Agimus gratias tibi seruatori, vniuersorum Deo, pro omnibus bonis quæ nobis præbuisti, & pro sumptione sanctorum E & immaculatorum tuorum mysteriorum & offerimus tibi suffitum hunc, orantes vt nos conserues sub operimento alarum tuarum, & digneris nos vsque ad vltimum spiraculum vitæ nostræ, participes facere sanctificationum tuarum in sanctificationem animarum & corporum, in hæreditatem regni cœlorum: quia tu es sanctificatio nostra Deus, tibique gloriam & gratiarum actionem offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto. *Actio gratiarum.*

A *Et incipit Diaconus in vestibulo:*

Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi Christe rex, Verbum Patris vnigenitum, quoniam dignatus es, vt nos peccatores & indigni serui tui fruamur immaculatis mysteriis tuis in remissionem peccatorum & in vitam æternam: Gloria tibi.

Et cùm vestibulum transierit Diaconus, incipit hunc in modum dicere:

Etiam atque etiam & omni tempore, in pace Dominum oremus. Vt perceptio sacrorum eius mysteriorum, valeat nobis ad amoliendum omnem malam rem, in viaticum æternæ vitæ, in communicationem ac donum Spiritus sancti, oremus.

Viaticum æterna vita.

B *Sacerdos orat.*

Sanctissimæ, intemeratæ, gloriosissimæ, benedictæ dominæ nostræ Dei genitricis & semper virginis Mariæ & omnium sanctorum, qui tibi à sæculo placuerunt, memoriam celebrantes, nosmetipsos, & inuicem, atque omnem vitam nostram Christo Deo commendemus.

Populus: Tibi Domine.

Sacerdos.

C Deus qui propter multam & ineffabilem benignitatem condescendisti infirmitati seruorum tuorum, & dignatus es nos Mensæ huius cœlestis participes facere; ne condemnes nos peccatores, ob perceptionem mysteriorum tuorum immaculatorum; sed obserua nos benignè in sanctificatione Spiritus sancti tui, vt sancti effecti assequamur partem & hæreditatem cum omnibus Sanctis, qui tibi ab æterno accepti fuerunt, in lumine vultus tui, per misericordiam vnigeniti Filij tui Domini & D Dei ac Seruatoris nostri Iesu Christi, cum quo benedictus es, cum sancto & benigno, atque viuifico Spiritu tuo; quoniam benedictum & glorificatum est, omnibus modis honorandum & magnificum nomen tuum, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Populus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et Spiritui tuo.

Diaconus: Inclinemus capita nostra Domino.

E *Sacerdos:* Deus magnus & mirabilis, respice in famulos tuos quoniam tibi ceruices inclinauimus: extende manum tuam fortem & plenam benedictionibus, & benedic populo tuo: conserua hæreditatem tuam, vt semper & perpetuo glorificemus te solum viuentem & verum Deum nostrum, sanctam & Consubstantialem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Trinitas consubstantialis.

Καὶ ἄρχεται ὁ διάκονος ἐν τῇ εἰσόδῳ.

Δόξα σοι, δόξα σοι, δόξα σοι Χριστὲ βασιλεῦ, μονογενὲς λόγε τοῦ πατρὸς, ὅτι κατηξίωσας ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς καὶ ἀναξίους δούλους σου ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον. δόξα σοι.

Καὶ ὅταν ποιήσῃ τὴν εἴσοδον, ἄρχεται λέγειν ὁ διάκονος οὕτως.

Ετι καὶ ἔτι καὶ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν. ὅπως γένηται ἡμῖν ἡ μετάληψις τῶν ἁγιασμάτων αὐτοῦ εἰς ἀποτροπὴν παντὸς πονηροῦ πράγματος, εἰς ἐφόδιον ζωῆς αἰωνίου, εἰς κοινωνίαν καὶ δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεηθῶμεν.

Ο ἱερεὺς εὔχεται.

Τῆς παναγίας, ἀχράντου, ὑπερενδόξου, εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, καὶ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων μνημονεύσαντες, ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους καὶ πᾶσαν τὴν ζωὴν ἡμῶν Χριστῷ τῷ Θεῷ παραθώμεθα.

Ο λαός. Σοὶ Κύριε.

Ο ἱερεύς. Ο Θεὸς ὁ διὰ πολλὴν καὶ ἄφατον φιλανθρωπίαν συγκαταβὰς τῇ ἀσθενείᾳ τῶν δούλων σου, καὶ καταξιώσας ἡμᾶς μεταλαβεῖν ταύτης τῆς ἐπουρανίου τραπέζης, μὴ κατακρίνῃς ἡμᾶς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐπὶ τῇ μεταλήψει τῶν ἀχράντων σου μυστηρίων, ἀλλὰ φύλαξον ἡμᾶς ἀγαθὲ, ἐν ἁγιασμῷ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος, ἵνα ἅγιοι γενόμενοι, εὕρωμεν μέρος καὶ κληρονομίαν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων τῶν ἀπ᾽ αἰῶνός σοι εὐαρεστησάντων, ἐν τῷ φωτὶ τοῦ προσώπου σου, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι· ὅτι ηὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο λαός. Αμήν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο διάκονος. Τὰς κεφαλὰς ἡμῶν τῷ κυρίῳ κλίνωμεν.

Ο ἱερεύς. Ο Θεὸς ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, ὅτι σοὶ τοὺς αὐχένας ἐκλίναμεν· ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιὰν καὶ πλήρη εὐλογιῶν, καὶ εὐλόγησον τὸν λαόν σου· διαφύλαξον τὴν κληρονομίαν σου, ἵνα ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς δοξάζωμέν σε τὸν μόνον ζῶντα καὶ ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον τριάδα, πατέρα καὶ υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ἐκφώνησις.

Σοὶ γὰρ πρέπει καὶ ἐποφείλεται ἡ παρὰ πάντων ἡμῶν δοξολογία, τιμὴ καὶ προσκύνησις καὶ εὐχαριστία, τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ ψάλλωμεν.

Καὶ πάλιν λέγει. Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ πορευθῶμεν.

Ὁ λαός. Ἐν ὀνόματι κυρίου. Κύριε εὐλόγησον.

Εὐχὴ ἀπολυτικὴ λεγομένη παρὰ τοῦ διακόνου.

Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν πορευόμενοι, σὲ ὑμνοῦμεν τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν. δόξα πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας σὲ ὑμνοῦμεν τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου μέχρι τοῦ σκευοφυλακίου.

Ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν πορευόμενοι, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν τῷ ναῷ σου πληρώσαντες θείαν λειτουργίαν, καὶ νῦν δεόμεθά σου Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, τελείας φιλανθρωπίας ἀξίωσον ἡμᾶς· ὀρθοτόμησον τὴν ὁδὸν ἡμῶν· ῥίζωσον ἡμᾶς ἐν τῷ φόβῳ σου, καὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἀξίωσον, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ εὐλογητὸς εἶ σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ διάκονος. Ἔτι καὶ ἔτι καὶ διὰ παντὸς ἐν εἰρήνῃ τοῦ κυρίου δεηθῶμεν.

Εὐχὴ λεγομένη ἐν τῷ σκευοφυλακίῳ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν.

Ἔδωκας ἡμῖν, δέσποτα, τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῇ μετουσίᾳ τοῦ παναγίου σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δὸς ἡμῖν καὶ τὴν χάριν τοῦ πνεύματός σου τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ φύλαξον ἡμᾶς ἀμώμους ἐν τῇ πίστει· ὁδήγησον ἡμᾶς εἰς τελείαν υἱοθεσίαν καὶ ἀπολύτρωσιν, καὶ εἰς τὰς μελλούσας αἰωνίους ἀπολαύσεις· σὺ γὰρ εἶ ὁ ἁγιασμὸς καὶ φωτισμὸς ἡμῶν ὁ Θεός, καὶ ὁ μονογενής σου υἱός, τὸ πνεῦμά σου πανάγιον, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ Χριστοῦ διαφυλαχθῶμεν.

Ὁ ἱερεύς. Ηὐλόγηται ὁ Θεὸς ὁ εὐλογῶν καὶ ἁγιάζων διὰ τῆς μεταλήψεως τῶν ἁγίων καὶ ζωοποιῶν καὶ ἀχράντων μυστηρίων, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Εἶτα εὐχὴ τοῦ ἱλασμοῦ.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ἀμνὲ καὶ ποιμὴν ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ τὸ δάνειον τοῖς δυσὶ χρεωφειλέταις χαρισάμενος, καὶ τῇ ἁμαρτωλῷ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῆς δούς, ὁ τὴν ἴασιν τῷ παραλυτικῷ δωρησάμενος, σὺν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, ἄνες, ἄφες, συγχώρησον ὁ Θεὸς

A *Exclamatio.*

Tibi enim conuenit & debetur laus & gloria à nobis, (omnipotens) honor, & adoratio, ac gratiarum actio; Patri & Filio, & Spiritui sancto; nunc, & semper.

Populus: Amen.

Diaconus: In pace Christi psallamus.

Et rursus dicit: In pace Christi eamus.

Populus: In nomine Domini, Domine benedic.

Oratio quando dimittitur populus: quæ dicitur à Diacono.

B Ex gloria in gloriam progredientes, laudamus te Seruatorem animarum nostrarum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto; nunc, & semper, & in sæcula laudamus te Seruatorem animarum nostrarum.

Sacerdos Orationem dicit, ab ipso Altari vsque ad sacrarium.

Ex virtute in virtutem progredientes, & absoluto omni diuino Sacrificio in Templo tuo; nunc etiam te oramus, Domine Deus noster, dignare nos perfecta benignitate; dirige viam nostram, confirma nos C & stabili in timore tuo; & nos dignare regno cœlesti, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo benedictus es cum sancto, bono, & viuifico Spiritu tuo; nunc, & semper, & in sæcula.

Diaconus: Etiam atque etiam, semper in pace Dominum oremus.

Oratio quæ dicitur in sacrario, postquam dimissus est populus.

Largitus es nobis (Domine Deus) sanctificationem in perceptione sanctissimi corporis, & pretiosi sanguinis vnigeniti D Filij tui Domini nostri Iesu Christi: impartire nobis gratiam quoque Spiritus sancti tui boni, & conserua nos inculpabiles in fide: deduc nos in perfectam adoptionem, & redemptionem, & in futuras illas æternas delicias: tu enim es sanctificatio, & illuminatio nostra Deus; ac vnigenitus Filius tuus, & Spiritus tuus sanctissimus; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Diaconus: In pace Christi conseruemur.

Sacerdos: Benedictus est Deus, qui benedicit & sanctificat per participationem San- E ctorum, viuificorum, & immaculatorum mysteriorum; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Deinde Oratio propitiationis.

Domine Iesu Christe, Fili Dei viuentis; *Ioan.1.*
Agne, ac Pastor; qui tollis peccatum mun- *Luc.7.*
di, qui debitum duobus debitoribus remi- *Ibid.*
sisti, & Peccatrici mulieri remissionem *Marc.2.*
peccatorum eius concessisti, qui sanitatem Paralytico cum remissione peccatorum ejus largitus es: remitte, condona, ignosce, Deus,

peccata nostra voluntaria & non voluntaria, quæ prudentes & imprudentes perpetrauimus, quæ per transgressionem & inobedientiam fecimus; quæ spiritus tuus sanctissimus melius nouit quàm nos serui tui: & si quid à mandatis tuis vt homines carnem gestantes, & mundum hunc inhabitantes, vel à diabolo seducti aberrarunt, siue dicto siue facto; vel in maledictionem inciderunt, aut peculiari anathemate irretiti sunt, rogo & precor ineffabilem tuam benignitatem, vt verbo absoluantur, & vt ipsis condones & iusiurandum, & peculiare Anathema, secundùm bonitatem tuam. Age, Domine Domine, exaudi orationem meam pro seruis tuis, & prætermitte, vt iniuriarum immemor, omnia eorum errata: ignosce ipsis omne delictum & voluntarium & inuoluntarium; libera eos ab æterno supplicio. Tu enim es, qui præcepisti nobis, dicens; Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata in cœlis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta in cœlis; quoniam tu es Deus noster, Deus, qui misereri, seruare, & dimittere peccata potes; ac te gloria decet cum Patre sine principio, & spiritu viuifico; nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Matth. 16. & 18.

A τὰ πλημμελήματα ἡμῶν τὰ ἑκούσια, τὰ ἀκούσια· τὰ ἐν γνώσει, τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, τὰ ἐν παραβάσει καὶ παρακοῇ γενόμενα· ἃ οἶδε τὸ πνεῦμά σου τὸ πανάγιον ὑπὲρ τοὺς δούλους σου· καὶ εἴ τι τῆς ἐντολῆς σου ὡς ἄνθρωποι σάρκα φοροῦντες, καὶ τὸν κόσμον τοῦτον οἰκοῦντες, ἢ ἐκ τοῦ διαβόλου ἐπλανήθησαν, εἴτε ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ· εἴτε ὑπὸ κατάραν ὑπέπεσαν, ἢ τῷ ἰδίῳ ἀναθέματι, παρακαλῶ καὶ δέομαι τῆς ἀφάτου σου φιλανθρωπίας, τῷ μὲν λόγῳ λυθῆναι· συγχωρηθῆναι δὲ αὐτοῖς καὶ τῷ ὅρκῳ καὶ τῷ ἰδίῳ ἀναθέματι κατὰ τὴν σὴν ἀγαθότητα. ναὶ δέσποτα Κύριε εἰσάκουσον
B τῆς δεήσεώς μου ὑπὲρ τῶν δούλων σου, καὶ παριδὼν ὡς ἀμνησίκακος τὰ ἐσφαλμένα αὐτῶν ἅπαντα· συγχώρησον αὐτοῖς πᾶν πλημμέλημα ἑκούσιόν τε καὶ ἀκούσιον· ἀπάλλαξον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου κολάσεως· σὺ γὰρ εἶ ὁ ἐντειλάμενος ἡμῖν λέγων, ὅτι, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ἡμῶν, Θεὸς τοῦ ἐλεεῖν καὶ σώζειν καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας δυνάμενος· καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα σὺν
C τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ, καὶ τῷ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ καὶ εὐαγγελιστοῦ Μάρκου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Πέτρου.

DIVINA LITVRGIA SANCTI APOSTOLI ET EVANgelistæ Marci, discipuli sancti Petri, è Græco sermone in Latinum conuersa.

IOANNI A S. ANDREA ECCLESIÆ Parisiensis Canonico.

G. SIRLETVS CARD. S.

Ex editione Parisiensi an. 1583. apud Ambrosium Droüard via Iacobæa.

CVM ex literis tuis ad illustrissimum & Reuerendissimum Dominum meum Cardinalem Senonensem cognouissem te sancti Marci Euangelistæ Liturgiam vehementer cupere; dedi operam vt ex vetustissimo codice monasterij S. Mariæ ὁδηγήτριας, quod Rossani apud Calabros sub instituto sancti Basilij regitur, describeretur, & quàm diligentissimè cum exemplari collata primo quoque tempore ad me mitteretur, cùmque Illustrissimus, & Reuerendissimus Senonensis, vt est tui amantissimus, omniúmque bonarum rerum, earum præsertim quæ ad Ecclesiæ Catholicæ antiquitatem pertinent, obseruantissimus, à nobis flagitaret, vt Liturgiam ipsam mitteremus, non potuimus hoc diutius tibi debere. Idque vt libentius faceremus, ea res nos maximè adhortata est, quòd ab amplissimo atque optimo Domino Senonensi plenè didicimus, quàm egregia sit in te pietas, illa quidem patria & auita virtus, quanta in propugnanda orthodoxæ fidei veritate alacritas. Sunt hæc quidem semper vtilia, & laboranti Ecclesiæ necessaria remedia, tum vel maximè hoc tempore, cum noui, recentésque exurgentes loquuntur peruersa, vt abducant discipulos post se, magistri mendaces, introducentes sectas perditionis. Quapropter vigilandum est, si nolumus decipi; propugnandum si volumus superare, & diuinæ prouidentiæ, maiores, in dies, gratiæ sunt agendæ, quæ quotidie nobis arma suppeditat, quibus hostiles acies retundere, impetus repellere, & paternam Catholicæ veritatis possessionem ab aduersariorum iniuria tuentes, integram inuiolatamque fidem

fidem seruare possimus. Non deerit Dominus Ecclesiæ sanctæ quam acquisiuit sanguine suo, fidelis est ad seruandum, poténsque ad præstandum quod promisit, fore scilicet vt portæ inferi non præualeant aduersus eam: nunquam præualuerunt, neque aliquando præualebunt, adiuuante Christo Domino, qui assiduis precibus rogandus est, vt mittat operarios plures in vineam suam, quam exterminare aper de sylua, & singularis ferus depasci in dies nugis magisque conatur. Nostris orationibus excitatus clementissimus Iesus exurgens imperabit ventis, & fiet tranquillitas in mari. Agamus gratias, vt diximus, Deo ipsi, quòd tela nobis suggerat præsentium temporum vexationi opportuna, & operarios optimos in vineam suam mittat, non tantùm probatæ fidei, vitæ & doctrinæ, viros, verùm etiam antiqua Ecclesiæ Catholicæ monumenta atque orthodoxorum patrum libros, quibus profanas vocum nouitates redargui possint. Ex horum numero esse arbitramur beati Marci Euangelistæ sacram Liturgiam, paucis antè annis inuentam in Abbatia beatæ Mariæ ὁδηγητρίας, quæ vulgò dicitur, De lo patire, *antiquissimo monachorum sancti Basilij Monasterio, vbi & D. Cyrilli Hierosolymorum Episcopi Catecheses; Dionysij Alexandrini aduersus Noëtianos, & Hippolyti martyris aduersus Noetij hæresim, & contra Paulum Samosatenum opuscula sunt inuenta, quæ omnia curabimus accuratè describenda, vt ad communem vtilitatem conferantur. Interea misimus Hierurgiam, quam à beato Marco traditam Alexandrina accepit Ecclesia. Ex qua doctores sancti Basilius & Ioannes Chrysostomus multa in suas, quas habemus, Liturgias, transtulerunt. Bene vale in Christo frater honorande, Romæ* XVI. *Kal. Maij, M. D. LXXXII.*

GVILLELMO SIRLETO CARDINALI AMPLISSIMO J. à S. Andrea S. P. D.

ERVIMVR tandem tua opera sacra illa Liturgia D. Marci Euangelistæ, quæ nobis certè gratissima fuit, tum propter Euangelium eius Euangelistæ, quod D. Nazianzenus scripsisse Italis dicit, tum etiam quòd ex tua Bibliotheca procedat, quam, vt scribis, ex vetustissimo codice monasterii S. Mariæ ὁδηγητρίας describere iussisti. Sanè quod ad me attinet, χάριν εἰδέναι σοι τὴν ἰσόῤῥοπον οὐκ αἰσχύνομαι. Etenim si quod ait ille, Νικᾷ δέ σου ἡ φιλότης ὅτι πλείονα ἀμείβων, Quid quæso relaturus sum, quod tanto tuo in me beneficio par esse possit? tantùm abest, vt maius dicam. Per te enim video & habeo quod prope iam habere me posse desperabam. Viginti ab hinc annis feci vt exirent in lucem tres illæ aliæ Liturgiæ, Diuorũ, Iacobi, Basilij Magni, & Ioannis Chrysostomi, quibus elisæ sunt miseræ & infœlices nostrorum hæresiarcharum argutiæ, quas Epiphanius in Manich. μυθωτικὰς διδασκαλίας vocat. Nostra etiam ope in publicum editum est Missale Gothicum, & magni D. Areopagitæ Liturgiæ, quorum omnia exemplaria vetustissima nostra Bibliotheca, quamuis exigua, continet: & hæc deinceps, Deo fauente, D. Marci Liturgia accessura est, quam nouo isti perditissimo hominum generi intulimus, vt rationibus non modò necessariis adducantur ad id confitendum quod tam pertinaciter impugnant, sed testes etiam habeant sanctissimos & locupletissimos: quibus fidem derogare vt impium est, ita impudens & insanum. Curaui igitur, vt hæc Liturgia tuo in nomine appareat, præfigatúrque illis quas antè diximus, iam à multo tempore, excusis. Verumenim cupio, vt hoc tantum beneficium nostrates ac deinde cæteri à te vno profectum intelligant, vt non mihi tantùm innotescat, sed etiam omnibus, quanta sit in te pietas, quanta doctrina, quantus denique in sanctam Catholicam Ecclesiam zelus. Præterea quod tuis literis tantum mihi laudis tribuisti, non equidem is ego sum, fateor, nec eas vnquam in me dotes agnoui quas dicis. Ad alium ergo quæso spectet illa pars literarum tuarum, qui se ornatiorem instructiorémve sentiat. Tu, vt optimus es, & humanitatis plenissimus, vis aliquid concedere magno illi ardori quo feror in studiosos, & ad inuestigandum quod nostram hanc sanctissimam religionem magis magisque exornet. Deus Opt. Max. faueat tuis votis, ac te diutius benè superstitem bonis omnibus & Ecclesiæ nostræ, conseruet: nósque ames oro atque obsecro. Datum Lutetiæ XII. Kal. Maij M. D. LXXXIII.

VITA B. MARCI EVANGELISTÆ.

MARCVS *Alexandriæ Episcopus & Euangelista, cui nomen fuit Ioannes, matrem habuit Mariam, quæ in domo sua Apostolos benignè excipiebat, sicut Lucas testatur. Considerans autem Petrus venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus: vbi erant multi congregati & orantes. Oratio autem quæ fiebat ab Apostolis pro D. Petro hæc erat, Prophetarum lectio, Euangelij prædicatio, oblatio sancti sacrificij, & sacri cibi donum, vt Clemens testatur. Ideò domus illius Hierosolymis pro Ecclesia erat, in qua sacrificium Deo incruentum offerebatur. Nam omnes Apostolos & Christi discipulos sacrificium obtulisse Deo testis est D. Epiphanius. Hic Primùm ante dominicam passionem*

Act.12.

Apostolicarũ constitut. lib. 2

Contra Collyridianos hær. 79.

Christum inter septuaginta discipulos sequutus est: deinde post Christi Ascensionem coniunctus est Barnabæ auunculo suo & Paulo: vt idem Paulus & Lucas testantur: postremò, vt Papias & Clemens scribunt, Petro Apostolorum principi se comitem & interpretem dedit: quod & prior Petri epistola demonstrat, in qua ipse filium suum iuxta spiritum Marcum appellauit. Deinde Euangelium scripsit, & Ausonius dicauit, suoque assumpto Euangelio in Ægyptum perrexit. Et ibi primus omnium Alexandriæ Christum annuncians constituit Ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continentia, vt Philo Iudæus de eo librum laudatissimum scripserit. Mortuus est octauo Neronis anno, relicto Euangelij codice, quod post decimum annum à morte Christi in Ægypto euulgauit.

Origenes in Marcū ὑπομνήμασι, li.6

APPROBATIO DOCTORVM.

Hanc Diui Marci Liturgiam fidei Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ consonam reperimus: & vt typis cuderetur, dignam iudicauimus. Datum Lutetiæ sub signo nostro quo vti solemus.

G. GENEBRARDVS.
I. à S. GERMANO.

A SACERDOS: Pax omnibus.
Populus: Et spiritui tuo.
Diaconus: Orate.
Populus: Domine miserere. (*Ter.*)
Sacerdos sic orat:

Gratias agimus tibi, & plus quàm gratias agimus, Domine Deus noster, Pater Domini, & Dei & seruatoris nostri Iesu Christi: propter omnia, & per omnia; & in omnibus; quia protexisti, adiuuisti, fouisti & deduxisti nos anteactæ nostræ vitæ tempore, & adduxisti nos ad hanc vsque horam, dignatus denuo sistere coram te in loco sancto tuo: remissionem petentes peccatorum nostrorum, & propitiationem omni populo tuo. Certè precamur & obsecramus te, benigne, bone, da nobis, vt sanctum hunc diem totúmque vitæ nostræ tempus sine peccato transigamus, cum omni gaudio, sanitate, salute, & omni sanctificatione, & timore tuo. Omnem autem inuidiam, omnem metum, omnem tentationem, omnem Satanicam operationem, omnes improborum hominum insidias repelle à nobis, ô Deus, & à sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia. Tu nobis ea largire, quæ honesta & vtilia sunt: si quid peccauimus in verbo vel opere, vel cogitatione, tu, tanquam bonus, & benignus conniuere digneris, neque deseras nos, S Deus, sperantes in te, neque inducas nos in tentationem sed libera nos à malo, & ab omnibus operibus eius. gratia & commiseratione, & benignitate vnigeniti filij tui, [*elata voce*] per quem, & cum quo tibi gloria imperium in sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu tuo, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

Populus: Amen.

A Ο ΙΕΡΕΥΣ. Εἰρήνη πᾶσι.
Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.
Ὁ διάκονος. Προσεύξασθε.
Ὁ λαός. Κύριε ἐλέησον. τρίς.
Ὁ δ' ἱερεύς. Εὔχεται τό.

Εὐχαριστοῦμέν σοι καὶ ὑπερευχαριστοῦμεν Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ πάντα, καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν, ὅτι ἐσκέπασας, ἐβοήθησας, ἀντελάβου, καὶ παρήγαγες ἡμᾶς τὸν παρελθόντα χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν, καὶ ἤγαγες ἡμᾶς ἕως τῆς ὥρας ταύτης, ἀξιώσας πάλιν παραστῆναι ἐνώπιόν σου ἐν τόπῳ ἁγίῳ σου ἄφεσιν αἰτουμένους τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ ἱλασμὸν παντὶ τῷ λαῷ σου, καὶ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, δὸς ἡμῖν τὴν ἁγίαν ἡμέραν ταύτην, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιτελέσαι ἀναμαρτήτως, μετὰ πάσης χαρᾶς, ὑγιείας, σωτηρίας, καὶ παντὸς ἁγιασμοῦ, καὶ τοῦ σοῦ φόβου. πάντα δὲ φθόνον, πάντα φόβον, πάντα πειρασμόν, πᾶσαν σατανικὴν ἐνέργειαν, πᾶσαν πονηρῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν ἐκδίωξον ἀφ' ἡμῶν ὁ Θεός, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα ἡμῖν ἐπιχορήγησον. εἴτι σοι ἡμάρτομεν ἐν λόγῳ, ἢ ἔργῳ, ἢ κατὰ διάνοιαν, σὺ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος παριδεῖν καταξίωσον, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς ὁ Θεὸς τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σοί, μηδὲ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, καὶ ἐκ τῶν ἔργων αὐτοῦ, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ [ἐκφώνως] δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Οἱ διάκονοι. Προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ βασιλέως.

Ο λαός. Κύριε ἐλέησον. τρίς.

Ο δὲ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε, τὸν βασιλέα ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διαφύλαξον, καθυπόταξον αὐτῷ ὁ Θεὸς πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον, ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ. δὸς αὐτῷ ὁ Θεὸς νίκας, εἰρηνικὰ φρονεῖν πρὸς ἡμᾶς, καὶ πρὸς τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαληνότητι τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν, ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. [ἐκφώνως] δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο λαός. Ἀμήν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο διάκονος. Προσεύξασθε ὑπὲρ τοῦ Πάπα καὶ ἐπισκόπου.

Ο λαός. Κύριε ἐλέησον.

Ο ἱερεύς. Δέσποτα Κύριε ὁ Θεός, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ, τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον ἀρχιερέα ἡμῶν Πάπαν. N. καὶ τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον. N. συντηρῶν. συντήρησον ἡμῖν αὐτοὺς ἔτεσι πολλοῖς εἰρηνικῶς, ἐκτελοῦντας τὴν ὑπὸ σοῦ ἐμπεπιστευμένην ἁγίαν ἀρχιερωσύνην, κατὰ τὸ ἅγιον καὶ μακάριόν σου θέλημα, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας σὺν πᾶσιν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ὑποδιακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις τε καὶ λαϊκοῖς, σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καὶ μόνης καθολικῆς ἐκκλησίας, εἰρήνην καὶ ὑγείαν καὶ σωτηρίαν αὐτοῖς χαριζόμενος. Τὰς δὲ εὐχὰς αὐτῶν ἃς ποιοῦσιν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν, πρόσδεξαι Κύριε εἰς τὸ ἅγιον καὶ ἐπουράνιον καὶ λογικόν σου θυσιαστήριον. πάντα δὲ ἐχθρὸν τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας καθυπόταξον ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ. [ἐκφώνως] δι᾽ οὗ καὶ μεθ᾽ οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ο λαός. Ἀμήν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο διάκονος. Ἐπὶ προσευχὴν στάθητε.

A *Sacerdos*: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Diaconus: Orate pro Rege.

Populus: Domine miserere. *Ter.*

Sacerdos autem hunc in modum orat.

Dominator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini, & Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, precamur & obsecramus te, vt Regem nostrum in pace, ac fortitudine iustitiaque conserues. Subiicito ei, ô Deus, omnem inimicum & aduersarium. B Apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium eius. Da ei, ô Deus, victorias, vt animum ad ea intendat, quæ nobis pacifica sunt, & ad nomen sanctum tuum. Vt & nos in tranquillitate dierum eius quietem & tranquillam vitam degamus in omni pietate & honestate, gratia & commiserationibus, & benignitate vnigeniti filij tui [*elata voce*] per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum sanctissimo & bono, & viuifico spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

C *Populus*: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et Spiritui tuo.

Diaconus: Orate pro Papa & Episcopo.

Populus: Domine miserere.

Sacerdos orat:

Dominator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini, & Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, precamur & obsecramus te, benigne, vt sanctissimum & beatissimum Pontificem nostrum Papam D N. & Reuerendissimum Episcopum N. conserues. Conserua nobis eos annis multis pacificè perfungentes sancto pontificatu, cui à te præfecti sunt, pro sancta & beata voluntate tua, verbum veritatis rectè tractantes, cum omnibus orthodoxis Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, & Laicis, cum omni plenitudine sanctæ & solius vniuersalis Ecclesiæ pacem & sanitatem & salutem eis largiens. Preces autem eorum, quas pro nobis E offerunt, & nos pro ipsis, admitte, Domine, ad sanctum & cœleste rationaléque altare tuum. Omnem autem aduersarium sanctæ tuæ Ecclesiæ pedibus eorum citò subiice, gratia & miserationibus & benignitate vnigeniti filij tui. [*elata voce*] per quem & cum quo tibi gloria & imperium, cum sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Populus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Diaconus: Ad orationem state.

Populus: Domine miserere. *Ter.*

Sacerdos subiungit orationem Introitus, & ad incensum.

Dominator Domine Deus noster, qui duodena luce lucentem lampadem duodecim Apostolorum elegisti, & eos in vniuersum mundum misisti, vt prædicarent & docerent Euangelium regni tui, & curarent omnem morbum & omnem infirmitatem in populo; & insufflasti in facies eorum, & dixisti eis, Accipite Spiritum sanctum & paracletum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: sic quorum retinetis, retenta sunt: ita & in nos insuffla circumassistentes seruos tuos in introitu sacri ministerij, * Episcopos, Presbyteros, Diaconos, Lectores, Cantores, & Laïcos, cum omni plenitudine sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Libera nos, Domine, ab execratione, & maledictione, & ab anathemate, & vinculo, & excommunicatione, & à parte aduersarij, & purga labia nostra & cor nostrum ab omni inquinamento, & ab omni nequitia. Vt in corde puro & pura conscientia tibi hoc incensum offeramus, in odorem suauitatis, & in remissionem peccatorum nostrorum, & totius populi tui, Gratia, & commiserationibus, & benignitate vnigeniti filij tui. [*elata voce*] per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum sanctissimo & bono, & viuifico spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

* *Deest aliquid in cōtextu Gr. quale est τοὺς διακόνους, suscipe orationes episcoporum &c. aut potius ἐπισκόπους, διακόνους τὰ αἰτήματα τοῖς &c.*

Populus: Amen.

Diaconus: Recti.

Et psallunt, Vnigenitus Filius & Verbum. Fitque Introitus Euangelij: dicit Diaconus:

Ad orationem.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Diaconus: Adorationem.

Populus: Domine miserere.

Sacerdos Orationem trisagij subiungit.

Dominator Domine, Iesu Christe, Verbum coæternum principio carentis Patris, qui nobis similis per omnia factus es redemptor peccato, ad generis nostri salutem, qui sanctos tuos discipulos & Apostolos misisti, vt prædicarent & docerent Euangelium regni tui, & mederentur omni morbo & omni infirmitati in populo tuo: ipse nunc quoque, Domine, emitte lucem tuam & veritatem tuam, & illumina oculos mentis, vt intelligamus sermones tuos diuinos: fac vt idonei eorum auditores simus, & non solùm auditores, verùm etiam factores verbi fiamus: vt fructificemus, & bonos fructus producamus,

Ὁ λαός. Κύριε ἐλέησον. τρίς.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται εὐχὴν τῆς εἰσόδου καὶ εἰς τὸ θυμίαμα.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν δωδεκάφωτον λαμπάδα τῶν δώδεκα ἀποστόλων ἐκλεξάμενος, καὶ ἐξαποστείλας αὐτοὺς, ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ κηρύξαι, καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, καὶ ἐμφυσήσας εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ εἰπὼν αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον τὸ παράκλητον· ἄν τινων ἀφίετε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατεῖτε, κεκράτηνται· οὕτως καὶ ἐφ' ἡμᾶς τοὺς περιεστηκότας δούλους σου ἐν τῇ εἰσόδῳ τῆς ἱερουργίας, τοὺς * τοῖς ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις τε καὶ λαϊκοῖς σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. ῥῦσαι ἡμᾶς Κύριε ἀπὸ ἀρᾶς καὶ κατάρας, καὶ ἀπὸ ἀναθέματος, καὶ δεσμοῦ, καὶ ἀφορισμοῦ, καὶ ἐκ τῆς μερίδος τοῦ ἀντικειμένου· καὶ καθάρισον ἡμῶν τὰ χείλη καὶ τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ καὶ ἀπὸ πάσης ῥᾳδιουργίας· ἵνα ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ συνειδότι προσφέρωμέν σοι τὸ θυμίαμα τοῦτο, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ. [ἐκφώνως] δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Ὀρθοί.

Καὶ ψάλλουσι τὸ, μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος. καὶ γίνεται ἡ εἴσοδος τοῦ εὐαγγελίου. καὶ λέγει ὁ διάκονος.

Ἐπὶ προσευχήν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ὁ διάκονος. Ἐπὶ προσευχήν.

Ὁ λαός. Κύριε ἐλέησον.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται εὐχὴν τοῦ τρισαγίου.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ συναΐδιος λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ γένους ἡμῶν, ὁ ἐξαποστείλας τοὺς ἁγίους σου μαθητὰς καὶ ἀποστόλους κηρύξαι καὶ διδάξαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας σου, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ σου· αὐτὸς καὶ νῦν δέσποτα ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου καὶ καταύγασον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας εἰς κατανόησιν τῶν θείων σου λογίων· καὶ ἱκάνωσον ἡμᾶς ἀκροατὰς αὐτῶν γενέσθαι. καὶ μὴ μόνον ἀκροατὰς, ἀλλὰ καὶ ποιητὰς λόγου γενομένους εἰς τὸ καρποφορῆσαι καὶ ποιῆσαι καρποὺς ἀγα-

θυτς, ἐν τεσσαράκοντα, καὶ ἓν ἑκατὸν, ὅπως καταξιωθῶμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. [ἐκφώνως] Καὶ ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, Κύριε. [ἐκφώνως] σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐαγγελισμός, σωτὴρ καὶ φύλαξ τῶν ψυχῶν καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν Κύριε ὁ Θεός, καὶ σοὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν, καὶ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος.

Καὶ μετὰ τὸ τρισάγιον σφραγίζει ὁ ἱερεὺς τὸν λαόν, λέγων, εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Εἶτα, τὸ πρόσχωμεν. ὁ ἀπόστολος. ὁ προλέγουσι τὸ ἀλληλούια, οἱ διάκονοι κατὰ ῥητὸν λέγουσι.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεὺς λέγει. Ὁ κύριος εὐλογήσει καὶ συνδιακονήσει ὑμῖν τῇ αὐτοῦ χάριτι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ ἱερεὺς πρὸ τοῦ εὐαγγελίου, βάλλει θυμίαμα, λέγων οὕτως.

Θυμίαμα προσφέρομεν ἐνώπιον τῆς ἁγίας δόξης σου, ὁ Θεός· προσδεξάμενος εἰς τὸ ἅγιον καὶ ὑπερουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον, ἀντικατάπεμψον ἡμῖν τὴν χάριν τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ὅτι εὐλογημένος ὑπάρχεις, καὶ σοὶ τὴν δόξαν σου ἀναπέμψομεν.

Ὁ διάκονος ὅτι μέλλει εἰπεῖν τὸ εὐαγγέλιον, λέγει.

Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεὺς. Ὁ κύριος εὐλογήσει, καὶ ἐνισχύσει, καὶ ἀκροατὰς ἡμᾶς ποιήσει τοῦ ἁγίου αὐτοῦ εὐαγγελίου· ὁ ὢν εὐλογητὸς Θεὸς νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Σταθῆτε, ἀκούσωμεν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Καὶ λέγει τὸ εὐαγγέλιον ὁ διάκονος· τὴν συναπτὴν ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται. Τοὺς νοσοῦντας Κύριε τοῦ λαοῦ σου ἐπισκεψάμενος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς ἴασαι· τοὺς ἀποδημήσαντας ἡμῶν ἀδελφοὺς, ἢ μέλλοντας ἀποδημεῖν ἐν τῷ τόπῳ κατευόδωσον ἕκαστον εἰς τὴν χώραν. Τοὺς ἀγαθοὺς ὑετοὺς κατάπεμψον ἐπὶ τοὺς χρήζοντας καὶ ἐπιδεομένους τόπους· τὰ ποτάμια ὕδατα ἀνάγαγε ἐπὶ τὸ μέτρον αὐτῶν κατὰ τὴν σὴν χάριν. Τοὺς καρποὺς τῆς γῆς αὔξησον εἰς σπέρμα καὶ εἰς θερισμόν. Τὴν βασιλείαν τοῦ δούλου σου, ὃν ἐδικαίωσας βασιλεύειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ γαλήνότητι διαφύλαξον. Τὴν ταπεινὴν, καὶ ἐλεεινὴν, καὶ φιλόχριστον πόλιν ταύτην ῥῦσαι αὐτὴν ὁ Θεὸς ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν, ἀπὸ λιμοῦ, λοιμοῦ,

A vnum triginta, & vnum centum, vt regno cœlorum digni habeamur. [*elata voce*] & citò anticipent nos misericordiæ tuæ, Domine. [*elata voce*] Tu enim es Euangelismus, seu boni annuntiatio, seruator, & custos animarum & corporum nostrorum Domine Deus, & tibi gloriam & gratiarum actionem, & trisagium, seu ter sanctum, hymnum offerimus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Populus: Amen.

B Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis.

Trisagio completo populum cruce signat Sacerdos, dicens: Pax omnibus.

Populus: Et Spiritui tuo.

Sequitur, Attentissimus. Apostolus. Prologus Alleluia. Diaconi ex præscripto dicunt: Domine benedicito.

Sacerdos dicit: Dominus benedicat, & vobiscum ministret, sua ipsius gratia, nunc & semper, & in sæcula sæculorum.

C *Sacerdos, priùs quàm Euangelium recitetur, incensum mittit, dicens.*

Incensum offerimus coram sancta gloria tua, quod assumas in sanctum & supercœleste & intellectuale tuum altare. Vicissim nobis mittito gratiam sancti tui Spiritus, quia benedictus es, tu quoque gloriam tuam mitte.

Diaconus Euangelium recitaturus, dicit:

Domine benedicito.

Sacerdos: Dominus benedicat, & fortificet; & auditores nos faciat sancti sui

D Euangelij, qui est benedictus Deus, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Diaconus: State recti. Audiamus sanctum Euangelium.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Hinc recitat Euangelium Diaconus. Mox Collectæ orationem subiungit Sacerdos.

Ægrotos, Domine, populi tui visitans in misericordia & visitationibus sana. Pere-

E grè profectos, vel profecturos fratres nostros, eò quò tendunt, singulos deducito. Bonas pluuias emittito in loca iis opus habentia & egentia. Fluuiales aquas ad earum mensuram tua gratia reducito. Fructus terræ augeto in semen & in messem. Regnum serui tui, quem in terra regnare iustum censuisti, in pace & fortitudine, & iustitia, & tranquillitate conseruato. Humilem & misericordia dignam, & Christi amantem ciuitatem istam libera, Deus, à diebus malis, à fame, peste,

& Gentium incursione, vt & Niniuitarum ciuitati pepercisti; quia misericors & miserator es, quique iniquitatum hominum non recordaris. Tu per Prophetam tuam Esaiam dixisti: *Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam, propter me, & propter Dauid seruum meum.* Quare precamur & obsecramus te, humani generis amator bone, protege ciuitatem istam propter Martyrem tuum & Euangelistam Marcum, qui nobis viam salutis demonstrauit, gratia, & miserationibus, & benignitate vnigeniti tui filij, [*elata voce*] per quem & cum quo tibi gloria & imperium cum sanctissimo, & bono, & viuifico tuo spiritu.

Esa. 37.

Diaconus: Incipe.

Hinc dicunt versum. *Diaconus dicit tres. Sacerdos hanc subiungit orationem.*

Fortè Litanias tres intelligit, quarum tamē prima ante Euāgelium: reliquæ duæ recitato Euangelio dicuntur in D. Basilij Missa.

Dominator Domine, Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, precamur & obsecramus te, vt pacem quæ de cœlo est, cordibus nostris infundas, quin & vitæ huius pacem nobis dones, sanctissimum & beatissimum Papam nostrum N. & Reuerendissimum Episcopum nostrum N. conseruans. Conseruato nobis eos multis annis pacificè fungentes sancto, cui eos præfecisti, Pontificatu, pro sancta & beata voluntate tua, rectè tractantes verbum veritatis, cum omnibus orthodoxis Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, Lectoribus, Cantoribus, cum omni plenitudine sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Episynagogis, seu congregationibus nostris, Domine, benedicito: Da vt eas liberè citráque impedimentum celebremus pro sancta tua voluntate. Ædes precibus, ædes eulogiis, seu benedictionibus accommodas, & nobis & successoribus nostris seruis tuis in sæculum largire.

Exurge, Domine, & dissipentur inimici tui: fugiant omnes, qui oderunt nomen sanctum tuum. Populo autem tuo fideli & orthodoxo benedic, multiplica eos in millia & decies centena millia. Nec præualeat mors peccati contra nos, neque contra omnem populum tuum: gratia & miserationibus, & benignitate vnigeniti filij tui, [*elata voce*] per quem, & cum quo, tibi gloria & imperium cum sanctissimo, & bono, & viuifico spiritu tuo.

Populus: Amen.

Sacerdos: Pax omnibus.

Populus: Et spiritui tuo.

Diacon. Videte, ne quis Catechumenorū.

Hinc psallunt: Qui Cherubim mysticè.

Sacerdos incensum offert ad Εἴσοδον, seu Introitum, & sic orat.

Domine Deus noster, qui nullis rebus eges, suscipe incensum hoc, quod tibi ab indigna manu offertur, tuáque benedictione nos omnes dignare. Tu enim

A καὶ ἐπιστάσεως ἐθνῶν, ὡς καὶ Νινευὶ τῆς πόλεως ἐφείσω· ὅτι ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων εἶ, καὶ ἀμνησίκακος ἐπὶ κακίαις ἀνθρώπων. σὺ διὰ τοῦ προφήτου σου Ησαΐου εἶπας, ὑπερασπιῶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης τοῦ σῶσαι αὐτὴν δι' ἐμὲ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. διὸ δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθὲ, ὑπεράσπισον τῆς πόλεως ταύτης διὰ τὸν μάρτυρα καὶ εὐαγγελιστὴν Μάρκον τὸν ὑποδείξαντα ἡμῖν ὁδὸν τῆς σωτηρίας, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ [ἐκφώνως] δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ

B δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

Ο διάκονος. Ἄρξαι.

Καὶ λέγουσι τὸν στίχον. ὁ διάκονος λέγει τὰς τρεῖς.

Ο ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε τὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰρήνην βράβευσον ταῖς ἁπάντων ἡμῶν καρδίαις. ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου τούτου τὴν εἰρήνην ἡμῖν δώρησαι, τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον

C ἡμῶν Πάπαν τὸν Ν. καὶ τὸν ὁσιώτατον ἡμῶν ἐπίσκοπον τὸν Ν. συντηρῶν. συντήρησον ἡμῖν αὐτοὺς ἔτεσι πολλοῖς εἰρηνικῶς ἐκτελοῦντας τὴν ὑπὸ σοῦ ἐμπεπιστευμένην ἁγίαν ἀρχιερωσύνην κατὰ τὸ ἅγιον καὶ μακάριόν σου θέλημα, ὀρθοτομοῦντας τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, σὺν πᾶσιν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, διακόνοις, ὑποδιακόνοις, ἀναγνώσταις, ψάλταις, σὺν παντὶ τῷ πληρώματι τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας. Τὰς ἐπισυναγωγὰς ἡμῶν Κύριε εὐλόγησον. δὸς αὐτὰς ἀκωλύτως καὶ ἀνεμποδίστως γενέσθαι κατὰ τὸ

D ἅγιόν σου θέλημα. οἴκους εὐχῶν, οἴκους εὐλογιῶν ἡμῖν τε καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς δούλοις σου εἰς τὸν αἰῶνα, δώρησαι.

Ἐξεγέρθητι Κύριε καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροί σου· φυγέτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· τὸν δὲ λαόν σου τὸν πιστὸν καὶ ὀρθόδοξον εὐλόγησον. ποίησον αὐτὸν εἰς χιλιάδας καὶ μυριάδας. καὶ μὴ κατισχυσάτω θάνατος ἁμαρτίας καθ' ἡμῶν, μηδὲ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, [ἐκφώνως] δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ

E καὶ ζωοποιῷ σου πνεύματι.

Ο λαός. Ἀμήν.

Ο ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσιν.

Ο λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.

Ο διάκονος. Βλέπετε μήτις τῶν κατηχουμένων.

Καὶ ψάλλουσιν, οἱ τὰ Χερουβὶμ μυστικῶς.

Ο ἱερεὺς βάλλει θυμίαμα εἰς τὸ εἴσοδον καὶ εὔχεται.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ πάντων ἀπροσδεὴς, δέξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο ἐξ ἀναξίου χειρὸς προσφερόμενον, καὶ τῆς παρὰ σοῦ εὐλογίας πάντας ἡμᾶς ἀξίωσον. σὺ γὰρ

εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καί σοι τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν.

Καὶ εἰσέρχονται τὰ ἅγια εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ὁ ἱερεὺς εὔχεται οὕτως.

Ἅγιε, ὕψιστε, φοβερέ, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, Κύριε, αὐτὸς ἡμᾶς ἁγίασον, καὶ ἀξίωσον τῆς φοβερᾶς σου ἱερωσύνης, καὶ προσάγαγε ἡμᾶς τῷ τιμίῳ σου θυσιαστηρίῳ μετὰ πάσης συνειδήσεως ἀγαθῆς· καὶ καθάρισον ἡμῶν τὰς καρδίας ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, πᾶσαν αἴσθησιν πονηρὰν ἐκδίωξον ἀφ' ἡμῶν, ἁγίασον τὸν νοῦν καὶ τὴν ψυχήν, καὶ δὸς ἡμῖν τὴν τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν ἐπιτελεῖν λατρείαν μετὰ φόβου σου, ἐξιλασκόμενοι τὸ πρόσωπόν σου διὰ παντός. σὺ γὰρ εἶ ὁ εὐλογῶν, καὶ ἁγιάζων τὰ σύμπαντα, καί σοι τὴν δόξαν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀναπέμπομεν.

Ὁ διάκονος. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται τὸν ἀσπασμόν.

Δέσποτα Κύριε παντοκράτορ, οὐρανόθεν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σου, καὶ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν σου, καὶ πᾶν τὸ ποίμνιόν σου, καὶ σῶσον πάντας ἡμᾶς τοὺς ἀναξίους δούλους σου, τὰ θρέμματα τῆς σῆς ἀγέλης, καὶ δώρησαι ἡμῖν τὴν σὴν εἰρήνην καὶ τὴν σὴν ἀγάπην, καὶ τὴν σὴν βοήθειαν, καὶ κατάπεμψον ἡμῖν τὴν δωρεὰν τοῦ παναγίου σου πνεύματος, ὅπως ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ, καὶ συνειδήσει ἀγαθῇ ἀσπασώμεθα ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ, μὴ ἐν ὑποκρίσει, μὴ τὴν τοῦ ἀλλοτρίου κεκτημένοι προαίρεσιν, ἀλλὰ ἄμωμον, καὶ ἄσπιλον ἐν ἑνὶ πνεύματι, ἐν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης, ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, ἐν μιᾷ πίστει, καθὼς καὶ ἐκλήθημεν, ἐν μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ἡμῶν, ὅπως καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν θείαν καὶ ἀπέραντον στοργὴν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ ὁ εὐλογητὸς εἶ.

Εἶτα ὁ ἱερεὺς βάλλει θυμίαμα, λέγων.

Θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί σου, ἀναληφθήτω δή, δεόμεθα, ἐκ τῶν πενιχρῶν χειρῶν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, εἰς ἱλασμὸν παντὸς τοῦ λαοῦ σου. ὅτι σοι πρέπει πᾶσα δόξα, τιμή, προσκύνησις καὶ εὐχαριστία τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Καὶ μετὰ τὸν ἀσπασμόν, ἐκφώνως, ὁ διάκονος προσφέρει.

Κατὰ τρόπους στάθητε.

Ὁ ἱερεὺς σφραγίζων τοὺς δίσκους καὶ τὰ ποτήρια, ἐκφώνως.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν.

Ὁ διάκονος. Ἐπὶ προσευχὴν στάθητε.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.

Ὁ διάκονος. Προσεύξασθε ὑπὲρ τῶν προσφερόντων.

A es sanctificatio nostra, tibique gloriam offerimus.

Hinc sancta ingrediuntur, ad altare, & Sacerdos sic orat.

Sancte, summe, tremende, qui in sanctis requiescis, Domine, ipse nos sanctifica, nosque dignare tremendo tuo sacerdotio, nosque siste venerando altari tuo; cum omni conscientia bona, cordáque nostra purgato ab omni inquinamento: Reptobum omnem sensum à nobis expelle: Sanctifica mentem & animam, & da nobis
B sanctorum Patrum nostrorum ritum observare cum timore tuo, propitiantibus vultum tuum omni tempore. Tu enim es qui benedicis & sanctificas vniuersa, & tibi gloriam & gratiarum actionem offerimus.

Diaconus: Salutate vos inuicem.

Sacerdos salutationi apprecatur.

Dominator Domine omnipotens, aspice de cœlo ad Ecclesiam tuam, & ad omnem populum tuum, & totum gregem tuum, seruáque nos omnes indignos
C seruos tuos, oues gregis tui: nobisque tuam largire charitatem, & tuum auxilium, & emitte nobis donum sanctissimi tui spiritus, vt in corde puro puráque conscientia salutemus nos inuicem in osculo sancto, non in dolo, non in hypocrisi, non alieno adhærentes instituto, sed innocentes & immaculati, in vno spiritu, in vinculo pacis & charitatis, vnum corpus & vnus spiritus in vna fide; quemadmodum etiam vocati sumus in vna spe vocationis nostræ, vt occurramus omnes in di-
D midium & infinitum amorem in Christo Iesu Domino nostro, cum quo benedictus es.

Tunc Sacerdos incensum offert dicens:

Incensum offertur nomini tuo. Assumatur ergo, quæsumus, è pauperculis manibus nostris, qui peccatores sumus, ad supercœleste altare tuum, in odorem suauitatis, in propitiationem totius populi tui. Quia te decet omnis gloria, honor, adoratio, & gratiarum actio, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum,
E nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Et post Salutationem, Diaconus elata voce.

Ad offerendum pro more state.

Sacerdos Cruce signans patinas & calices, elata voce dicit.

Credo in vnum Deum.

Diaconus: Ad orationem state.

Sacerdos: Pax omnibus.

Diaconus: Orate pro offerentibus.

Sacerdos Orationem propositionis subiungit.

Dominator Domine, Iesu Christe, coæternum Verbum æterni Patris, & Spiritus sancti, magne Pontifex, panis qui de cœlo descendisti, & eduxisti de corruptione vitam nostram, qui dedisti teipsum agnum immaculatum pro mundi vita, rogamus & obsecramus te, benigne Domine, ostende faciem tuam super hunc panem, & super hos calices, quos sanctissima mensa suscipit Angelico ministerio, Archangelica chori statione, & sacerdotali sacrificio, in tuam gloriam & renouationem animarum nostrarum, gratia, & miserationibus, & humanitate vnigeniti filij tui, per quem & cum quo tibi gloria & imperium.

Populoque dicente: Et incarnatus est de spiritu sancto, *crucem facit: eodemque subiungente:* Crucifixus etiam pro nobis. *Denuo cruce signat.* Et in Spiritum sanctum: *itidem & expleta fide Sacerdos cruce populum signat, elata voce pronuntians.*

Sacerdos: Pax omnibus.
Populus: Et cum Spiritu tuo.
Sacerdos: Sursum nostra corda.
Populus: Habemus ad Dominum.
Sacerdos: Gratias agamus Domino.
Populus: Dignum & iustum.
Diaconus: * * *

Forte, Stemus honesti.

Sacerdos Anaphoram, seu Oblationem, inchoat.

Verè quippe dignum est & iustum, sanctúmque & decorum, atque nostris animabus vtile, qui es, ô Dominator Domine, Deus pater omnipotens, te laudibus & hymnis celebrare, tibi gratias agere, tibi confiteri per diem & noctem incessabili ore, non silentibus labris, & corde non tacito: tibi, inquam, qui fecisti cœlum, & terram, quæ cœli ambitu continentur, quæque in terra sunt, mare, fontes, flumina, lacus, & omnia, quæ in eis sunt: tibique qui fecisti hominem ad imaginem & similitudinem tuam: cui paradisi quoque delicias largitus es, transgressum non aspernatus es, neque deseruisti, ô bone, sed denuo per legem reuocasti, per Prophetas vt puerum erudisti, denique reformasti & renouasti per hoc tremendum, & viuificum, & cœleste sacramentum. Quæ omnia fecisti per tuam sapientiam, lucem veram, vnigenitum filium tuum, Dominum, & Deum, & seruatorem nostrum Iesum Christum, per quem tibi cum ipso & spiritu sancto gratias agentes offerimus rationabilem & incruentam oblationem hanc, quam offerunt tibi, Domine, omnes Gentes ab ortu Solis vsque occasum; à Septentrione, ad Meridiem: quia magnum

Ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν τῆς προθέσεως.

Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, Κύριε, ὁ συναΐδιος λόγος τοῦ ἀνάρχου πατρὸς καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὁ μέγας ἀρχιερεὺς, ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ἀναγαγὼν ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀμνὸν ἄμωμον ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, δεόμεθα καὶ παρακαλοῦμέν σε Κύριε φιλάνθρωπε, ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τὰ ποτήρια ταῦτα, ἃ ἡ παναγία τράπεζα ὑποδέχεται δι' ἀγγελικῆς λειτουργίας, καὶ ἀρχαγγελικῆς χοροστασίας, καὶ ἱερατικῆς ἱερουργίας, εἰς σὴν δόξαν καὶ ἀνακαινισμὸν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, χάριτι, καὶ οἰκτιρμοῖς, καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος.

Καὶ ὅταν λέγει ὁ λαὸς, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, ποιεῖ σταυρόν. Καὶ σταυρωθέντα ὑπὲρ ἡμῶν. Καὶ πάλιν σφραγίζει. Καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον: Ὁμοίως καὶ μετὰ τὴν πίστιν σφραγίζει ὁ ἱερεὺς τὸν λαὸν, ἐκφωνῶν.

Ὁ ἱερεύς. Εἰρήνη πᾶσι.
Ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.
Ὁ ἱερεύς. Ἄνω ἡμῶν τὰς καρδίας.
Ὁ λαός. Ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον.
Ὁ ἱερεύς. Εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ.
Ὁ λαός. Ἄξιον καὶ δίκαιον.
Ὁ διάκ. * * *

Ὁ ἱερεὺς ἄρχεται τῆς ἀναφορᾶς.

Ἀληθῶς γὰρ ἄξιόν ἐστι καὶ δίκαιον, ὅσιόν τε καὶ πρέπον, καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐπωφελὲς, ὁ ὢν δέσποτα, Κύριε θεὲ, πάτερ, παντοκράτωρ, σὲ αἰνεῖν, σὲ ὑμνεῖν, σοὶ εὐχαριστεῖν, σοὶ ἀνθομολογεῖσθαι νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν ἀκαταπαύστῳ στόματι, καὶ ἀσιγήτοις χείλεσι καὶ ἀσιωπήτῳ καρδίᾳ. σοὶ τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ, γῆν, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, θαλάσσας, πηγὰς, ποταμοὺς, λίμνας, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· σοὶ τῷ ποιήσαντι τὸν ἄνθρωπον κατ' ἰδίαν εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· ᾧ καὶ ἐχαρίσω τὴν ἐν παραδείσῳ τρυφήν· παραβάντα δὲ αὐτὸν οὐχ ὑπερεῖδες, οὐδὲ ἐγκατέλιπες ἀγαθὲ, ἀλλὰ πάλιν ἀνεκαλέσω διὰ νόμου, ἐπαιδαγώγησας διὰ προφητῶν, ἀνέπλασας, καὶ ἀνεκαίνισας διὰ τοῦ φρικτοῦ καὶ ζωοποιοῦ καὶ οὐρανίου μυστηρίου τούτου, πάντα δὲ ἐποίησας διὰ τῆς σῆς σοφίας, τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ σοὶ σὺν αὐτῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι εὐχαριστοῦντες, προσφέρομεν τὴν λογικὴν καὶ ἀναίμακτον λατρείαν ταύτην, ἣν προσφέρει σοι Κύριε πάντα τὰ ἔθνη ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου καὶ μέχρι δυσμῶν, ἀπὸ ἄρκτου καὶ μεσημβρίας, ὅτι μέγα

τὸ ὄνομά σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ θυμίαμα προσφέρεται τῷ ὀνόματί τῷ ἁγίῳ σου, καὶ θυσία καὶ προσφορά.

Καὶ δεόμεθα, καὶ παρακαλοῦμέν σε φιλάνθρωπε, ἀγαθέ.

Μνήσθητι Κύριε τῆς ἁγίας καὶ μόνης καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ γῆς περάτων μέχρι τῶν περάτων αὐτῆς, πάντων τῶν λαῶν καὶ πάντων τῶν ποιμνίων σου.

Τὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰρήνην βράβευσον τῶν ἁπάντων ἡμῶν καρδίαις, ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου τούτου τὴν εἰρήνην ἡμῖν δώρησαι.

Τὸν βασιλέα, τὰ στρατιωτικά, τοὺς ἄρχοντας, βουλάς, δήμους, γειτονίας, εἰσόδους καὶ ἐξόδους ἡμῶν ἐν πάσῃ εἰρήνῃ κατακόσμησον.

Βασιλεῦ τῆς εἰρήνης τὴν σὴν εἰρήνην δὸς ἡμῖν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ ἀγάπῃ κτῆσαι ἡμᾶς, ὁ Θεὸς ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν, τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν. Ζωοποίησον τὰς τῶν πάντων ἡμῶν ψυχάς, καὶ μὴ κατισχύσει θάνατος ἁμαρτίας καθ' ἡμῶν, μηδὲ κατὰ παντὸς τοῦ λαοῦ σου.

Τοὺς νοσοῦντας Κύριε τοῦ λαοῦ σου ἐπισκεψάμενος ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς ἴασαι, ἀπόστησον ἀπ' αὐτῶν καὶ ἀφ' ἡμῶν πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν, τὸ πνεῦμα τῆς ἀσθενείας ἐξέλασον ἀπ' αὐτῶν· τοὺς ἐν μακραῖς ἀρρωστήμασι προσκαταχειμένους ἐξανάστησον· τοὺς ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων ἐνοχλουμένους ἴασαι· τοὺς ἐν φυλακαῖς, ἢ ἐν μετάλλοις, ἢ δίκαις, ἢ καταδίκαις, ἢ ἐν ἐξορίαις, ἢ πικρᾷ δουλείᾳ, ἢ φόροις κατεχομένους πάντας ἐλέησον, πάντας ἐλευθέρωσον· ὅτι σὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ λύων πεπεδημένους, ὁ ἀνορθῶν τοὺς κατερραγμένους, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπηλπισμένων, ἡ βοήθεια τῶν ἀβοηθήτων, ἡ ἀνάστασις τῶν πεπτωκότων, ὁ λιμὴν τῶν χειμαζομένων, ὁ ἔκδικος τῶν καταπονουμένων. πάσῃ ψυχῇ Χριστιανῇ θλιβομένῃ καὶ περιερχομένῃ δὸς ἔλεος, δὸς ἄνεσιν, δὸς ἀνάψυξιν. ἀλλὰ καὶ ἡμῶν Κύριε τὰς κατὰ ψυχὴν νόσους ἴασαι, τὰς σωματικὰς ἀσθενείας θεράπευσον, ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἐπίσκοπε πάσης σαρκός, ἐπίσκεψαι καὶ ἴασαι ἡμᾶς διὰ τοῦ σωτηρίου σου. τοὺς ἀποδημήσαντας ἡμῶν ἀδελφούς, ἢ μέλλοντας ἀποδημεῖν ἐν παντὶ τόπῳ κατεύθυνον, εἴτε διὰ γῆς ἢ ποταμῶν ἢ λιμνῶν ἢ ὁδοιπορειῶν, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ τὴν πορείαν ποιουμένους πάντας πανταχοῦ ἀποκατάστησον εἰς λιμένα εὔδιον, εἰς λιμένα σωτήριον· σύμπλους καὶ συνοδοιπόρος αὐτῶν γενέσθαι καταξίωσον· ἀπόδος τοῖς οἰκείοις αὐτῶν χαίροντας χαίρουσιν, ὑγιαίνοντας ὑγιαίνουσιν. ἀλλὰ καὶ ἡμῶν Κύριε τὴν παρεπιδημίαν τὴν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἀβλαβῆ καὶ ἀχείμαστον μέχρι τέλους διαφύλαξον. τοὺς ὑετοὺς ἀγαθοὺς πλουσίως κατάπεμψον ἐπὶ τοὺς χρῄζοντας καὶ ἐπὶ τοὺς δεομένους τόπους. εὔφρανον καὶ ἀνακαίνισον τῇ καταβάσει αὐτῶν τὸ πρόσωπον

A nomen tuum in omnibus Gentibus, & in omni loco incensum offertur nomini sancto tuo, & sacrificium, & oblatio.

Certè precamur & obsecramus, benigne, bone.

Memento, Domine, sanctæ, soliusque Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, quæ à finibus terræ ad eiusdem fines vltimos diffunditur, omnium denique populorum, & omnium ouilium tuorum.

Pacem, quæ de cœlo est, vt Brabeuta, B largire nostris omnium cordibus, imò & vitæ huius pacem nobis dona.

Regem, Legiones, Principes, Senatus & concilia, populos, vicinias, introitus & exitus nostros in omni pace disponito.

Rex pacis, tuam pacem da nobis, in concordia & charitate posside nos, ô Deus alium quàm te Deum non nouimus, nomen tuum nominamus, viuificato nostras omnium animas, & non prævalebit mors peccati contra nos, neque contra totum C populum tuum.

Ægrotos, Domine, populi tui visitans in misericordia & miserationibus sana. Auerte ab eis & à nobis omnem morbum & infirmitatem. Spiritum debilitatis effugato ab eis. Valetudinarios diuturnis morbis decubantes exsuscita. Spiritibus impuris vexatos sana: eorum qui vel carceribus, vel metallis, vel accusationibus, vel condemnationibus, vel exiliis, vel amara seruitute, vel tributis diuexantur, miserere, omnes liberato: quoniam tu D Deus noster, qui soluis compeditos, qui erigis elisos, spes desperantium, auxilium destitutorum, resurrectio lapsorum, portus naufragantium, vltor afflictorum: omni animæ Christianæ afflictæ & oberranti, da misericordiam, da remissionem, da refrigerium. Quin & nostros, Domine, quibus animò laboramus, morbos sana, corporis infirmitates cura, Medice animarum & corporum, Inspector omnis carnis, visita & sana nos, per salutare tuum. Fratres nostros peregrè profectos, vel profecturos, in omni loco dirige, siue per ter-E ram, siue flumina, siue lacus, siue vias, siue quouis modo iter facientes, omnes vndique adducito ad portum tranquillum, ad portum salutarem, ipse nauigationis & viæ comes eis esse dignare, suis eos redde, gaudentes gaudentibus, sanos sanis: quin & nostram, Domine, hac in vita peregrinationem à damno & tempestate immunem vsque in finem conseruato. Pluuias bonas ex thesauris tuis in loca demitte iis opus habentia & egentia. Lætifica & renoua earum descensu faciem

A terræ, vt ſtillicidiis eius lætetur germinans. Fluuiales aquas reducito ad iuſtam earum menſuram. Lætifica & renoua earum aſcenſu faciem terræ. Riuos eius inebria: multiplica genimina eius: Fructibus terræ, Domine benedicito, ſaluóſque nobis & incorruptos conſeruato. Exhibe nobis eos in ſemen & meſſem. Benedicito etiamnum, Domine, coronæ anni benignitatis tuæ, propter pauperes populi tui, propter viduam & propter pupillum: propter peregrinum, & propter aduenam: propter nos omnes ſperantes in te, & inuocantes ſanctum nomen tuum. Oculi enim omnium in te ſperant, B & tu das eſcam ipſorum in tempore opportuno. Qui das eſcam omni carni, imple gaudio & lætitia corda noſtra, vt ſemper omnem ſufficientiam habentes abundemus in omne opus bonum, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Rex Regum, & Domine dominantium, regnum ſerui tui orthodoxi & Chriſtum amantis Regis noſtri, quem ſuper terram regnare iuſtum cenſuiſti, N. in pace, & fortitudine, & iuſtitia & tranquillitate, conſeruato. Subiicito ei, Deus, C omnem hoſtem & aduerſarium, tam noſtratem quàm externum. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adiutorium ei. Effunde frameam & conclude aduerſus eos, qui perſequuntur eum. Obumbra ſuper caput eius in die belli: fac, vt de fructu lumbi eius ſedeat ſuper ſedem eius. Loquere ad cor eius bona, pro ſancta tua Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & omni Chriſtum amante populo, vt & nos in tranquillitate eius tranquillam & quietam vitam degamus, in omni pietate & ſanctitate. D Animabus patrum & fratrum noſtrorum, qui antea in Chriſti fide obdormierunt, dona requiem, Domine Deus noſter, memor maiorum noſtrorum, qui à ſæculo ſunt, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Epiſcoporum, Sanctorum, Iuſtorum, omnis ſpiritus in fide Chriſti defunctorum, necnon eorum, quorum hodierno die memoriam agimus, & ſancti Patris noſtri Marci Apoſtoli* & Euangeliſtæ, qui demonſtrauit nobis viam ſalutis.

E Aue gratia plena, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, quia peperiſti Seruatorem animarum noſtrarum: [*elata voce*] in primis ſanctiſſimæ, intemeratæ, & benedictæ Dominæ noſtræ Dei genitricis & ſemper virginis Mariæ.

Diaconus: Domine benedicito.

Sacerdos: Dominus benedicat tibi gratia ſua, nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum.

Diaconus: legit Diptycha, hoc eſt, ſacras tabulas quibus defunctorum Catalogus continetur.

** Nomen auctoris Liturgiæ hîc adhiberi minimè nouum videri debet, cùm id quoque factũ reperiatur in Liturgijs D. Clementis & Chryſoſtomi, vt exẽpli tantum cauſa auctorum nomina inſerãtur: eademque ratione in libris legis, Moſis ipſius deceſſus continetur.*

A τῆς γῆς, ἵνα ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσονται, ἀνατέλλουσα. ποτάμια ὕδατα ἀνάγαγε, ἐπὶ τὸ ἴδιον μέτρον αὐτῶν. εὔφρανον καὶ ἀνακαίνισον τῇ ἀναβάσει αὐτῶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γεννήματα αὐτῆς. Τοὺς καρποὺς τῆς γῆς Κύριε εὐλόγησον, σώους καὶ ἀκεραίους ἡμῖν διατήρησον. παράσχου ἡμῖν αὐτοὺς εἰς σπέρμα καὶ εἰς θερισμόν. Εὐλόγησον καὶ νῦν Κύριε τὸν στέφανον τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς χρηστότητός σου διὰ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ σου, διὰ τὴν χήραν καὶ διὰ τὸν ὀρφανόν, B διὰ τὸν προσήλυτον, δι' ἡμᾶς πάντας τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ, καὶ ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον. οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσιν, καὶ σὺ δίδως τὴν τροφὴν αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ. ὁ διδοὺς τροφὴν πάσῃ σαρκί, πλήρωσον χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα πάντοτε πᾶσαν αὐτάρκειαν ἔχοντες, περισσεύωμεν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. Βασιλεῦ τῶν βασιλευόντων, καὶ κύριε τῶν κυριευόντων, τὴν βασιλείαν τοῦ δούλου σου τοῦ ὀρθοδόξου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν βασιλέως, ὃν C ἐδικαίωσας βασιλεύειν ἐπὶ τῆς γῆς ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ * ὁ Θεὸς πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἐμφύλιόν τε καὶ ἀλλόφυλον. ἐπιλαβοῦ ὅπλου καὶ θυρεοῦ, καὶ ἀνάστηθι εἰς τὴν βοήθειαν αὐτοῦ, καὶ ἔκχεον ῥομφαίαν καὶ σύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν καταδιωκόντων αὐτόν. ἐπισκίασον ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ πολέμου. κάθισον ἐκ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ. λάλησον εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ ἀγαθὰ ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλη- D σίας καὶ παντὸς τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ γαληνότητι αὐτοῦ ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι. Τῶν ἐν πίστει Χριστοῦ προκεκοιμημένων πατέρων τε καὶ ἀδελφῶν τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνησθεὶς τῶν ἀπ' αἰῶνος προπατόρων, πατέρων, πατριαρχῶν, προφητῶν, ἀποστόλων, μαρτύρων, ὁμολογητῶν, ἐπισκόπων, ὁσίων, δικαίων, παντὸς πνεύματος ἐν πίστει Χριστοῦ τετελειωμένων· καὶ ὧν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τὴν ὑπόμνησιν ποιούμεθα, καὶ τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Μάρκου τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ τοῦ ὑποδείξαντος ἡμῖν E ὁδὸν σωτηρίας.

Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου, ὅτι ἔτεκες σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν [ἐκφώνως] ἐξαιρέτως τῆς παναγίας, ἀχράντου, εὐλογημένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Ὁ διάκονος. Κύριε εὐλόγησον.

Ὁ ἱερεύς. Ὁ κύριος εὐλογήσει σε τῇ αὐτοῦ χάριτι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ διάκονος. Τὰ δίπτυχα τῶν κεκοιμημένων.

Ὁ δὲ ἱερεὺς κλινόμενος ἐπεύχεται.

Καὶ τούτων πάντων τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν ταῖς τῶν ἁγίων σου σκηναῖς, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, χαριζόμενος αὐτοῖς τὰ τῶν ἐπαγγελιῶν σου ἀγαθὰ, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασας ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον· αὐτῶν μὲν τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον, καὶ βασιλείας οὐρανῶν καταξίωσον. ἡμῶν δὲ τὰ τέλη τῆς ζωῆς Χριστιανὰ καὶ εὐάρεστα, καὶ ἀναμάρτητα δώρησαι· καὶ δὸς ἡμῖν μερίδα καὶ κλῆρον ἔχειν μετὰ πάντων τῶν ἁγίων σου τῶν προσφερόντων τῆς θυσίας τὰς προσφορὰς· τὰ εὐχαριστήρια πρόσδεξαι ὁ Θεὸς εἰς τὸ ἅγιον καὶ ἐπουράνιον καὶ νοερόν σου θυσιαστήριον, εἰς τὰ μεγέθη τῶν οὐρανῶν διὰ τῆς ἀρχαγγελικῆς σου λειτουργίας τῶν τὸ πολὺ καὶ ὀλίγον κρύφα καὶ παρρησίᾳ βουλομένων καὶ οὐκ ἐχόντων· καὶ τῶν ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ τὰς προσφορὰς προσενεγκάντων, ὡς προσεδέξω τὰ δῶρα τοῦ δικαίου σου Ἄβελ.

Καὶ βάλλει θυμίαμα ὁ ἱερεὺς, καὶ λέγει.

Sacerdos autem ad tecta diuina dona manum mittens, attingit viuificum panem cum reuerentia & metu multo. Et dicente Diacono:

Attendamus.

Altè Sacerdos ait:

Ante consecrata sancta sanctis.

* *Chorus:* Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus ad gloriam Dei patris. Amen.

Non enim modò panem eleuat. Porrò vbi ipsum detexit, communionem sacrarum reliquiarum perficit. Faciunt autem dicuntque Sacerdos, & Diaconus, & Chorus, eadem quæ in Chrysostomi Liturgia.

Orat Sacerdos submissè.

Gratias agimus tibi vniuersorum Seruatori Deo pro omnibus quæ præbuisti nobis, beneficiis, & pro communione sancti corporis & sanguinis Christi tui, & rogamus te benignissime Domine, serua nos sub alarum tuarum vmbra & tegumento, dáque nobis vsque ad extremum nostrum Spiritum, dignè participare sanctificationibus tuis, in illuminationem animæ & corporis, ad regnum cœlorum hæreditate possidendum.

Diaconus: Recti participes facti diuinorum, sanctorum, immaculatorum.

Succurre, salua, miserere.

Diem omnem perfectam, sanctam.

Altè Sacerdos.

Quoniam tu es sanctificatio nostra, tibique gloriam deferimus, Patri & Filio, & Spiritui sancto, nunc, & semper, & in sæcula sæculorum.

Chorus: Amen.

Oratio post ambonem ante cancellos, alta voce recitata à Sacerdote extra Tabernaculum, post completam Missam.

Omnipotens Domine qui omnem creaturam in sapientia fabricasti, qui ineffabili tua prouidentia & eximia bonitate adduxisti nos ad venerandos hos dies, ad purificationem animarum & corporum, ad affectuum moderationem, in spem resurrectionis; qui per quadraginta dies tabulas & diuinitus exaratas litteras in manu tribuisti Mosi famulo tuo: concede etiam nobis, ô bone, certamen præclarum certare, cursum ieiunij consummare, fidem indiuiduam seruare: capita inuisibilium draconum conterere, victoresque peccati effici, & vt citra condemnationem possimus adorare etiam sanctam Resurrectionem; quoniam benedictum est gloriosum, venerandum & magnificum nomen tuum, Patris & Filij & sancti Spiritus; nunc, & semper, & in sæculorum sæcula.

Chorus: Amen.

Etiam hic Chorus psallit eadem quæ in Chrysostomi & Basilij Liturgia.

** In Euch. loco istorum, deinde detegens ipsum, perficit communionē diuinorū donorum. Perfecta autē communione & sacris reliquijs de sacra Mensa sublatis orat Sacerdo., Gratias agimus tibi, &c.*

Ambon, locus editus inter Chorum & nauem templi & pulpitum.

A Ὁ δὲ ἱερεὺς ἐπικεκαλυμμένων ὄντων τῶν θείων δώρων, βαλὼν τὴν χεῖρα ἅπτεται τοῦ ζωοποιοῦ ἄρτου μετ' εὐλαβείας, καὶ φόβου πολλοῦ. καὶ λέγοντος τοῦ διακόνου.

Πρόσχωμεν.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

Τὰ προηγιασμένα ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ χορός. Εἷς ἅγιος, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός, ἀμήν.

Οὐ γὰρ ὑψοῖ ἀρτίως τὸν ἄρτον. εἶτα ἀνακαλύψας αὐτόν, B ἐκπληροῖ τὴν μετάληψιν τῶν θείων λειψάνων. καὶ ποιοῦσι καὶ λέγουσιν ὅ, τε ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος καὶ ὁ χορὸς τὰ αὐτὰ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου λειτουργίᾳ.

Ἐπεύχεται ὁ ἱερεὺς μυστικῶς.

Εὐχαριστοῦμέν σοι τῷ σωτῆρι τῶν ὅλων Θεῷ ἐπὶ πᾶσιν οἷς παρέσχου ἡμῖν ἀγαθοῖς, καὶ ἐπὶ τῇ μεταλήψει τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ κυρίου σου, καὶ δεόμεθά σου δέσποτα φιλάνθρωπε, φύλαξον ἡμᾶς ὑπὸ τὴν σκέπην τῶν πτερύγων σου, καὶ δὸς ἡμῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμῶν ἀναπνοῆς, ἐπαξίως μετέχειν τῶν ἁγιασ- C μάτων σου, εἰς φωτισμὸν ψυχῆς καὶ σώματος, εἰς βασιλείας οὐρανῶν κληρονομίαν.

Ὁ διάκονος. Ὀρθοὶ μεταλαβόντες τῶν θείων ἁγίων ἀχράντων. Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τὴν ἡμέραν πᾶσαν τελείαν, ἁγίαν.

Ἐκφώνως ὁ ἱερεύς.

Ὅτι σὺ εἶ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν ἀναπέμπομεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. Ἀμήν.

Εὐχὴ ὀπισθάμβωνος ἐκφωνουμένη παρὰ τοῦ ἱερέως D ἔξω τοῦ βήματος.

Δέσποτα παντοκράτορ ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσας, ὁ διὰ τὴν ἄφατόν σου πρόνοιαν, καὶ πολλὴν ἀγαθότητα, ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὰς πανσέπτους ἡμέρας ταύτας, πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν καὶ σωμάτων. πρὸς ἐγκράτειαν παθῶν, πρὸς ἐλπίδα ἀναστάσεως, ὁ διὰ τεσσαράκοντα ἡμερῶν πλάκας χειρίσας τὰ θεοχάρακτα γράμματα τῷ θεράποντί σου Μωσεῖ, παράσχου καὶ ἡμῖν ἀγαθὲ τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἀγωνίσασθαι, τὸν δρόμον τῆς νηστείας ἐκτελέσαι, τὴν πίστιν ἀδιαί- D ρετον τηρῆσαι, τὰς κεφαλὰς τῶν ἀοράτων δρακόντων συνθλάσαι, νικητάς τε τῆς ἁμαρτίας ἀναφανῆναι, καὶ ἀκατακρίτως φθάσαι προσκυνῆσαι καὶ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν, ὅτι εὐλόγηται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου, τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ χορός. Ἀμήν.

Καὶ τὰ λοιπὰ ὁ χορὸς ψάλλει τὰ αὐτὰ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Βασιλείου λειτουργίᾳ.

Εὐχὴ ἐν τῷ συστέλλεσθαι τὰ ἅγια μυστικῶς.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ ἀγαγὼν ἡμᾶς εἰς τὰς πανσέπτους ἡμέρας ταύτας, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιήσας τῶν φρικτῶν σου μυστηρίων, σύναψον τῇ λογικῇ σου ποίμνῃ, καὶ κληρονόμους ἀνάδειξον τῆς βασιλείας σου, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Οἱ χοροὶ λέγουσι τοὺς ψαλμούς, τό, Εὐλογήσω τὸν Κύριον· καὶ τό, Ὑψώσω σε Κύριε ὁ Θεός μου.

Ὁ ἱερεὺς ἐξέρχεται, καὶ στὰς ἐν τῷ συνήθει τόπῳ, δίδωσι τὸ ἀντίδωρον, εἶτα ποιεῖ ἀπόλυσιν, καὶ τὰ αὐτὰ καὶ λέγει καὶ ποιεῖ ὡς καὶ ἐν τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καὶ Βασιλείου λειτουργίᾳ.

A

Oratio, dum colliguntur sancta submisse.

Domine Deus noster qui adduxisti nos ad venerabiles istos dies, & participes nos fecisti tremendorum tuorum mysteriorum, coniunge nos rationali tuo ouili, & hæredes effice regni tui, nunc & semper, & in sæculorum sæcula. Amen.

– *Chorus autem recitat Psalmos:*

Benedicam Dominum, & Exaltabo te Domine Deus meus.

B

Sacerdos autem exit, & stans in loco solito, tribuit Antidorum siue panem benedictum: deinde missionem facit: eademque dicit & agit, quæ in Chrysostomi & Basilij Liturgiis.

BENEVOLO LECTORI G. GENEBRARDVS INTERPRES.

SI quæris, Lector beneuole, cur Ioannes à sancto Andrea in conquirendis quibuscumque ad pia sua instituta pertinentibus diligentissimus & liberalissimus vir; Claudius Sanctius olim præceptor meus eruditissimus, nunc Episcopus Ebroicensis; Iacobus Pamelius solertissimus antiquitatis peruestigator, & alij viri litterati qui Liturgias vndique coaceruarunt; has vnas prætermiserint, De mysteriis antè consecratis, De dormientibus, De sanctis: respondeo: alys non venisse in manum, alios, existimasse eam quæ est de mysteriis antè consecratis parum ritè institutam, atque vnam esse è næuis quos Ecclesiæ Græcis Christianis attribuit. In iis Maiorum nostrorum memoria fuisse fertur Humbertus quidam Candidæ syluæ episcopus, qui eas vt imperfectas, aduersus Nicetam incessit, illam demum Missam perfectam esse contendens, quæ benedictione, fractione & distributione constet. Sed & iste, & alij qui eandem sententiam persequuntur, mihi videntur toto cælo errare. Primùm, quoniam aut illæ rationes nullæ sunt, aut etiam Missa nostra Romana atque adeò Catholica, quam semel quotannis magno Veneris die agitamus Sacramentis præcedenti die consecratis, labefactanda est. Quid enim etiam ipsa est aliud, quàm τῶν προηγιασμένων, & vt aliter Patres Græci loquuntur, τῶν ἄλλων λειτουργιῶν; nec refert, quòd tale sacrum apud Græcos sæpius in Quadragesima repetatur, apud nos, nisi semel, nempe reliquis diebus præter Sabbatum & Dominicũ, quibus solis duobus, solenni ritu, Mysteria consecrant: cùm de re & iure vertatur quæstio, non de temporis μεταθέσει. Nec scio vnde didicerit Missam illam esse imperfectam, Episcopus quem modò nominaui, quòd ea demum perfecta sit quæ constat Cõsecratione, fractione & distributione. Nam illud est, quod quæritur; ne nostra illa quam Paschæ Parasceue conficimus, imperfecta censeatur, & cõtra institutum Christi & Apostolorum obseruationem celebrata. Itaque dum eam ab imperfectione & vitio asserimus, consecrationem quidem requirimus, sed vniuersè quocunque tandem die illa perfecta sit, modò cætera seruentur quæ Ecclesia (diuini cultus regula & moderatrix) instituit. Deinde suspectum est, quod de fractione & distributione adiicit: nam videtur annuere opinantibus, Sacrum non esse legitimum nisi peracta Consecratione omnes simul communicent. Præterea non videtur considerasse Preces in ea recitatas, quæ adeò piæ sunt, adeò religiosæ, adeò Ecclesiæ nostræ Catholicæ & Romanæ cõgruentes, adeò appositæ, vt eas non esse à Spiritu sancto dictatas, dubitare nefas videatur. Postremò, nescio quo pacto non probro & contumelia afficit Concilia tam Oecumenica quàm Prouincialia, quæ tale Missarum genus certis temporibus imperant, certis prohibent. Canon quinquagesimus secundus sextæ Synodi in Trullum Constantinopolis palatium è totius orbis Episcopis conuocatæ, sic loquitur: In omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiunij diebus, præterquam Sabbato & Dominico, & festo Annuntiationis die, fiat sacrũ Præsanctificatorum ministerium. *Quadragesimus nonus Laodicenæ, multò antiquioris, Prouincialis quidem, sed ab Oecumenicis approbatæ & confirmatæ, non diuersum cecinit:* Non oportet (inquit) in Quadragesima panem offerre, nisi Sabbato & solis Dominicis. *Hic ergo libentius duorum insignium Græcorum Patrum, Cabasilæ & Balsamonis testimonia audio, quibus etiam refutantur & repelluntur tela hæreticorum, qui præsentiam corporis Domini, in solo Eucharistiæ vsu constituunt. Prioris verba sunt, προηγιασμένα, siue præsanctificata, habent Christi corpus & sanguinem, quia alys antè diebus sanctificata & perfecta: Vnde & in ipsa Introductione debent adorari. Posterior, proposito superiori Canoni sextæ œcumenicæ Synodi, commentandi causa subiicit:* Statutum est, vt ieiuniorum dies, luctus & compunctionis dies sint, ad sua vniuscuiusque expianda peccata; Deo autem sacrificium peragere, est panegyrim agitare: Panegyricus autem siue festiuus dies, nihil est aliud quàm gaudium. Cùm ergo nemo possit, mœrore & gaudio simul affici; statuerunt Patres, ne conficeretur Sacrificium tota Quadragesima, exceptis Sabbato, Dominico, & Annunciationis festo: In iis enim festum agitare, non flere, aut ieiunare, aut genu flectere iussi sumus: *Præsanctificatorũ autem*

Cassander in Liturgicis.

Vt sub finem Liturgiæ huius.

Cabas. in expositione Liturgia, cap. 24.

Theodorus Balsamon in canon. 52. sextæ Synodi in Trullo.

ministerium; non incruentam Sacrificationem dicimus, sed oblationem prius oblati & perfecti sacrificij, sacrive mysterij. Quæ ratio eò vsque Balsamoni Patriarchæ Antiocheno placuit, vt quinquagesimi primi, Laodicenæ, causam ex eodem fonte deduxerit. Non oportet (*habet Canon*) in Quadragesima, Martyrum, Natales peragere; sed sanctorum martyrum commemorationes facere in Sabbatis & Dominicis. *Vt & reperitur 33. q. 4. Canon.* Non licet in Quadragesima. *Vnde istud? (ait Balsamon) Nempe non prohibetur, per totam Quadragesimam ne fiant, per Sacrificia sanctorum Martyrum memoriæ; quippe quæ lætitiam non afferunt, sed tantùm, ne fiant eorum Natales; vt qui lætitiam afferunt & festum,* &c.

Quoniam autem diximus, hanc Missarum coaceruatoribus non venisse in manum; percontaberis fortasse, vnde ego eam nancisci potuerim. Certè duo nactus sum exemplaria, quorum vnum fuit à Demetrio Duca, Cretensi: anno 1526. Clemente septimo Pontifice, editum; & Romam à Claudio Spencæo sempiternæ memoriæ clarissimo Theólogo allatum, mihique datum munere. Alterum reperi in Euchologio Græcorum, nonnihil quidem ab illo differens; vt in suo loco infrà annotabimus. Sed ratio diuersitatis, quæ tamen minima, explicatu est facilis. Pendet enim è diuerso Sacrificantium ordine; dum, quibusdam paulùm immutatis vel transpositis, Callogeri sancti Montis Athos, rem diuinam suo Monastico instituto congruenter conficiunt: alij, Ecclesiæ magnæ Constantinopolitanæ vulgatum vsum sequuntur.

[*Nonnulla sunt in hac Genebrardi obseruatione acriori iudicio expēdenda. Primò immeritò carpit Humbertum Syluæ Candidæ Episcopum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem, quem fuisse virum sanctissimum atque eruditissimum Lanfrancus initio libri de Eucharistia aduersus Berengarium affirmat, in omnibus probatissimum: scriptaque eius aduersus Nicetam Pectoratum, Græcosque plurimùm laudata, undecimus annalium Ecclesiasticorum tomus copiose recenset. Deinde Humbertus non penitus perstringit, & abycit ritum Græcorum de præsanctificatis, inuehitur iustissimè in Nicetam, quòd morem Latinæ Ecclesiæ reprehenderet, omnibus anni diebus excepto Parasceues, Eucharistiam consecrantis: obtendens canonem 52. Trullanum, & 46. Laodicenum, qui vetarent in quadragesima exceptis solis Dominicis, & Sabbatis, & festo Annunciationis, alijs diebus Eucharistiam conficis sed vti tantùm præconsecratis. Canonem Trullanum hisce verbis reijcit Humbertus: De Papa Agathone omnino scimus, quia nec sextæ Synodi per se ipsum præsedit, nec aliquibus eius capitulis subscripsit, nisi quæ promulgata fuerunt aduersus Monothelitarum hæresim. Vos videte, vnde hæc quæ proponitis habeatis, quia Romana Ecclesia talia hactenus ignorauit. Hæc ille.* Qui ad *concilium Laodicenum ista respondet: Cæteri autem quiuis sanctorum Patrum conuentus etsi potuerūt de vtilitate & conuersatione Ecclesiarum suarum tractare, nullas tamen traditiones vniuersali Ecclesiæ præfigere. Ita prudenter Humbertus, indicans sic ritum illum de præsanctificatis potuisse à patribus Græcis in suis Ecclesijs haud prorsus absurdè introduci, vt non propterea Romanam Ecclesiam ad illud excipiendum obstringere ius ipsis fuerit, & neque hinc in crimen arcessenda illa sit, si illum morem non colat.*

Insuper multis ostendere nititur Genebrardus in die parasceues veram & perfectam Missam in Romana Ecclesia celebrari: quod tamen non adeo receptum est consensu omnium Theologorum, vt non desint plures doctrina præstantissimi, qui magnis argumentis negent actionem illam quæ in Parasceue celebratur, propriè esse veram perfectam Missam: cùm essentiam veri & perfecti sacrificij Missa contineri existiment in consecratione & consumptione, velintque in Parasceue tantùm fieri consumptionem præconsecratæ hostiæ, & eiusmodi esse Græcorum ritum in præsanctificatis. vide Bellarminum lib. 4. de Eucharistia lib. 24. & lib. 1. de Missa cap. 27. Denique Genebrardus Nicolaum Cabasilam & Theodorum Balsamonem appellat duos insignes Græcos patres, quos nec ita antiquos, ac potius schismaticos, ne dicam hæreticos Romanæ Ecclesiæ infensos fuisse, nulli non compertum.]

DE GRÆCORVM RITIBVS.

CÆTERVM *in suis ritibus, satis testantur Ecclesiam esse Sanctorum communionem. Nam parum à nobis in suis rei Diuinæ ritibus differunt; vt taceam fidei capita, de Transsubstantiatione, de veritate corporis & sanguinis Domini, de Precatione pro mortuis, de inuocatione Sanctorum,* &c. *quæ planè habent nobiscum communia.*

Primùm singulos habent Papas (sic enim vocant Presbyteros vel Curiones) in parœciis singulis, cum vno Diacono.

Hodie propter tyrannidem Turcarum (opinor) vnam duntaxat Missam in singulis Ecclesiis dicunt, vixque alijs quàm Dominicis & Festis diebus. Ieiuni singuli Parochiani, *panem benedictum Festis diebus & quoties celebratur osculato sacerdote capiunt: At Paschatis festo, post auricularem confessionem, etiam communicant: sed sub vtraque specie: Ad ægrotos tamen panis duntaxat species defertur. Vestes eorum sacerdotales, ferè cum nostris conueniunt: nisi quòd vltra nos, habent ὑπογονάτιον, q. subgeniale, à zona ad lumbos vsque propendens, forma Rhomboide. Prima ergo vestis, στιχάριον, tunica. 2. ἐπιμανίκια, Manipulus. 3. ἐπιτραχήλιον, stola 4. ὑπογονάτιον, subgeniale. 5. φελώνιον, Casula.*

Diaconus similiter, nihil amplius quàm apud nos habet, præter orarium. i. stolam: & quasi alas, quibus exprimatur Angelorum velocitas. In hac stola scriptus est, Sanctus, *ter.*

Ecclesia in quinque partes diuisa. Prima, *ἁγιοβῆμα, sanctum Tabernaculum, quod gradibus in illam scandatur, solis sacrificantibus peruium: illic sunt duo Altaria: Maius, in medio: θυσιαστήριον. sacra Mensa, Sancta sanctorum, Cathedra, Locus Dei, Requies, Propitiatorium, magni Sacrificij officina, Christi*

*monumentum, & eius gloriæ tabernaculum: tot enim vocabulis appellatur: Minus Altare, in quo Sacerdos sacra præparat, Prothesis dicitur: quasi, propositio, quòd panis consecrandus, in eo primùm ponatur. * Secunda, ἱερατεῖον, Sacrarium, Chorus, locus Clero & cantoribus deputatus: vbi tabulatum, duo habens ostia, & vela in vtroque ostio interiecta. * 3. ἄμβων, pulpitum: vbi recitantur Euangelia & Epistolæ, & verba fiunt ad populum: Vnde, εὐχὴ ὀπισθάμβωνος: Oratio ante cancellos, post completam Missam, 4. ναὸς, Templum, Atrium populi, Nauis Ecclesiæ (inde enim Latini certam Templi partem, nauim videntur nominasse) In ima eius ita mulieres à viris separantur, vt à nullo videri possint: In tabulato superiori, sunt viri: ex quo, per clatros, sacra quæ conficiuntur, prospiciunt.*

Enim baptisterium, prope νάρθηκα, id est, Templi vestibulum, vbi erant Pœnitentes.

*** Sacram supellectilem habent: ζέον, lagenula capiens aquam calidam: τὸ εἰλητὸν, Corporale, ῥιπίδιον, flabellum: ἀστὴρ, & ἀστερίσκος, asteriscus, stellula: λαβὶς, fuscina, tenaculum, forcipula: ἀὴρ, sudarium quo velantur res sanctæ: δίσκος, patena: δίπτυχα, tabella inscripta mortuorum & Sanctorum habentes nomina: λόγχη, lancula qua desecatur σφραγὶς τῆς προσφορᾶς, sigillum Oblationis, nempe imago Christi Crucifixi in pane, quæ excisa consecratur: Reliqua enim pars, est ἀντίδωρον, quam frustulatim incisam. Sacerdos post Missam diuidit ijs qui Corpori & Sanguini Domini non communicauerint. Vnde Antidoron: quasi sit loco doni siue Eucharistiæ. Alias, ἀμνὸς dicitur: vt à nobis, panis benedictus. Vale & fruere.*

ΕΙΣ ΚΟΙΜΗΘΕΝΤΑΣ.

DE IIS QVI DORMIERVNT.

Cætera è communibus Liturgijs repetuntur.

A

ΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.

Ἦχος δʹ. Αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσονται.

Στίχος. Πρὸς σὲ Κύριε κεκράξομαι ὁ Θεός μου.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστ. Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοὶ οὐ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε, καθὼς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε, καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ κυρίου, ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας· ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ, καταβήσεται ἀπὸ οὐρανοῦ. καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. ἀλληλούια.

Στίχος. Μακάριοι, οὓς ἐξελέξω, καὶ προσελάβου Κύριε.

Εἰς κοιμηθέντας. Εὐαγγέλιον, ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τοὺς ἐληλυθότας πρὸς αὐτὸν Ἰουδαίους, ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον· οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ. ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μου ἐστὶν, ἣν ἐγὼ δώσω

PROPOSITVM:

Sonus 4. Animæ ipsorum in bonis commorabuntur.

Versus. Ad te Domine clamabo, Deus meus.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Thessalonicenses.

Fratres nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, *1. Thess. 4. 13.*

B sic & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum ipso. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quòd nos qui viuimus, qui relinquimur in præsentia Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui in Domino resurgent primùm: deinde nos qui viuimus, qui residui sumus: simul cum ipsis rapiemur in nubibus in occursum Domini, in aëra. Et sic semper cum Domino erimus. Alleluia.

Versus. Beati quos elegisti, & assumpsisti

C Domine.

De iis qui dormierunt.

Euangelium secundum Ioannem. *Ioan. 6.*

Dixit Dominus ad Iudæos qui ad ipsum venerant: Ego sum panis vitæ. Patres vestri comederunt Manna in deserto, & mortui sunt. Iste est panis qui de cœlo descendit, vt qui ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuens, qui de cœlo descendit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et verò panis, quem ego dabo,

caro mea est quam ego dabo pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi in se inuicem, dicentes: quomodo potest iste nobis dare carnem ad manducandum? Dixit igitur eis Iesus: Amen dico vobis, si non manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. Et resuscitabo eum in die nouissimo.

DE SANCTIS.

Propositum.

Sonus grauis. Lætabitur iustus.

Versus. Exaudi Domine iustitiam meam.

Lectio ex Epistola Pauli, ad Hebræos.

Hebr.13. Fratres, obedite præpositis vestris, & subiacete. Ipsi enim vigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddituri: vt cum gaudio istud faciant, & non gementes. Invtile enim vobis istud, Orate pro nobis. Confidimus enim quòd bonam conscientiam habemus, in omnibus benè volentes conuersari. Abundantius autem deprecor vos hoc facere, quò celeriùs restituar vobis. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum: aptet vos in omni opere bono, vt faciatis voluntates eius, per Iesum Christum, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Sonus quartus.

Versus. Iustus sicut palma florebit.

De sanctis, Euangelium secundùm Matthæum.

Dixit Dominus suis discipulis: Ingredimini per angustam portam: quoniam lata est ianua & ampla via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt qui ingrediuntur per illam. Et angusta est porta & arcta est via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam.

DE PONTIFICIBVS.

Propositum. Sonus 2.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Versus. Quid retribuemus Domino, pro omnibus?

Lectio Epistolæ beati Pauli, ad Hebræos.

Hebr.7. Fratres, talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus: qui non habet necessitatem quotidie, quemadmodum pōtifices, priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi ignorantiis. Hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit pontifices infirmitatem habentes. Sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum. Caput autem super ea quæ dicuntur: Talem habemus pontificem, qui sedit in dextra throni magnitudinis

A ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. ἐμάχοντο οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἀλλήλους, λέγοντες πῶς δύναται οὗτος ἡμῖν δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν; εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον, καὶ ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

Εἰς Ὁσίους. Προκείμενον. ἦχος βαρύς.

Εὐφρανθήσεται δίκαιος.

B Στίχος. Εἰσάκουσον Κύριε δικαιοσύνης μου.

Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοὶ πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε. αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες, ἵνα μετὰ χαρᾶς τοῦτο ποιῶσι, καὶ μὴ στενάζοντες. ἀλυσιτελὲς γὰρ ὑμῖν τοῦτο, προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν. πεποίθαμεν γὰρ ὅτι καλὴν συνείδησιν ἔχομεν, ἐν πᾶσι καλῶς θέλοντες ἀναστρέφεσθαι. περισσοτέρως δὲ παρακαλῶ τοῦτο ποιῆσαι, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν. ὁ δὲ Θεὸς τῆς εἰρήνης ὁ ἀναγαγὼν ἐκ C νεκρῶν τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίου, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, καταρτίσαι ὑμᾶς ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα αὐτοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Ἀλληλούϊα. Ἦχος δ'.

Στίχος. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει.

Εἰς ὁσίους, εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον.

Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, εἰσέλθετε διὰ D τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι' αὐτῆς, καὶ στενὴ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν.

Εἰς Ἱεράρχας. Προκείμενον. ἦχος β'.

Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ.

Στίχος. Τί ἀνταποδώσομεν τῷ κυρίῳ περὶ πάντων;

Πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοὶ, τοιοῦτος ἡμῖν ἔπρεπεν ἀρχιερεὺς, ὅσιος, E ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν γενόμενος, ὃς οὐκ ἔχει καθ' ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν θυσίας ἀναφέρειν, ἔπειτα τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων. τοῦτο γὰρ ἐποίησεν ἐφάπαξ ἑαυτὸν ἀνενέγκας. ὁ νόμος γὰρ ἀνθρώπους καθίστησιν, ἀρχιερεῖς ἔχοντας ἀσθένειαν, ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμοσίας τῆς μετὰ νόμον, υἱὸν εἰς τὸν αἰῶνα τετελειωμένον. κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, τοιοῦτον ἔχομεν ἀρχιερέα, ὃς ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης

ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τῶν ἁγίων λειτουργὸς, καὶ τῆς σκηνῆς τῆς ἀληθινῆς, ἣν ἔπηξεν ὁ κύριος καὶ οὐκ ἄνθρωποι. ἀλληλούια. ἦχος β'. οἱ ἱερεῖς σου Κύριε ἐνδύσονται δικαιοσύνην.

Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Ἰωάννην.

Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ἐγώ εἰμι ἡ θύρα, δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, σωθήσεται, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει. ὁ κλέπτης οὐκ ἔρχεται, εἰ μὴ ἵνα κλέψῃ, καὶ θύσῃ, καὶ ἀπολέσῃ. ἐγὼ ἦλθον, ἵνα ζωὴν ἔχωσι, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. ὁ μισθωτὸς δὲ καὶ οὐκ ὢν ποιμὴν, οὗ οὐκ εἰσὶ τὰ πρόβατα ἴδια, θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ ἀφίησι τὰ πρόβατα, καὶ φεύγει, καὶ ὁ λύκος ἁρπάζει αὐτὰ, καὶ σκορπίζει τὰ πρόβατα. ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει, ὅτι μισθωτός ἐστι, καὶ οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων. ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα, καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης, κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσιν, καὶ γενήσεται μία ποίμνη εἷς ποιμήν.

Εἰς τὰς ἑορτὰς τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.

Προκείμενον. ἦχος γ'. Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν κύριον.
Στίχος. Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν.
Πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοί, εἶχεν ἡ πρώτη σκηνὴ δικαιώματα λατρείας, τό, τε ἅγιον κοσμικόν. σκηνὴ γὰρ κατεσκευάσθη ἡ πρώτη ἐν ᾗ ἥ, τε λυχνία καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, ἥτις λέγεται ἅγια. μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων, χρυσοῦν ἔχουσα θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης, περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ, ἡ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. ὑπεράνω δὲ αὐτῆς, Χερουβὶμ δόξης κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. περὶ ὧν οὐκ ἔστι νῦν λέγειν κατὰ μέρος. τούτων δὲ οὕτω κατεσκευασμένων, εἰς μὲν τὴν πρώτην σκηνὴν διαπαντὸς εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς ἐπιτελοῦντες τὰς λατρείας. εἰς δὲ τὴν δευτέραν ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς οὐ χωρὶς αἵματος, ὃ προσφέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῶν τοῦ λαοῦ ἀγνοημάτων.

ἀλληλούια. ἦχος. πλ. δ'. ἄκουσον θύγατερ καὶ ἴδε, καὶ κλῖνε τὸ οὖς σου.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Λουκᾶν.

Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς κώμην τινά. γυνὴ δέ τις ὀνόματι Μάρθα, ὑπεδέξατο αὐτὸν εἰς οἶκον αὐτῆς. καὶ τῇδε ἦν ἀδελφὴ καλουμένη

A in cœlis, sanctorum minister, & tabernaculi veri quod fixit Dominus & non homo. Alleluia. *Sonus* 2. Sacerdotes tui Domine induantur iustitiam.

Euangelium secundùm Ioannem.

Dixit Dominus suis discipulis: Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & introibit, & exibit & pascua inueniet. Fur non venit, nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni, vt vitam habeant & abundanter habeant. Egu sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus: Mercenarius autem cùm non sit B pastor, cuius non sunt oues propriæ, spectat lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit eas & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est ei cura de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscor à meis. Quemadmodum cognoscit me Pater, & ego cognosco Patrem; & animam meam pono pro ouibus, & alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili; illásque me oportet adducere, & vocem meam audient. Et fiet vnum ouile & vnus C pastor. *Ioan.* 10.

De Festis sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ semperque virginis Mariæ.

Propositum.

Sonus 3 Magnificat anima mea Dominum.

Versus: Quia respexit.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Hebræos.

Fratres, habuit primum tabernaculum iustificationes culturæ, & sanctum sæcula- *Hebr.* 9.
D re. Tabernaculum enim constitutum est primum, in quo erant candelabrum, & mensa, & propositio panum, quod dicitur Sancta. Post secundum autem velum; tabernaculum quod dicitur Sancta sanctorum, aureum habens thuribulum & Arcam testamenti circumtectam vndique auro; in qua, vrna aurea habens Manna, & virga Aaron, quæ floruit, & Tabulæ testamenti. Super ipsam autem, Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium; de quibus non est nunc dicendum per singula. His autem sic constitutis, in primum
E quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes perficientes cultus. At in secundum semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro suis & populi ignorantiis. Alleluia.

Sonus 4. Audi filia & vide & inclina aurem tuam.

Euangelium secundùm Lucam.

In illo tempore ingressus est Iesus in pagum quendam. Mulier autem quædam *Luc.* 10. 38.
Martha nomine excepit ipsum in domum suam. Huic verò erat soror quæ vocabatur

Maria; quæ & sedens ad pedes eius, audie- A bat ipsius ve b um. Martha autem distrahebatur circa mulrum ministerium; & instans dicebat: Domine non curæ tibi est, quòd soror mea me solam relinquit ministrare? Dic igitur ei vt me adiuuet. Respondens autem dixit ei Iesus: Martha, Martha sollicita es & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Factum est autem dum hæc diceret; extollens vocem quædam mulier è turba,
Luc. 11, 27. dixit ei: Beatus venter qui te portauit, & B vbera quæ suxisti. Ipse autem dixit: Quinetiam beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Μαρία· ἣ καὶ παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ. ἡ δὲ Μάρθα περιεσπᾶτο περὶ πολλὴν διακονίαν· ἐπιστᾶσα δὲ εἶπε, Κύριε οὐ μέλει σοι, ὅτι ἡ ἀδελφή μου μόνην με εἴασε διακονεῖν; εἰπὲ οὖν αὐτῇ, ἵνα μοι συναντιλάβηται. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπεν αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς, Μάρθα, Μάρθα, μεριμνᾷς, καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία. Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ᾽ αὐτῆς. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ λέγειν αὐτὸν ταῦτα, ἐπάρασά τις γυνὴ φωνὴν ἐκ τοῦ ὄχλου, εἶπεν αὐτῷ, μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ, οὓς ἐθήλασας. αὐτὸς δὲ εἶπε, μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν.

DE MARTYRIBVS.

Propositum.

Sonus 4. Sanctis qui sunt in terra mirificauit.

Versus: Præuidebam Dominum semper in conspectu tuo.

Lectio Pauli, ex Epistola ad Ephesios.

C

Ephes. 6. Fratres confortamini in Domino & in potentia virtutis eius. Induite armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principatus & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum sæculi huius, aduersus spiritualia nequitiæ in supercœlestibus. Propterea assumite armaturam Dei, vt possitis resistere in die mala, & omnia conficientes stare. State igitur succincti D lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo poteritis omnia tela maligni ignita extinguere; & galeam salutis accipite; & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Alleluia.

Sonus 2. Versus. Iustus vt palma florebit.
Vel, Expectans expectaui Dominum.

Euangelium secundùm Ioannem.

Ioan. 15. Dixit Dominus suis discipulis. Hæc E mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odio habuerit, scitote, quia me ante vos odio habuit. Si ex hoc mundo essetis, mundus, quod suum esset, diligeret. Quoniam autem non estis de hoc mundo, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote verbi mei, quod ego dixi vobis, Non est seruus maior Domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Si verbum meum seruauerunt, etiam vestrum seruabunt. Sed hæc omnia

ΕΙΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ.

Προκείμενον. ἦχος. δ΄.

Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ ἐθαυμά.

Στίχος. Προωρώμην τὸν κύριον μου ἐνώπιόν μου διὰ παντός.

Πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολῆς Παύλου τὸ ἀνάγνωσμα.

Ἀδελφοὶ ἐνδυναμοῦσθε ἐν κυρίῳ καὶ ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. ἐνδύσασθε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὸ δύνασθαι ὑμᾶς στῆναι πρὸς τὰς μεθοδίας τοῦ διαβόλου, ὅτι οὐκ ἔστιν ὑμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχάς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους, τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. διὰ τοῦτο ἀναλάβετε τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ, ἵνα δυνηθῆτε ἀντιστῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ πονηρᾷ, καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι, στῆναι. στῆτε οὖν περιζωσάμενοι τὴν ὀσφὺν ὑμῶν, ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, ἐπὶ πᾶσιν ἀναλαβόντες τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, ἐν ᾧ δυνήσεσθε πάντα τὰ βέλη τοῦ πονηροῦ τὰ πεπυρωμένα σβέσαι· καὶ τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου δέξασθε, καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ. ἀλληλούϊα.

Ἦχος. β΄. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει.

Ἤ, Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν κύριον.

Εὐαγγέλιον ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννου.

Εἶπεν ὁ κύριος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. εἰ ὁ κόσμος ὑμᾶς μισεῖ, γινώσκετε ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μεμίσηκεν. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου ἦτε, ὁ κόσμος ἂν τὸ ἴδιον ἐφίλει. ὅτι δὲ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ ἐστὲ, ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐξελεξάμην ὑμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, διὰ τοῦτο μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος. μνημονεύετε τοῦ λόγου μου, οὗ ἐγὼ εἶπον ὑμῖν, οὐκ ἔστι δοῦλος μείζων τοῦ κυρίου αὐτοῦ. εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, ὑμᾶς διώξουσιν· εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν. ἀλλὰ ταῦτα πάντα

ποιήσουσιν ὑμῖν διὰ τὸ ὄνομά μου, ὅτι οὐκ οἴδασι τὸν πέμψαντά με. εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. ὁ ἐμὲ μισῶν καὶ τὸν πατέρα μου μισεῖ. εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ ἑωράκασι, καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου· ἀλλ᾽ ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν, ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν.

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν, οἱ μακαρισμοί. Ἦχος πρῶτος.

Διὰ βρώσεως ἐξήγαγε τοῦ παραδείσου ὁ ἐχθρὸς τὸν Ἀδάμ. διὰ σταυροῦ δὲ τὸν λῃστὴν ἀντεισήγαγε Χριστὸς ἐν αὐτῷ, μνήσθητί μου, κράζοντα, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἐσταυρώθης ἀναμάρτητε, καὶ ἐν μνημείῳ κατετέθης ἑκών, ἀλλ᾽ ἐξανέστης ὡς Θεὸς συνεγείρας τοὺς προπάτορας, μνήσθητί μου, κράζοντας, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Προσκυνῶ σου τὰ παθήματα, δοξολογῶ καὶ τὴν ἀνάστασιν, σὺν τῷ Ἀδὰμ καὶ τῷ λῃστῇ μετὰ φωνῆς ἀναβοῶ σοι λαμπρᾶς, μνήσθητί μου Κύριε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Τὸν ναὸν σωτὴρ τοῦ σώματος, τῇ τριημέρῳ ἀναστήσας ταφῇ σὺν τῷ Ἀδὰμ τοὺς ἐξ Ἀδὰμ συνανέστησας Χριστὸς ὁ Θεός, μνήσθητί μου κράζοντας, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Μυροφόροι ἦλθον κλαίουσαι ἐπὶ τὸ μνῆμά σου, Χριστὸς ὁ Θεός, λίαν πρωῒ καὶ ἐν λευκοῖς, εὗρον ἄγγελον καθήμενον, τί ζητεῖτε λέγοντα, ἐξανέστη Χριστός, μὴ θρηνεῖτε λοιπόν.

Οἱ ἀπόστολοί σου Κύριε ἐπὶ τὸ ὄρος οὗ ἐτάξω αὐτοῖς, παραγενόμενοι σωτήρ, σε ἰδόντες, προσεκύνησαν, οὓς ἐξαπέστειλας εἰς τὰ ἔθνη, βαπτίζειν διδάξας αὐτούς.

Τριαδικόν.

Τὸν πατέρα προσκυνήσωμεν, καὶ τὸν υἱὸν δοξολογήσωμεν, καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον πιστοὶ πάθυμα πάντες ἀνυμνήσωμεν, κράζοντες καὶ λέγοντες, παναγία τριὰς σῶσον πάντας ἡμᾶς.

Θεοτοκίον.

Τὴν μητέρα σου προσάγει σοι εἰς ἱκεσίαν ὁ λαός σου Χριστὲ τῇ παρακλήσει αὐτῆς, τοὺς οἰκτιρμούς σου ἡμῖν δώρησαι, ἵνα σε δοξάζωμεν τὸν ἐκ τάφου ἡμῖν ἀνατείλαντα.

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν, οἱ μακαρισμοί.

Ἦχος δεύτερος.

Μνήσθητι εὔσπλαγχνε καὶ ἡμῶν, ὥσπερ ἐμνημόνευσας τοῦ λῃστοῦ, ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Ἀδὰμ ᾐχμαλωτευμένους τῷ σταυρῷ, ζωὴν ἐδωρήσω τοῖς θνητοῖς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Ξύλον πρὶν ἐξήγαγε τὸν Ἀδάμ, σταυρὸς ἀντεισήγαγε τὸν λῃστὴν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

A facient vobis propter nomen meum; quia non cognouerunt eum qui misit me. Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem prætextum non habent de peccato suo. Qui me odit, etiam Patrem meum odit. Si opera non fecissem in ipsis, quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & odio habuerunt & me & Patrem meum; sed vt impleatur sermo qui dictus est in lege ipsorum; Quia odio habuerunt me gratis. *Psalm. 34.*

DOMINICA AD MISSAM,

B *Beatitudines. Sonus 1.*

Per esum eduxit è paradiso inimicus Adamum: Per crucem autem vicissim, in ipsum Latronem Christus introduxit, Memor esto mei, vociferantem, quando veneris in regnum tuum. Crucifixus fuisti peccati expers; & in monumento volens positus Sed surrexisti vt Deus, simul excitasti antiquos patres, Recordare mei, vociferantes, quando veneris in regnum tuum.

Adoro tuas passiones; glorifico etiam tuam resurrectionem, cum Adam & Latrone; cum voce ad te clamo clara: Me-
C mento mei Domine, quando veneris in regnum tuum.

Templum (Saluator) corporis; post triduanam exsuscitans sepulturam, cum Adam, ortos ex Adam, simul suscitasti Christe Deus, Memento mei, clamantes, quando veneris in regnum tuum.

Vnguentiferæ venerunt lacrymantes ad monumentum tuum, Christe Deus, valde mane, & in albis inuenerunt Angelum sedentem, quid quæritis? dicentem: Resurre-
D xit Christus, ne ploretis deinceps.

Apostoli tui, Domine, ad montem quem eis constitueras, accedentes (Saluator) te visum adorarunt: quos & misisti ad gentes, baptizare docens eos.

Versus de Trinitate.

Patrem adoremus, & Filium glorificemus, & sanctum Spiritum Fideles omnes celebremus: clamantes & dicentes, sancta Trinitas salua nos omnes.

Versus de Deipara.

Matrem tuam adducit tibi in supplicatio- *Virginis Dei-*
E nem populus tuus Christe, intercessioni- *paræ inuocatio*
bus ipsius miserationes tuas nobis tribue. Vt *& intercessio.*
te glorificemus qui è sepulchro nobis effulsisti.

DOMINICA AD MISSAM,

Beatitudines. Sonus 2.

Recordare misericors, etiam nostri, quemadmodum Latronis in regno cœlorum.

Infernum captiuum reddidisti cruce; vitam autem largitus es mortalibus, & regnum cœlorum.

Lignũ anteà exegit Adamũ, crux contrà, introduxit Latronem in regnum cœlorum.

Sepulchrum suscepit te Christe, qui sepulchra inaniuisti, & mortalibus vitam dedisti, vt Deus.

Apostolorum Inuocatio.

Resurrexisti triduanus à mortuis, & apparuisti vndecim discipulis, Saluator in monte Oliuarum.

Apostoli gloriosi, Christi remissionem poscite Fidelibus, & regnum cœlorum.

Versus de Trinitate.

Patrem glorificemus & Filium & Spiritum sanctum, Fideles, tribus in personis vnum Deum.

Versus de Deipara.

Omnes celebramus te pura. Nam sine semine peperisti in carne Deum regem cœlorum.

DOMINICA AD MISSAM, Beatitudines. Sonus 4.

Negligentem, Christe, mandatum tuum, primum patrem Adam paradiso exterminasti. At Latronem qui te confitebatur in Cruce, in ipso collocasti, ô misericors, clamantem, Memento mei Saluator in regno tuo.

Crucis arma valida contra dæmones.

In monte, Moses, manus explicans præfigurabat Crucem, Amalec in fugam vertens. Nos autem Fideles hæc contra dæmones arma valida capientes, fide clamamus, Memento etiam nostri in regno tuo.

Resurgens à mortuis, simul exsuscitasti nos à passionibus, resurrectione tua Domine: mortis autem vniuersum principatum perdidisti Christe, propterea fide clamamus, Memento etiam nostri in regno tuo.

Peccantes nos, mortis damnasti execratione, vitæ largitor Deus noster. In corpore autem tuo citra culpam patiens, Domine, mortales viuificasti clamantes, Recordare etiam nostri in regno tuo.

Vrnam Spiritus auream, Manna habentem, interpretes tuos Christe, Apostolos effecisti, per ipsos alens cœlesti pane verè, populum tuum fide clamantem tibi, memento mei Saluator, in regno tuo.

Cum Cruce, sepulturam & sanctam resurrectionem tuam, Saluator, adorantes glorificamus: qui propter nos voluntariè omnia pati voluisti, Deus in carne, & mundum saluasti à maligni seruitute, atque inferni corruptione.

Vnguentum ferentibus mulieribus primis apparuisti, resurgens à mortuis Saluator, vociferatus; Auete: ac per eas, inimicis tuam significasti excitationem Christe. Propterea fide clamamus, memento etiam nostri in regno tuo.

Versus de Virgine.

Daniel. 2.

Aue porta Dei, per quam transit incarnatus Conditor, signatam seruans te. Aue nubes leuis, imbrem Christum ferens. Aue scala & porta cœli. Aue mons Dei, reuera non sectus manibus.

A Τάφος ὑπεδέξατό σε Χριστὲ τοὺς τάφους κενώσαντα, καὶ νεκροῖς ζωὴν δωρησάμενον ὡς Θεόν.

Ἀνέστης τριήμερος ἐκ νεκρῶν, καὶ ὤφθης τοῖς ἕνδεκα μαθηταῖς, σωτὴρ ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν.

Ἀπόστολοι ἔνδοξοι τοῦ Χριστοῦ ἄφεσιν αἰτήσασθε τοῖς πιστοῖς, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

Τριαδικόν.

Πατέρα δοξάσωμεν καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἱ πιστοὶ, τριὰν ἐν προσώποις ἕνα Θεόν.

Θεοτόκιον.

B Πάντες μακαρίζομέν σε ἁγνή. ἀσπόρως γὰρ ἔτεκες ἐν σαρκὶ Θεὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν.

ΤΗ ΚΥΡΙΑΚΗ ΕΙΣ ΤΗΝ ΛΕΙτουργίαν, οἱ μακαρισμοί. Ἦχος γ΄.

Ἀθετήσαντα, Χριστὲ, τὴν ἐντολήν σου τὸν προπάτορα Ἀδὰμ τοῦ παραδείσου ἐξώρισας, τὸν δὲ λῃστὴν οἰκτίρμων ὁμολογήσαντά σε ἐν σταυρῷ ἐν αὐτῷ εἰσῴκισας κράζοντα, μνήσθητί μου σῶτερ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἐν τῷ ὄρει Μωσῆς, χεῖρας ἁπλώσας προέτυπου τὸν σταυρὸν, τὸν Ἀμαλὴκ τροπωσάμενος, ἡμεῖς δὲ οἱ πιστοὶ τοῦτον κατὰ δαιμόνων ὅπλον κραταιὸν εἰληφότες πίστει C κραυγάζομεν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, συνεξανέστησας ἡμᾶς ἐκ τῶν παθῶν τῇ ἀναστάσει σου Κύριε, τοῦ δὲ θανάτου πᾶσαν τὴν δυναστείαν ὤλεσας Χριστὲ, διὰ τοῦτο πίστει κραυγάζομεν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἁμαρτήσαντας ἡμᾶς, τῇ τοῦ θανάτου κατεδίκασας ἀρᾷ ὁ ζωοδότης Θεὸς ἡμῶν, ἐν δὲ τῷ σώματί σου, ἀναμαρτήτως Κύριε παθὼν, τοὺς θνητοὺς ἐζώωσας κράζοντας, μνήσθητι καὶ ἡμῶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Στάμνον τοῦ πνεύματος χρυσῆν, τὸ μάννα ἔχουσαν τοὺς λόγιους σου Χριστὲ, τοὺς ἀποστόλους ἀνέδειξας, καὶ δι᾽ D αὐτῶν ἐκτρέφεις τῷ οὐρανίῳ ἄρτῳ ἀληθῶς, τὸν λαόν σου πίστει βοῶντά σοι, μνήσθητί μου σῶτερ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Σὺν τῷ σταυρῷ τε τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ἁγίαν σου ἀνάστασιν σῶτερ προσκυνοῦντες δοξάζομεν, τὸν δι᾽ ἡμᾶς βουληθέντα, πάντα παθεῖν θελήσαντα Θεὸν ἐν σαρκὶ, καὶ κόσμον ῥυσάμενον δουλείας τοῦ πονηροῦ καὶ τῆς τοῦ ᾅδου φθορᾶς.

Ταῖς μυροφόροις γυναιξὶ, πρώταις ἐφάνης ἀναF στὰς ἐκ τῶν νεκρῶν σῶτερ, βοήσας τὸ, χαίρετε· καὶ δι᾽ αὐτῶν τοῖς φίλοις τὴν σὴν μηνύσας ἔγερσιν Χριστέ. Διὰ τοῦτο πίστει κράζομεν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Θεοτόκιον.

Χαῖρε ἡ πύλη τοῦ Θεοῦ, δι᾽ ἧς διῆλθε σαρκωθεὶς ὁ πλαστουργὸς, ἐσφραγισμένην φυλάξας σε. χαῖρε νεφέλη κούφη, τὸν ὄμβρον φέρουσα Χριστόν. χαῖρε κλίμαξ, καὶ πύλη οὐράνιος. χαῖρε ὄρος Θεοῦ, ὄντως ἀλατόμητον.

DOMI-

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν οἱ μακαρισμοί. A

Ἦχος τέταρτος.

Διὰ ξύλου ὁ Ἀδάμ, παραδείσου γέγονεν ἄποικος, διὰ ξύλου τοῦ σταυροῦ δὲ ὁ λῃστὴς παράδεισον ᾤκησεν. ὁ μὲν γὰρ γευσάμενος ἐντολὴν ἠθέτησε τοῦ ποιήσαντος· ὁ δὲ συσταυρούμενος, Θεὸν ὡμολόγησε τὸν κρυπτόμενον, μνήσθητί μου, βοῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ σταυρῷ καὶ τοῦ θανάτου λύσας τὴν δύναμιν, καὶ ἐξαλείψας ἀληθῶς τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, δέσποτα, λῃστοῦ τὴν μετάνοιαν, καὶ ἡμῖν παράσχου μόνε φιλάνθρωπε, τοῖς πίστει βοῶσί σοι, Χριστὲ πολυέλεε, ὁ Θεὸς ἡμῶν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. B

Τὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ τὸ τοῦ ᾅδου κράτος σκυλεύσαντα, καὶ ὀφθέντα γυναιξὶ μυροφόροις, καὶ λέγοντα, χαίρετε, πιστοὶ δυσωπήσωμεν, ἐκ φθορᾶς λυτρώσασθαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν, κραυγάζοντες πάντοτε, λῃστοῦ τοῦ εὐγνώμονος τὴν φωνὴν πρὸς αὐτόν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

[Τὸν σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, ἐν διανοίᾳ πάντες κατέχοντες, τὰς τοῦ βίου ἡδονὰς ἀπονεκρῶσαι πάντες σπουδάσωμεν, ναοὺς τὰς ψυχὰς ἡμῶν, τοῦ παναγίου πνεύματος καθαρίζοντες, φωνὴν ἀναπέμποντες, λῃστοῦ τοῦ εὐγνώμονος τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.] C

Ἐπὶ τὸ μνῆμά σου Χριστὲ αἱ μυροφόροι ἦλθον μυρίσαι σε, καὶ μὴ εὑροῦσαι ἀγαθέ, τὸ ζωηφόρον ἄχραντον σῶμά σου, ἠπόρουν ἐν δάκρυσιν, ὀδυρόμεναι Κύριε, καὶ ζητοῦσαί σε, εὑροῦσαι δὲ δέσποτά σε τὸν παθούμενον ἀνεβόων σοι, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Δι' ἡμᾶς ἀπαθής, παθητὸς ἐγένου ὡς ἄνθρωπος, ἑκουσίως δὲ ἐν σταυρῷ προσηλωθείς, ἡμᾶς συνήγειρας. διὸ προσκυνοῦμεν σοῦ σὺν τῷ σταυρῷ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν, δι' ὧν καὶ σωζόμενοι ἀνακράζομεν, μνήσθητι καὶ ἡμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. D

Τριαδικόν.

Τὸν πατέρα καὶ υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα πάντες τὸ ἅγιον ὁμοφρόνως οἱ πιστοὶ δοξολογεῖν ἀξίως εὐξώμεθα, μονάδα θεότητος, ἐν τρισὶ ταῖς ὑπαρχούσαις ὑποστάσεσι, ἀσύγχυτον μένουσαν, ἁπλῆν, ἀδιαίρετον, καὶ ἀπρόσιτον, δι' ἧς λυτρούμεθα τοῦ πυρὸς τῆς κολάσεως.

Θεοτοκίον.

Τὴν μητέρα σου Χριστέ, τὴν ἐν σαρκὶ ἀσπόρως τεκοῦσάν σε, τὴν καὶ παρθένον ἀληθῶς καὶ μετὰ τόκον, μείνασαν ἄφθορον, αὐτήν σοι προσάγομεν εἰς πρεσβείαν δέσποτα πολυέλεε, πταισμάτων συγχώρησιν, δωρήσασθαι ἅπασι τοῖς βοῶσιν αὐτῇ. χαίροις οὖν ἀληθῶς θησαυρὲ τῆς ζωῆς. E

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν οἱ μακαρισμοί.

Ἦχος πλαγίου. α'.

Ὁ λῃστὴς ἐν τῷ σταυρῷ, Θεὸν εἶναί σε πιστεύσας Χριστέ, ὡμολόγησεν εἰλικρινῶς ἐκ καρδίας, μνήσθητί μου, βοῶν, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

DOMINICA AD MISSAM,
Beatitudines. Sonus quartus.

Per lignum, Adam, à paradiso factus est exul: per lignum Crucis, Latro paradisum incoluit. Nam qui gustauit vetitum lignum, mandatum Conditoris neglexit: at cum Christo crucifixus, Deum confessus est latentem, Memento mei, clamans in regno tuo.

Exaltatus in Cruce, & mortis soluens potentiam, & verè delens contra nos chirographum, Domine; Latronis pœnitentiam etiam nobis præbe solus misericors, qui fide clamamus tibi, Christe, multæ miserationis Deus noster: Memento etiam nostri in regno tuo.

Eum qui resurrexit à mortuis, & inferni potentiam spoliauit, & apparuit mulieribus, obsecremus, vt de corruptione liberet animas nostras, perpetuò clamantes, Latronis beneuoli vocem ad Christum Dominum. Memento etiam nostri in regno tuo.

Ad monumentum tuum, Christe, vnguentiferæ venerunt vt te vngerent: nec inuenientes, ô bone, vitam afferens immaculatum tuum corpus: hæsitabant cum lacrymis, gementes (Domine) & quærentes te. Vbi autem inuenerunt te, Domine, te desideratum, acclamabant tibi: Memento etiam nostri in regno tuo.

Propter nos, impatibilis, patibilis factus es vt homo; libenter autem in Cruce clauis affixus, nos simul suscitasti: proinde adoramus tuam cum Cruce passionem & resurrectionem, per quæ instaurati sumus, per quæ & saluati, clamamus: Memento etiam nostri in regno tuo.

Versus de Trinitate.

Vt Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vno animo omnes Fideles, glorificemus dignè, obsecremus Vnitatem diuinitatis in tribus subsistentem hypostasibus, inconfusam manentem, simplicem, indiuiduam, & inaccessam, per quam redimimur à supplicij igne.

Versus de Deipara.

Matrem tuam, Christe, quæ te in carne, sine semine peperit; quæ & virgo verè, etiam post partum mansit, incorrupta, tibi adducimus in intercessionem, Domine misericordissime, lapsuum veniam largire cunctis qui ei inclamant; Gaudeas igitur, verè thesaurus vitæ.

DOMINICA AD MISSAM,
Beatitudines. Sonus obliqui 1.

Latro in Cruce, te Deum esse credens, Christe, te est confessus sincerè ex corde, Memento mei, clamans, in regno tuo.

Eum qui in ligno Crucis, vita floruit nostro generi, & tabefecit ortam ex ligno exe- A
crationem; vt Saluatorem & Conditorem communi consensu celebremus.

Morte tua Christe, mortis soluisti potentiam, simulque suscitasti ab æuo mortuos te celebrantes Deum verum & Saluatorem nostrum.

Ad tuum monumentum Christe, accedentes mulieres illustres quærebant, vt te vitæ datorem vngerent. Apparuit autem ipsis Angelus clamans, surrexit Dominus.

Crucifixo te, Christe, in medio duorum sontium latronum, vnus blasphemans, meritò damnatus est; Alter te confitens, para- B
disum inhabitauit.

Vniuersam repleuit terram, Apostolorum tuorum sonus, Christe, & imminuit impietatis noctem, infundens cunctis Fidelibus lumen notitiæ.

Apostolorum choro euangelizant mulieres illustres, vociferantes, Christus resurrexit, vt Dominus & opifex; ipsum adoremus.

Versus de Trinitate, siue, Triadicon. C

Trinitas indiuisa vnitas, omnium opifex & omnipotens, Pater, Filius & Spiritus sanctus, tu Deus & lumen, téque celebrans adoro.

Versus de Deipara: siue Theotocion.

Qui consecuti sumus gaudium in tuo conceptu, ô planè immaculata; salutamus te, cum Angelo clamantes: Aue Mater Emmanuelis Dei & Saluatoris nostri.

Dominica ad Missam; Beatitudines:

Sonus obliqui 2.

Memor esto mei, Deus Saluator meus, D
quando veneris in regnum tuum, & salua me velut solus clemens.

Per lignum, Adam deceptum; per lignum Crucis rursum saluasti Latronem clamantem, Memor esto mei Saluator in regno tuo.

Inferni portas & vectes contriuisti Christe, suscitasti omnes Saluator clamantes, Gloria exurrectioni tuæ.

Memor esto mei, qui infernum spoliasti sepultura tua, & qui resurrectione tua, gaudio cuncta repleuisti, velut misericors.

Vnguentiferæ ad monumentum venientes, Angelum clamantem audiebant: Chri- E
stus resurrexit, illuminans omnia.

Clauis in Crucis ligno cõfixum Christum, qui mundum ab errore liberauit, communibus vocibus omnes celebremus.

Triadicon.

Patrem & Filium glorificemus, & Spiritum sanctum, dicentes: sancta Trinitas, animas nostras salua.

Theotocion, siue versus de Deipara.

Quæ ineffabiliter in extremis concepisti & peperisti tuum conditorem proprium, Virgo, te magnificantes serua.

Τὸν ἐν ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ζωὴν ἀνθήσαντα τῷ γένει ἡμῶν, καὶ ξηράναντα τὴν ἐκ τοῦ ξύλου κατάραν, ὡς σωτῆρα καὶ δημιουργὸν, συμφώνως ὑμνήσωμεν.

Τῷ θανάτῳ σου Χριστὲ, θανάτου ἔλυσας τὴν δύναμιν, καὶ συνήγειρας τοὺς ἀπ' αἰῶνος θανόντας, σὲ ὑμνοῦντας τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ σωτῆρα ἡμῶν.

Ἐπὶ τὸ μνῆμά σου Χριστὲ παραγινόμεναι γυναῖκες σεμναὶ, ἐπεζήτουν σε τὸν ζωοδότην μυρίσαι· ὤφθη δὲ αὐταῖς ἄγγελος βοῶν, ἀνέστη ὁ κύριος.

Σταυρουμένου σου Χριστὲ, ἐν μέσῳ δύο κακοδίκων λῃστῶν, ὁ μὲν εἷς βλασφημήσας, κατεκρίθη δικαίως, ὁ δὲ ἄλλος σε ὁμολογῶν, παράδεισον ᾤκησε.

Πᾶσαν ἐπλήρωσε τὴν γῆν, τῶν ἀποστόλων σου ὁ φθόγγος, Χριστὲ, καὶ ἐμείωσε τῆς ἀσεβείας τὴν νύκτα, καταυγάσας πᾶσι τοῖς πιστοῖς, τὸ φῶς τὸ τῆς γνώσεως.

Τῶν ἀποστόλων τὸν χορὸν εὐαγγελίζονται γυναῖκες σεμναὶ ἐκβοῶσαι, ὁ Χριστὸς ἀνέστη ὡς δεσπότης καὶ δημιουργὸς, αὐτὸν προσκυνήσωμεν.

Τριαδικόν.

Τριὰς ἀμέριστε μονὰς, ἡ παντουργὸς καὶ παντοδύναμος, ὁ πατὴρ, ὁ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, σὺ Θεός μου, καὶ φῶς, καί σε ἀνυμνῶν προσκυνῶ.

Θεοτόκιον.

Οἱ κληρωσάμενοι χαρὰν ἐν τῇ κυήσει σου πανάχραντε, χαιρετίζομέν σε σὺν τῷ ἀγγέλῳ βοῶντες. χαῖρε μήτηρ τοῦ Ἐμμανουὴλ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν.

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν οἱ μακαρισμοί.

Ἦχος πλαγίου β'.

Μνήσθητί μου ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, καὶ σῶσόν με ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

Διὰ ξύλου τὸν Ἀδὰμ ἀπατηθέντα, διὰ ξύλου σταυροῦ πάλιν ἔσωσας λῃστὴν, βοῶντα, μνήσθητί μου σωτὴρ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἅδου πύλας καὶ μοχλοὺς συντρίψας Χριστὲ, ἀνέστησας ἅπαντας σωτὴρ βοῶντας, δόξα τῇ ἐγέρσει σου.

Μνήσθητί μου, ὁ τὸν ᾅδην σκυλεύσας τῇ ταφῇ σου, καὶ τῇ ἀναστάσει σου, χαρᾶς τὰ πάντα πληρώσας ὡς εὔσπλαγχνος.

Μυροφόροι ἐν τῷ μνήματι ἐλθοῦσαι, τοῦ ἀγγέλου κραυγάζοντος ἤκουον, Χριστὸς ἀνέστη, φωτίσας, τὰ σύμπαντα.

Τὸν ἐν ξύλῳ τοῦ σταυροῦ προσηλωθέντα καὶ τὸν κόσμον ἐκ πλάνης ῥυσάμενον, συμφώνως πάντες Χριστὸν ἀνυμνήσωμεν.

Τριαδικόν.

Τὸν πατέρα καὶ υἱὸν δοξολογοῦμεν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, λέγοντες, τριὰς ἁγία σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Θεοτόκιον.

Ἡ ἀρρήτως ἐπ' ἐσχάτων συλλαβοῦσα, καὶ τεκοῦσα τὸν κτίστην τὸν ἴδιον, παρθένε σῶζε τοὺς σε μεγαλύνοντας.

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν οἱ μακαρισμοί.

Ἦχος βαρύς.

Ὡραῖος ἦν καὶ καλὸς εἰς βρῶσιν, ὁ ἐμὲ θανατώσας καρπός. Χριστός ἐστι τὸ ξύλον τὸ τῆς ζωῆς, ἐξ οὗ φαγὼν οὐ θνήσκω, ἀλλ' ἐκβοῶ σὺν τῷ λῃστῇ, μνήσθητί μου Κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἐν τῷ σταυρῷ ὑψωθεὶς οἰκτίρμον, τὸ Ἀδὰμ τὸ χειρόγραφον τῆς πάλαι ἁμαρτίας ἐξήλειψας, καὶ ἔσωσας ἐκ πλάνης ἅπαν τὸ γένος τῶν βροτῶν, ὅθεν ἀνυμνοῦμέν σε, εὐεργέτα Κύριε.

Προσήλωσας ἐν σταυρῷ οἰκτίρμον, τὰς ἡμῶν ἁμαρτίας σωτὴρ, καὶ διὰ τοῦ θανάτου τὸν θάνατον ἐνέκρωσας, ἐγείρας τοὺς τεθνεῶτας ἐκ νεκρῶν, ὅθεν προσκυνοῦμέν σου τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν.

Ἐξέχεε τὸν ἰὸν ὁ ὄφις, ἀκοαῖς ταῖς τῆς Εὔας ποτέ. Χριστὸς δὲ ἐν τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ ἐπήγασε τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς τὸν γλυκασμὸν; μνήσθητί μου κράζοντι ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Ἐν μνήματι ὡς θνητὸς ἐτέθης, ἡ ζωὴ τῶν ἁπάντων Χριστὲ, καὶ πύλας τοῦ θανάτου συνέτριψας, ἐξαναστὰς τοῦ ᾅδου τριήμερος ὡς δυνατὸς, καὶ πάντας ἐφώτισας σε ὑμνοῦντας δόξα σοι.

Συνήγειρας ἐν τῇ σῇ ἐγέρσει τὸν Ἀδὰμ ζωοδότα Χριστὲ, τὴν πάλαι ἀφθαρσίαν δωρούμενος, τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ. διὸ βοῶ σὺν τῷ λῃστῇ, μνήσθητί μου Κύριε ἐν τῇ βασιλείᾳ σου.

Τριαδικόν.

Φῶς ὁ πατὴρ, φῶς ὁ υἱὸς ὁ λόγος, φῶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' ἓν φῶς, τὰ τρία. εἷς γὰρ Θεὸς ἐν τρισὶ μὲν προσώποις, μία δὲ φύσις καὶ ἀρχὴ ἄτμητος, ἀσύγχυτος μένων προαιώνιος.

Θεοτόκιον.

Ἐκύησας τὸν υἱὸν καὶ λόγον τοῦ πατρὸς ἐν σαρκὶ ἐπὶ γῆς, ὡς οἶδε, θεοτόκε, ὁ αὐτὸς διὸ παρθενομῆτερ οἱ θεωθέντες διὰ σοῦ, χαῖρέ σοι κραυγάζομεν, τῶν Χριστιανῶν ἡ ἐλπίς.

Τῇ κυριακῇ εἰς τὴν λειτουργίαν οἱ μακαρισμοί.

Ἦχος πλ. δ'.

Μνήσθητι ἡμῶν, Χριστὲ σωτὴρ τοῦ κόσμου, ὥσπερ τοῦ λῃστοῦ ἐμνήσθης ἐπὶ ξύλου, καὶ καταξίωσον πάντας μόνε οἰκτίρμον, τῆς οὐρανίου βασιλείας σου.

Ξύλῳ ἐμπαγεὶς σωτὴρ ἡμῶν, βουλήσει, ξύλου τὸν Ἀδὰμ κατάρας ἐλυτρώσω, ἀποδιδοὺς ὡς οἰκτίρμων, τὸ κατ' εἰκόνα, καὶ παραδείσου τὴν κατοίκησιν.

Ἄκουε Ἀδὰμ, καὶ χαῖρε σὺν τῇ Εὔᾳ, ὅτι ὁ γυμνώσας πρὶν τοὺς ἀμφοτέρους, καὶ δι' ἀπάτης λαβὼν ἡμᾶς αἰχμαλώτους ἐν τῷ σταυρῷ Χριστοῦ κατήργηται.

Ξύλῳ ὁ Ἀδὰμ ὠλίσθησε τὸ πρῶτον, ξύλῳ ὁ λῃστὴς τὸ δεύτερον ἐσώθη, καὶ τῆς ἀρχαίας διαίτης τοῦ παραδείσου, ἀπολαμβάνει τὸ ἀξίωμα.

A *DOMINICA AD MISSAM,*

Beatitudines. Sonus grauis.

Formosus & pulcher erat ad edendum, qui me occidit, fructus. Christus est lignum vitæ, quo vescens, non morior: sed clamo cum Latrone; Memor esto mei Domine, in regno tuo.

In cruce exaltatus, misericors, Adami chirographum veteris peccati, deleuisti, & saluasti ab errore vniuersum hominum genus: vnde celebramus te, benefice Domine.

B Clauis confixisti in cruce, misericors, nostra peccata Saluator, ac morte mortem interfecisti, excitans mortuos è mortuis. Vnde tuam gloriosam adoramus resurrectionem.

Effudit venenum, Serpens, auribus Euæ, olim: Christus autem in ligno crucis effudit mundo dulcedinem, qui clamat, Memor esto mei, in regno tuo.

In monumento, vt mortalis, positus fuisti, vita omnium Christe, & portas mortis contriuisti: exurgens ex inferis, triduanus, vt potens: ac omnes illuminasti, te celebran-
C tes: Gloria tibi.

Simul excitasti in tua exurrectione Adamum, vitæ dator Christe, antiquam incorruptibilitatem largiens, quæ erat in paradiso. Proinde clamo cum latrone, Memor esto mei, Domine, in regno tuo.

Versus de Trinitate.

Lumen, Pater; lumen Filius Verbum; lumen Spiritus sanctus: sed vnum lumen, tria. Vnus enim Deus in tribus personis, vna natura, & principium insecabile, inconfusum, sæculis antiquis manens.

Versus de Deipara.

D Peperisti Filium & Verbum Patris, in carne super terram, vt nouit, ô Dei genitrix, ipse. Proinde Virgo Mater per te deificati; Aue tibi, Christianorum spes; clamitamus. *Virgo Deipara, spes Christianorum.*

DOMINICA AD MISSAM,

Beatitudines. Sonus obliqui 4.

Memor esto nostri, Christe Saluator mundi: quemadmodum memor fuisti latronis super ligno: & dignos fac nos, ô solus misericors, cœlesti regno tuo.

D Ligno affixus Saluator noster, liberè ligni execratione Adamum liberasti, reddens veluti misericors primam imaginem & paradisi habitaculum.

Audi Adam, & gaude cum Eua, quoniam qui vos ambos antè nudos fecit, & fallacia vos cœpit captiuos, in Cruce Christi destruitur.

Ligno Adam primùm cecidit, ligno latro secundò seruatus est, & antiquæ paradiso vitæ dignitatem assecutus est.

Abite festinanter, Angelus diuinis inquiebat mulieribus, verbi prædicatricibus: nuntiate his, quoniam resurrexit Christus, omnium resurrectio.

Vt in cœlo multitudo Angelorum; sic super terram hominum genus sanctam colit resurrectionem bonitatis tuæ, Domine.

Versus de Trinitate.

Expers principij Trinitas, indiuidua essentia, throni eiusdem vnitas, natura eiusdem honoris consors; principio superior gloria, & regnum, salua nos qui te fide canimus & celebramus.

Versus de Deipara.

Virgo Deipara. *Arca noui Testamenti.* Aue Dei amplissimum prædium: Aue Arca noui Testamenti. Aue vrna, è qua manna cœleste cunctis datum est mortalibus.

MODVLI, QVI PRO MORTVIS canuntur, ex horologio Græcorum.

Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas.

Sanctorum Chorus inuenit fontem vitæ & paradisi portam. Inueniam & ego viam illam per pœnitentiam. Ouis ego sum quæ periit, reuoca me Saluator & salua me.

Benedictus, &c.

Qui Agnum Dei prædicastis, & interfecti tanquam agni, & ad vitam senij expertem & perpetuam translati estis, hunc obnixè, ô martyres precamini, vt peccatorum remissionem nobis tribuat.

Benedictus, &c. Qui viam angustam perambulastis, afflictam, ô vos omnes qui in vita crucem velut iugum baiulastis, & me sequuti estis in fide; adeste, percipite quæ paraui vobis brauia & cœlestes coronas.

Benedictus, &c. Imago sum ineffabilis gloriæ tuæ, etsi stigmata fero lapsuum: Miserere tui operis, Domine, & purifica tua misericordia, expetitámque patriam præbe mihi, Paradisi rursum me ciuem efficiens.

Benedictus, &c. Qui olim de nihilo creasti me & tua diuina imagine honorasti, at propter transgressionem mandati tui me rursum expulisti in terram è qua fueram sumptus: ad tuam similitudinem reduc me, pristinam pulchritudinem restaurans.

Benedictus, &c. Requiem dona Deus seruis tuis, & colloca eos in paradiso, vbi sanctorum Chori, Domine, & iusti fulgent tanquam luminaria. Dormientibus seruis tuis requiem præsta, omnes ipsorum culpas dissimulans. Gloria.

Triadicum. Trinum fulgorem vnicæ deitatis piè celebremus, clamantes; Sanctus es ô Pater, principij expers; Fili simul principio carens, & diuine Spiritus: illumina nos, qui te fide colimus, & de igne æterno eripe.

A Ἄπιτε σπουδῇ, ὁ ἄγγελος ταῖς θείαις ἔφη γυναιξί, τοῖς κήρυξι τοῦ λόγου, διαγγείλατε τούτοις, ὅτι ἀνέστη Χριστός, ἡ πάντων ἐξανάστασις.

Ὡς ἐν οὐρανῷ τὰ πλήθη τῶν ἀγγέλων, οὕτως ἐπὶ γῆς, ὁ χορὸς τῶν ἀνθρώπων τὴν πανάγιαν ἀνάστασιν ἑορτάζει, τῆς ἀγαθότητός σου Κύριε.

Τριαδικόν.

Ἄναρχε τριάς, ἀμέριστε οὐσία, σύνθρονε μονάς, ὁμότιμε τῇ φύσει, ὑπεράρχιος δόξα καὶ βασιλεία, σῶζε τοὺς πίστει ἀνυμνοῦντάς σε.

B Θεοτοκίον.

Χαῖρε τοῦ Θεοῦ εὐρύχωρον χωρίον, χαῖρε κιβωτὲ τῆς νέας διαθήκης, χαῖρε ἡ στάμνος ἐξ ἧς τὸ μάννα ἐδόθη πᾶσι βροτοῖς τὸ ἐπουράνιον.

Τροπάρια νεκρώσιμα, ἐκ τοῦ Ὡρολογίου τῶν Ἑλλήνων.

Εὐλογητὸς εἶ Κύριε.

Τῶν ἁγίων ὁ χορὸς εὗρε πηγὴν τῆς ζωῆς, καὶ θύραν παραδείσου. εὕρω κἀγὼ τὴν ὁδὸν διὰ τῆς μετανοίας· τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον ἐγώ εἰμι, ἀνακάλεσαί
C με σωτὴρ, καὶ σῶσόν με.

Εὐλογητὸς εἶ Κύριε.

Οἱ τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ κηρύξαντες, καὶ σφαγιασθέντες ὥσπερ ἄρνες, καὶ πρὸς ζωὴν τὴν ἀγήρω ἅγιοι καὶ ἀΐδιον μεταστάντες, τοῦτον ἐκτενῶς μάρτυρες αἰτήσασθε ὀφλημάτων λύσιν ἡμῖν δωρήσασθαι.

Εὐλογητὸς εἶ Κύριε.

Οἱ τὴν ὁδὸν τὴν στενὴν βαδίσαντες τεθλιμμένην, πάντες οἱ ἐν βίῳ, οἱ τὸν σταυρὸν ὡς ζυγὸν ἀράμενοι, καὶ ἐμοὶ ἀκολουθήσαντες ἐν πίστει, δεῦτε ἀπολάβετε ἃ ἡτοίμασα ὑμῖν βραβεῖα, καὶ στέφη τὰ οὐράνια.

D Εὐλογητὸς εἶ Κύριε.

Εἰκών εἰμι τῆς ἀρρήτου δόξης σου, εἰ καὶ στίγματα φέρω πταισμάτων, οἰκτείρησον τὸ σὸν πλάσμα, δέσποτα, καὶ καθάρισον σῇ εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ τὴν ποθεινὴν πατρίδα παράσχου μοι, παραδείσου πάλιν ποιῶν πολίτην με.

Εὐλογητὸς εἶ Κύριε.

Ἀνάπαυσον ὁ Θεὸς τοὺς δούλους σου, καὶ κατάταξον αὐτοὺς ἐν παραδείσῳ, ὅπου χοροὶ τῶν ἁγίων, Κύριε,
E καὶ οἱ δίκαιοι ἐκλάμπουσιν ὡς φωστῆρες, τοὺς κεκοιμημένους δούλους σου ἀνάπαυσον, παρορῶν αὐτῶν πάντα τὰ ἐγκλήματα. Δόξα.

Τριαδικόν.

Τὸ τρίλαμπες τῆς μιᾶς θεότητος εὐσεβῶς ὑμνήσωμεν βοῶντες, ἅγιος ὁ πατὴρ ὁ ἄναρχος, ὁ συνάναρχος υἱὸς, καὶ θεῖον πνεῦμα φώτισον ἡμᾶς, πίστει σοι λατρεύοντας, καὶ τοῦ αἰωνίου πυρὸς ἐξάρπασον.

Καὶ νῦν, Θεοτόκιον.

Χαῖρε σεμνή, ἡ Θεὸν σαρκὶ τεκοῦσα εἰς πάντων σωτηρίαν, δι' ἧς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εὕρατο τὴν σωτηρίαν. Διὰ σοῦ γὰρ εὕρομεν τὸν παράδεισον, Θεοτόκε ἁγνὴ εὐλογημένη. Ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα, ἀλληλούϊα. δόξα σοι ὁ Θεός, ἐκ τρίτου.

Et nunc, Theotocium.

Aue honoranda quæ Deum peperisti ad omnium salutem, per quam hominum genus salutem reperit. Per te enim Dei genitrix pura, benedicta, paradisum inuenimus. Alleluia, Alleluia, Alleluia. Gloria tibi Deus. *ter.*

Canon supplex, qui de superis Potestatibus Angelisque, & omnibus sanctis canitur.

Ordine Alphabetico quem Latinè seruare non potuit idem Genebrardus interpres.

Oda 1. Sonus Plagij quarti: Aurigam Pharaonis.

Verbum principij expers, sacris Cherubim, Seraphim, Potestatum, Thronorum, diuinarum Virtutum, Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Dominationum precibus; diuites tuas miserationes nobis, vt clementissimus, tribue. β

Adiuua me, Domini præcursor, Christum obsecrans: Prophetarum multitudo, Apostolorum cœtus, Martyrum exercitus, vniuersorum Dominum flecite vt saluer ego plurimis irretitus peccatis. γ

Sanctæ mulieres quæ egregiè pugnauistis; pietatémque exercuistis; sacrorum Præsulum turba; Sancti & Iusti, honorandi, sacri Martyres, vt bona sempiterna consequamur, fide nos beantes, intercedite.

De Virgine. δ

Mentem meam, corporis voluptatibus mancipatam, Domina bonaque mater integram in libertatem asserе, & verissimum seruum Filij tui, bonis operibus me effice; vt te obnixiùs glorificem.

Oda 3. Qui firmasti principio.

Ab inimici scandalis Seraphim liberate me. Potestates, Cherubim, Dominationes, Principatus, Throni, Archangeli cũ vniuersis Angelis, supplices redemptorem obsecrate. ζ

Vitam eximiam Christum mihi semper, Præcursor impetra, cum Prophetis & choris Apostolorum, Præsulum sãctorum & sacrorum Martyrum per sanguinem consummatis.

Quam adeptæ estis voluptatem & perennem gloriam mulieres viriliter luctatæ, hoste præclaris exercitationibus superato, eius vt efficiamur participes, precamini.

Deo gratissima, pura & casta Virgo, cum supernis ordinibus, cum sapientibus omnibus Apostolis, Martyribus sacris atque Prophetis, supplica vt perfectam peccatorum remissionem consequamur.

Oda 4. Tu mihi Christe.

Vide Christe, nec me spernas, obsecro, omni peccatorum genere implicatum; sed supplicationibus tuorum Angelorum, Martyrum atque Apostolorum, miserere mei, salua me; tuique regni hæredem, vt misericordiæ plenus, effice.

Præco Christi, Præcursor, cordis mei extinctam lucernam nunc accende, qui iam lucerna spiritualis Solis nominatus es: ac cum Prophetis omnibúsque Sanctis, roga vt in ardenti pœnitentia vitam hanc temporariam transigam. λ

*Respondet hæc oda prosis Latinorum S. Ioannes Baptista, lucerna Solis spiritualis.

Accende mihi lumen pœnitentiæ, humanissime Iesu; sanctarum mulierum quæ te sanctissimè coluerunt, intercessionibus: Item Pontificum, Martyrum & Apostolorum tuorum; atque vt salutem consequamur, tribue. μ

Virgo sanctissima quæ sola immaculatum assumpto corpore peperisti; illum obsecra, vt in die illa terribili cunctos nos saluet, à supplicio liberet, æternam vitam atque lumen tribuat cum iis qui præclarè Deum coluerunt.

Oda 5. Vt quid me.

Spirituales Virtutes te nunc obsecrant, misericors Domine, Potestates, Throni, Seraphim, Dominationes, Angeli cum Archangelis & Principatibus; propitius esto populo tuo, & vt misericors, salua.

Qui mirabilem vitam, & à communi hominum more alienam egisti; alienum me fac ab omni supplicio, flecte humanissimum Dominum, comitatus Prophetis diuinis, Apostolis, Præsulibus, sanctisque Martyrum exercitibus.

Qui tuos sacros Præsules & Martyres illuminasti, Domine, qui venerabilium mulierum pietatem excolentium diuinum catalogum magnis affecisti præmiis: horum omnium precibus, mei miserere, qui infinita mea peccata nosti.

Virgo sanctissima quæ Verbum Dei sanctissimum enixa es, ab anima mea omnem expelle torporem & molestiam, meas cogitationes dirige, vt diuina præstem opera, vt fide & desiderio te glorificem.

Oda 6. Propitius esto mihi.

Vt liberer supplicio, apud inferos inflicto, Cherubim, Throni, Dominationes, Angeli, Archangeli, Principatus & Potestates, vniuersæ creaturæ Dominum precamini.

Cum Apostolorum Choris & Martyrum exercitibus; Præcursor Christi præco, vt nanciscamur in hora iudicij misericordiam, à Iesu humanissimo Deo nostro impetra.

Tecla prima princepsque mulierum quæ pugnarunt fortiter; ipsis comitata intercede, vt prauorum affectuum caligine & variis tentationibus liberemur.

Deo gratissima Domina, te Fideles celebramus. Nam Deum qui omnem celebrationem excedit, peperisti; à quo, precibus obtine immaculata, vt vrbem & populum suum in pace conseruet.

Oda 7. Dei condescensus.

Angeli materia expertes. Sancti Angeli, primi luminis secunda lumina, participatione materiæ experte, & beatissima decori excellitis: Itaque clamo, mentem meam illustrate perpetuò, obtenebratam vitæ affectibus.

** Respondet Pontificia Bulla in Cœna Domini, quæ similiter recitatur Sancta Hebdomade.* Beatus Apostolorum Chorus, cum diuino præcursore, itémque sacris & triumphantibus Prophetis, atque sanctis Pontificibus, precamini, vt humanissimus benedictus Deus noster, nostra omnium delicta despiciat.

Animæ meæ, Christe, labores eiice; eamque miserere sacrorum Martyrum, sacrorum Antistitum, & Sanctorum tuorum intercessionibus. Ne pudore afficias me quando tuo throno sistar, benedictus Deus Patrum nostrorum.

Vt Thronus igne rutilus, Regem creaturæ gestas. Eum Virgo obsecra, cum beatis & sanctis mulieribus, vt me regno suo dignum efficiat; qui tuum patrocinium fideliter cano & celebro.

Oda 8. Septuplum fornacem.

Cherubim, igneam habentes formam; Seraphim, multis insignes oculis, Throni, Potestates, Principatus. Angeli, omnes Archangeli & Dominationes sacræ, cum beato Præcursore, Prophetis, Apostolis, sanctis Præsulibus vniuersis iustis, orate vt nostri misereatur.

Præstate nobis auxilium, Petre, Paule, Iacobe, Bartholomee, Thoma, Philippe, Andrea, Marce, cum Luca. Amice Christi Ioannes, Simon & Iuda beatissime, Matthiáque maxime; qui errorum insultibus premimur & conturbamur.

Apostolorum inuocatio. Stephane, qui es solaribus fulgoribus fulgidior, Athletarum Christi primus; cum illis supplica, vt omnes nos illustremur, omnemq; peccati caliginem effugiamus, Domino clamantes: Sacerdotes benedicite, Laici superexaltate eum in cuncta sæcula.

Vestigia sequar, Virgo purissima, Sanctorum, qui vitam virtutibus excultam traduxerunt, effice: Hostes maledictione prosequens, qui me immaniter excruciant, & ad carnis prauos affectus assiduis turbis impellunt, vt lætus clamem: Populi superexaltate in cuncta sæcula.

Oda 9. Excessit super hoc.

Diuinæ Potestates & Cherubim, Seraphim, Dominationes, Angeli, Throni, Principatus, omnes etiam Virtutes gloriosissimæ, sacri item Archangeli, precem ad Deum fundite, vt probè viuamus, salutem consequamur, & à malis liberemur.

Cum vniuersis Prophetis, Prophetarum summe, Præcursor, nobis postula cuncta bona, qui malè affectibus afficimur, & assiduè praui (Satanæ) insultibus implicamur, vitæque illecebris; vt vos fide decoremus.

Duodenarius inclytus Apostolorum numerus, vniuersi Martyres, Sacerdotes, beati Prophetæ, Sancti & Iusti, quæque fortiter dimicastis mulieres; pro nobis precem, ad humanissimum Dominum fundite.

Bonitatis amantissima Virgo, bonum tuum Filium & Dominum obsecra, vt perpetuò fatigatam insultibus exitialis Draconis & infirmatam animam meam curet, saluet, & cunctis ascensionibus lumen afferentibus bene afficiat.

*CANON DE SANCTISSIMA VIRGINE *Domini Ioannis Monachi Zonaræ. Est autem poëma contra omnes propemodum hæreses. Eodem Genebrardo interprete. Sonus plagij quarti.*

Oda 1. Aurigam Pharaonis. Arrius.

Sanctissima quæ Deum peperisti, eiusdem cum patre naturæ vnigenitum verbum, coæuū, paris honoris, etiamsi insanus Arrius eum creaturam esse senserit à patris essentia alienam, illum, vt nos saluet, obsecra.

Sabellius.

Omnium regina tu suscepisti vtero vnam deitatis vnicæ hypostasim, verè trinā habentis subsistentiam, nempe filium: etiamsi Sabellius confusionem impiè excogitans, in vnam trium nominum personam improbè trinitatem contraxerit.

Macedonius.

Spiritum Dei increatum, qui te obumbrauit, immaculata Virgo, Verbo & Patri consubstantialem glorificamus, ab ipso procedentem. Macedonium omnino in suo delirio sinentes, qui eum creaturam opúsque Dei asserebat.

Apollinarius.

De cœlo descendens Dominus in tuum vterum virgo casta, & carnem assumens mentis participem atque animatam, nostram saluauit naturam. Pœnas autem luat amens ille Apollinarius, qui Domini animam sine mente creatam affirmabat.

Oda 3. cœlestis. Nestorius.

Ei, qui non te Dei genitricem profitetur, omnium regina Virgo, par sit cum Nestorio, qui quidem Christum tenuem prædicabat hominem, téque, qui Dei es genitrix, tantum Christi dicebat genitricem.

Marcion.

Qui è tuis sanguinibus carnem assumpsit, domina, libera voluntate, contra Marcionem impium tria principia insanè introducentem, ouile tuum fide ipse firmat & munit.

Ennomius.

Supplicationibus tuis virgo tuum ouile libera, è suppliciis æternis, quæ mollissimus Eunomius ad comminationem solo figmento conscripta esse delirabat.

Oda 4. Tu mei Christe. Eutyches.

Eutyches insanilem hæresim profundebat, in Christo post vnionem vnicam esse naturam, corpus videlicet, quod virgo Dominus assumpsit, vnius nobiscum essentiæ, nequaquam sentiens cum Seuero: quorum opinionem nos despuimus.

Manes

Manus tua, immaculate fili, me formauit, quæ & vniuersum mundum cōstituit, etsi iuxtasuum nomen furens Manes duo introducentprincipia, duósque docuerit Deos, vnum quidem bonum, alterum prauum, creaturas ipsi dispertiens.

Idem.

Iste miser, pura virgo, etiam corporationem filij tui in figura fuisse asseruit, nec veram eam arbitratus, passum fuisse opinione dumtaxat prodidit, impiè introducens diuinitatis vnicam in Christo naturam. Ab huius igitur mania & furore, fac liberemur.

Arrius.

Corpus Christi inanimatum affirmabat Arrius, quasi ipsi sola diuinitas sufficeret animæ locum, studens astutè humana Christi verba diuinitati accommodare, vt minorem patre filium, ô omnium regina, ostenderet.

Oda 5. Vt quid me, Origenes.

Cùm fontium pœnæ sint æternæ, ô virgo, iuua me. Neque enim Origenis opinionem, docentis terribilia inferni supplicia esse temporaria, suscipio.

Didymus, Euagrius.

Cum Didymo, rursum docet Euagrius animas extitisse ante corpora, hanc hauriens opinionem dissentaneam ex Origenis placitis. At nobis vera sententia immota cōstet & maneat, tuis intercessionibus, ô omnium Regina.

Idem.

Eorumdem est dogma, rursum etiam dæmones alteram cōditionem accepturos, & homines, qui nefanda commiserint, cum Angelis etiam completuros nouem ordines, vt insana opinione fabulantur.

Marcion.

Resurrectionem mortuorum impiè negabat Marcion. Baptisma verò triplex lapsis dispensabat. Nos autem vnū baptisma, & resurrectionem, Dei mater, docemus atque confitemur.

Nouatus.

Semitas meas, ô veneranda, dirige ad pœnitentiam, quam Nouatus nobis labentibus denegabat, & post baptismum, indignum istud existimans Dei humanitate.

Eucratitæ.

Qui nominantur Eucratitæ, nuptias prohibent, animalium esum execrantur: Nos autem omnes in filij tui decretis firma, Virgo Dei genitrix.

Oda 7. Descensus, Messaliani.

Mentis humanæ Dominum esse Satanam impiè asseuerant Messaliani. Prauitatis item spiritus in eis personaliter & per subsistentiam inhabitare. Virgo Domina tuis supplicationibus Deus habitauit in nobis.

Idem.

Nugantur Athei mortales natura sequi deteriota: & proinde duas possidere animas: vnā hominibus communem, alteram rursum cœlestem, Virgo immaculata. Sed tu animæ meæ tribue, vt bona eligat.

Idem.

Auersantur domina laborem manuum, veluti fidelibus minimè congruentem, cùm tamen Paulus nihil agentes manducare vetet. Præterea Spiritus sancti personam aiunt posse percipi sensu.

Oda 8. Septuplo Aëtius.

Prauè sentiens Aëtius non offerendum pro mortuis dictitabat. Neque enim illos ex iis vllā vtilitatem capere. Præterea negabat esse ieiunandum insanè quartis & sextis feriis. In cæteris etiam circa fidem consentiebat Arrio. Ab eius impietate ô omnium regina, eripe me. 1. Thess. 3.

Paulus Samosatenus.

Ex impiis decretis Pauli Samosateni Dei sponsa, gregem tuum exime: filium tuum principij expertem è tuo vtero habuisse principiū, profitebatur. Verbum enim dicens prolatitiū, etiam Deum opificem Spiritu vsum fuisse tanquam instrumento sanciebat.

Sergius.

Sanctissimorum doctorum decreta secuti, binas voluntates, & duplicem Christi operationem agnoscimus, sinentes cum suo Sergio Pyrrhum & eiusdem opinionis cæteros delirare, ô Dei genitrix, qui Domini carnem expertem esse voluntatis, nec habere actionem blasphemabant.

Apelles.

Omnium regina, Apelles quidam vnicum principium prædicat, vnúmque dumtaxat supremum Deum confitetur. At vnum alterum creasse rursum ait, quem prauum mundi opificem fuisse constituit, cùm ipse prauus sit, ingrataque creatura sempiterno igne digna.

Oda 9. Excessit super hoc. Leo Isauricus.

Venerandum imaginum cultum prohibuit Leo Isauricus. Cùm enim esset Iconomachorum origo & principium, tunm characterem omnino honorandum, itémque illum filij tui secundùm carnem dilacerauit, Dei genitrix, similiter & omnium sanctorum: A qua impietate, fac, liberemur.

Bogomelli.

Populum quem redemit filius tuus virgo, ab execranda hæresi libera Bogomelorum recens orta: qui quidem docent hominum corpus esse opus praui (diaboli:) Animam verò cœlestis Dei, negantes Deum vtriusque communem esse opificem. Hic sequebantur tres contra Latinos censuræ contra Spiritus sancti è filio processionem, sed honoris Græcorum causa vertere noluimus.

Ex editione Parisiensi Federici Morelli Architypographi Regij. Erutaex mss. Bibliotheca Regis Christianissimi an. 1593.
Hæc Grecis sunt Parasceuastica ad religiosã diuinorũ donorũ Panis & Vini in Corpus & Sãguinẽ Domini consecrãdorũ illationem ad S. altare, quæ apud varias Dei Ecclesias variant.
2 Vox est Sacerdotis in Liturgia D. Chrysostomi Ex Isa. c 55
3 In Missa D. Barnabę Mediolanensis similis extat effusi sanguinis Domini de latere mẽtio.
* χ. αἷμα.
4 Quid huic parti respondeat in Lat.
5. Deest aliquid Gr. vt & seq. orationi, de Liturgia Chrysostomi supplẽdum; in qua additur. καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
6 Similis extat oratio Eccl. Ro. in missa Episc. qua in quotidiana omittitur.
7 Latinus Canon alludit ad Thymiama illud Aromatũ quæ S. Michael pro Christi Ecclesia offert Deo in Apocalypsi. Ambrosianus S. Barnaba respicit odorem Sanctorũ Dei.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ἀποστόλου Πέτρου.

MISSA APOSTOLICA, SEV DIVINVM SACRIFICIVM S. Apostoli Petri.

Cum Canone Lat. S. Ecclesiæ Rom. & notis..

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. D. PETRO DE GONDY, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO, PARISIORVM ANTISTITI, OPTIME DE REIP. CHRISTIANA MERITO, HANC GRÆCO-LATINAM SANCTÆ DIVI PETRI APOSTOLI LITVRGIÆ EDITIONEM IO. A SANCTO ANDREA CANONICVS ECCLES. PARISIEN. DEDICABAT ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣ.

AN. S. CIϽ. IϽ. XCV. KAL. OCTOBR.

A

Oratio ad Panis propositionem, seu in Altare illationem, per Diaconum.

SICVT 2. ouis ad lanienam ductus est, & sicut agnus coram tondente ipsum, vocem non edit; sic non aperuit os suum. In humilitate eius iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Quando commiscet vinum & aquam, dicit:

Vnus militum lancea latus eius pupugit, & statim 3 exiuit sanguis & aqua, Mundi salutis scaturigo.

B

4 *Post hæc orationem facit Propositionis siue oblationis Sacerdotalis.*

Domine Deus noster, qui te ipse obtulisti pro huius Mundi vita, inspice in nos & super panem istum, & calicem super hunc, & fac eum immaculatum corpus tuum, & pretiosum sanguinem, in perceptionem animarum & corporum: quia sanctificatum atque glorificatum est ter venerandum & & magnificè decorum nomen tuum, Patris. 5.

C

Oratio 6 Thymiamatis, quando thurificatio peragitur.

Deus sancte & in sanctis requiescens, lumen habitans inaccessibile, ipse Domine tua benigna humanitate conniue ad plurima nostra delicta, & sicuti Zachariæ suffitum 7 thymiamatis suscepisti; sic de manibus nostris; peccatorum, hanc suscipe thurificationem in odorem suauitatis, atque nobiscum fac misericordiam

Εὐχὴ εἰς τὸ προσκομίσαι τὸν ἄρτον.

ΩΣ πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος· οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Καὶ εἰς τὸ ἑνῶσαι τὸν οἶνον * καὶ τὸ ὕδωρ, λέγει.

Εἷς δὲ τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ τὸ πηγάσαν τὴν τοῦ κόσμου σωτηρίαν.

Εἶτα ποιεῖ τὴν εὐχὴν τῆς προθέσεως.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ προθεὶς ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς, ἔπιδε ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, καὶ ἐπὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, καὶ ποίησον αὐτὸ ἄχραντόν σου σῶμα, καὶ τίμιον αἷμα εἰς μετάληψιν ψυχῶν τε, καὶ σωμάτων· ὅτι ἡγίασται καὶ δεδόξασται τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ πατρός.

Εὐχὴ τοῦ θυμιάματος.

Ο Θεὸς, ὁ ἅγιος, ὁ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, αὐτὸς δέσποτα οἰκείᾳ φιλανθρωπίᾳ παρίδε ἡμῶν τὰς πολλὰς ἁμαρτίας, καὶ ὡς προσεδέξω τὸ θυμίαμα Ζαχαρίου, οὕτω καὶ ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν πρόσδεξαι τὸ θυμίαμα τοῦτο εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, καὶ ποίησον ἔλεος μεθ'

ἡμῶν. ὅτι ἡγίασαι καὶ δεδόξασαι τὸ πάντιμον καὶ μεγαλοπρεπὲς ὄνομά σου τοῦ.

Καὶ θυμιῶν καλύπτει τὰ δῶρα, λέγων.

Ἐκάλυψεν οὐρανοὺς ἡ ἀρετή σου Κύριε, καὶ τῆς αἰνέσεώς σου πλήρης ἡ γῆ.

Καὶ ἐπάγει λέγων.

Ὁ κύριος ἐβασίλευσεν, ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος.

Καὶ θυμιᾷ τὸν λαόν. Εἶτα ἐκφώνως ὁ διάκονος.

Εὐλόγησον, δέσποτα.

Ὁ ἱερεὺς λέγει.

Εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης· ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τοῦ· ὑπὲρ τοῦ ἁγίου οἴκου· ὑπὲρ τοῦ πατρὸς καὶ πατριάρχου ἡμῶν τοῦδε τοῦ τιμίου. ὑπὲρ τῶν εὐσεβεστάτων· ὑπὲρ τοῦ συμπολεμῆσαι· ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης· ὑπὲρ εὐκρασίας ἀέρων· ὑπὲρ πλεόντων, ὁδοιπορούντων. ὑπὲρ τοῦ ῥυσθῆναι ἡμᾶς.

Ὁ ἱερεὺς ποιεῖ εὐχὴν τῆς εἰσόδου.

Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁ καταστήσας ἐν οὐρανοῖς τάγματα, καὶ στρατιὰς ἀγγέλων.

Καὶ τὰ ἑξῆς· ζήτει εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Ἀντιλαβοῦ, σῶσον, ἐλέησον. Τῆς παναγίας.

Ὅτι πρέπει σοι πᾶσα δόξα, τιμὴ, καὶ.

Καὶ εὐθέως.

Σοφία ὀρθοί. Δεῦτε προσκυνήσωμεν, καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ. Ὁ μονογενὴς υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ ἀθάν.

Εἶτα ὁ ἱερεὺς λέγει λαμπρᾷ τῇ φωνῇ.

Ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν.

Ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

Ὁ ἱερεύς. Εὐξώμεθα.

Ὁ λαός. Κύριε ἐλέησον. γ'.

Ὁ ἱερεὺς μεγάλῃ τῇ φωνῇ.

Παράσχου ἡμῖν Κύριε τοῖς δούλοις σου δεξιᾶς οὐρανίου βοηθείας, ἵνα σε ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐκζητήσωσι, καὶ ἅπερ ἀξίως αἰτοῦσιν, κατευοδωθῶσι, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ἅγιος ὁ Θεός, ἅγιος ἰσχυρός.

Καὶ τοῦ λαοῦ λέγοντος τὸν τρισάγιον, ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Δέσποτα ὁ Θεὸς παντοκράτωρ, ὁ μόνος ἅ-

A tuam. Quoniam [1] sanctificatum & glorificatum est ter venerandum & magnificum nomen tuum, Patris, *&c.*

Post Thymiama obuelat dona, dicens:

Obtexit Domine cœlos virtus tua, & gloriæ tuæ plena est terra.

Post hæc dicit.

Dominus regnauit, irascantur populi. Qui sedes.

Tum populo aspergit Thymiama: deinde clara voce Diaconus:

B Benedic Domine.

Sacerdos dicit:

Benedictum Regnum Patris & F.

Diaconus:

[2] In Pace rogemus Dominum pro superna Pace, pro Pace [3] N. Pro hac sacra Domo. pro Patre [4] & Patriarcha nostro venerando. N. Pro religiosiss. Augustis, vt vnà propugnent. Pro ciuitate hac. Pro aëris temperie. Pro nauigantibus viatoribus, *&c.* Vt nos liberemur.

Sacerdos dicit precem [5] *Ingressus.*

C Here Domine Deus noster qui in Cœlis Angelorum ordines & agmina constituisti.

Et quæ sequuntur, quære in Liturg. D. Basilij.

[6] Opitulare, salua, miserere. [7] Sanctissimæ. [8] Quoniam te decet omnis gloria, honor, *&c.*

[9] *Et statim.*

D Sapientia recta, *&c.* Venite adoremus & procidamus ante ipsum. [10] Vnigenitus filius & verbum Dei, *&c.*

Deinde Sacerdos voce clara dicit.

Dominus vobiscum.

Populus: Et cum spiritu tuo.

Sacerdos: Oremus.

Populus: Domine miserere. *ter.*

Tum Sacerdos alta voce.

Præbe nobis, Domine, seruis tuis dexteram cœlestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequantur, per Dominum nostrum Iesum Christum, cum quo viuis & regnas Deus noster in vnitate Spiritus sancti, in sæcula.

E *Populus:* Amen.

Sanctus Deus, Sanctus fortis. [11]

Et interea dum populus dicit hymnum ter sanctum, precatur Sacerdos.

Domine Deus omnipotens, qui solus san-

[1] *In Epist. Missa Rom. est similis inuocatio, eodem spectans.*

[2] *Ista Litaniæ variāt variis in Christi Ecclesiis, quas Chrysostomiana & Basiliana plurimas habet, & sæpius iterat, vt & D. Marci.*

[3] *Similes piorū veterū preces pro salute N. vel N. pro infirmis, pro iter agentib. & similibus, sunt Lat. secretæ, quæ ad Parasceuem spectāt teste D. Aug. Epist. 59. ad Paulin. & D. Marci Lit. fo. 8 & 30.*

[4] *Obserua hîc distingui Patrē à Patriarcha, vt vetus illud agnoscas Ecclesiæ Cathol. discrimē Apost. Pap. Romani œcumen. à Patriarcho Topico.*

[5] *Ecclesia Mediolan. vocat Ingressum Ro. Introitum.*

[6] *Vox est Diaconi apud D. Basil.*

[7] *Extat integra in D. Iac. Liturg.*

[8] *Habetur tota in Chrysost.*

[9] *Vox Diaconi.*

[10] *Relegat ad orationē Græcis notam, quæ extat in Chrysostom. & D. Iac.*

[11] *Populi vox est & cantorū, apud D. Iacobum in Lit. & Chrys. Hæc oratio à Sacerdote di-*

citur apud Chrys. sed multò est prolixior. Extat & in D. Mar. Liturg.

ctus, & in sanctis requiescis & à cœlestibus A potestatibus ter sanctum hymnum suscipis, suscipe & de ore nostro, peccatorum, hunc ter sanctum hymnum, nobis misericordias tuas & miserationes largiens, intercessionibus sanctæ Genitricis Dei, & omnium sanctorum tuorum.

Sacerdos: Attendamus. Pax omnibus.
Populus: Et spiritui tuo.
Sacerdos: Sapientia, *&c.*

Deinde legit textum Apostolicum.

Alleluia.

Et Euangelium, & statim contentam orationem. B

Miserere nostri Deus.

1 Hac aliáque arguunt plurima D. Petri Liturgia paulatim à piis addita.

Subditque precem contentæ.

1 Domine Deus noster hanc contentam supplicationem, *&c.*

Quære. suprascripta est in D. Basilij Liturgia.

Ac post precem, & exclamationem statim dicit:

2 Intelligit eã precis partem quæ clara voce profertur: reliqua secretò dicta. Confer. Basilium.

Qui Cherubim, *&c. secretò*

Deinde Sacerdos precatur pro seipso, decantato Cherubico hymno, in hunc modum: C

3 Orationes istæ pòst accesserunt.

3 Nullus dignus est eorum qui carnalibus cupiditatibus illigati sunt & voluptatibus, *&c.*

** τοῦ Χερουβικοῦ ᾀδομένου. ἰσ. ᾀδομένου.*

Quære. suprascripta est in Liturgia D. Basilij,

Deinde repositis sacris [donis] in sacra mensa, Sacerdos lauat manus suas, dicens:

Lauabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum, vt audiam vocem laudis tuæ.

Tum tres facit pœnitentias, dicens: D

4 Vox est ministrorum Ecclesiæ ad Sacerdot. pro se illorum preces petentem, apud D. Iacob. & Bas.

4 Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Mox Sacerdos clara voce.

Dominus vobiscum.
Populus: Et cum spiritu tuo.
Sacerdos. Ostia. 5 Ostia.
Populus: Credo in vnum Deum.
Sacerdos: Stemus honestè: stemus cum reuerentia, *&c.* E
Populus: Misericordiam: pacem.

5 Hoc tribuitur Diacono apud D. Basiliũ & apud D. Iac. legitur. Ad fores apud D. Chrysost. Archidiaconus clamat ad Diaconum foris stantem vt cancellorum ianuas claudat.

Sacerdos dicit alta voce.

Hostiam tibi Domine destinatam in oblationem sanctifica, & per eam nos clementer suscipe, per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum quo cum viuis & regnas Deus in vnitate Spiritus sancti per omnia sæcula sæculorum.

Populus: Amen.

γιος, καὶ ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενος, ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανίων δυνάμεων τὸν τρισάγιον ὕμνον προσδεχόμενος, πρόσδεξαι καὶ ἐκ στόματος ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν τὸν τρισάγιον ὕμνον, χαριζόμενος ἡμῖν τὰ ἐλέη σου καὶ τοὺς οἰκτιρμούς σου, πρεσβείαις τῆς ἁγίας θεοτόκου, καὶ πάντων τῶν ἁγίων σου.

Ὁ ἱερεύς. Πρόσχωμεν. εἰρήνη πᾶσι.
Ὁ λαός. Καὶ τῷ πνεύματί σου.
Ἱερεύς. Σοφία.

Εἶτα λέγει προκείμενον ἀποστολικόν.

Ἀλληλούια.

Καὶ εὐαγγέλιον, καὶ εὐθέως ἐκτενῆ.

Ἐλέησον ἡμᾶς ὁ Θεός.

Καὶ λέγει εὐχὴν τῆς ἐκτενοῦς.

Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν τὴν ἐκτενῆ ταύτην ἱκεσίαν.

Ζήτει. προεγράφη εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ἐκφώνησιν εὐθέως λέγει.

Οἱ τὰ Χερουβίμ. μυστικῶς.

Καὶ λέγει ὁ ἱερεὺς εὐχὴν ὑπὲρ ἑαυτοῦ τοῦ Χερουβὶμ * ᾄδοντος οὕτως.

Οὐδεὶς ἄξιος τῶν συνδεδεμένων ταῖς σαρκικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς προσέρχ.

Ζήτει. προεγράφη εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. καὶ μετὰ τὸ ἀποτεθῆναι τὰ ἅγια τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, ὁ ἱερεὺς νίπτει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, λέγων.

Νίψομαι ἐν ἀθῴοις τὰς χεῖράς μου, καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν σου Κύριε, τοῦ ἀκοῦσαί με φωνὴν αἰνέσεώς σου.

Καὶ ποιεῖ τρεῖς μετανοίας, λέγων.

Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.

Καὶ εὐθέως ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν.
Ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.
Ὁ ἱερεύς. Τὰς θύρας, τὰς θύρας.
Ὁ λαός. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν.
Ὁ ἱερεύς. Στῶμεν καλῶς. στῶμεν μετὰ φόβου.
Ὁ λαός. Ἔλεον, εἰρήνην.

5. Ὁ ἱερεὺς λέγει μεγάλῃ τῇ φωνῇ.

Θυσίαν Κύριέ σοι προορισθεῖσαν προσφορὰν ἁγίασον, καὶ δι' αὐτῆς ἡμᾶς ἀσμένως πρόσδεξαι διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ υἱοῦ σου, μεθ' οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Vers. Sursum corda.
Resp. Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Dom. Deo nostro.

Dignum & iusti. est, verè dignum & iustũ est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, per Christum Dominũ nostrũ: Per quem Maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates: Cœli cœlorúmque virtutes ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant: cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus, *& quæ seq.*

Te igitur clementissime Pater, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, [*Osculatur altare.*] vti accepta habeas & benedicas. [*Signat ter super oblata.*] Hæc dona, hæc munera, hæc sancta Sacrificia illibata. [*Extensis manibus prosequitur.*] In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, quam pacificare, custodire, adunare & regere digneris toto orbe terrarum, vnà cum famulo tuo Papa nostro. N. & Antistite N. & Rege nostro N. & omnibus orthodoxis atque Catholicæ & Apostolicæ fidei cultorib.

Commemoratio pro viuis Memento Domine famulorũ famularúmq. tuarum N. Et omniũ quorũ tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerũt hoc sacrificiũ laudis, pro se suisq; omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, tibique reddunt sua vota æterno

A Ὁ ἱερεύς. Ἄνω σχῶμεν τὰς καρδίας ἡμῶν.

Ὁ λαός. Ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον.

Ὁ ἱερεύς. Εὐχαριστίας ἀναπέμψωμεν κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

Ὁ λαός. Ἄξιον καὶ δίκαιον.

Ὁ ἱερεὺς εὔχεται. Ὄντως ἄξιον καὶ δίκαιον, πρέπον ἐστὶ καὶ σωτηριῶδές, σοὶ ἀεὶ καὶ πανταχοῦ εὐχαριστίας ἀναπέμπειν
B Κύριε ἅγιε, πάτερ παντοκράτορ, παντοδύναμε καὶ αἰώνιε θεέ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. δι' οὗ τὴν δόξαν σου αἰνοῦσιν ἄγγελοι, προσκυνοῦσι κυριότητες, τρέμουσιν ἐξουσίαι, οὐρανοὶ οὐρανῶν τε δυνάμεις, τά τε μακάρια Σεραφὶμ κοινῇ ἀγαλλιάσει λαμπρύνουσι· μεθ' ὧν καὶ τὰς ἡμετέρας φωνὰς ἵνα προσδεχθῶσι κελεύσῃς
C δεόμεθα, ἱκετευτικῇ ὁμολογίᾳ λέγοντες.

Ἐκφώνως.

Τὸν ἐπινίκιον ὕμνον ᾄδοντα, βοῶντα.

Ὁ λαός. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος.

Ὁ δ' ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Σὲ τοίνυν ἐπιεικέστατε πάτερ διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἱκετεύοντες παρακαλοῦμέν σε καὶ δεόμεθα, ἵνα προσδεκτὰ ἔχῃς καὶ εὐλογήσῃς ταῦτα τὰ δῶρα, ταύτην τὴν προσφοράν,
D ταύτην τὴν ἁγίαν θυσίαν, τὴν ἀμώμητον, ἐν πρώτοις ἅπερ σοι προσφέρομεν ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου Καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας εἰρηνεῦσαι, διαφυλάξαι, ἑνῶσαι, κυβερνῆσαι καταξιώσῃς πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, ἅμα τῷ δούλῳ σου τῷ Πάπᾳ καὶ Πατριάρχῃ ἡμῶν τῷδε, καὶ τῆς ἐμῆς ἐλαχιστότητός τε καὶ ἀναξιότητος. μνήσθητι
E Κύριε τῶν δούλων σου καὶ τῶν δουλίδων σου, καὶ πάντων παρεστώτων, ὧν σοι ἡ πίστις δήλη ἐστί, καὶ φανερὰ ἡ πρόθεσις, οἵτινες προσφέρουσι ταύτην τὴν θυσίαν τῆς αἰνέσεως ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἰδίων γε πάντων, ὑπὲρ ἀναῤῥύσεως ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὑπὲρ ἐλπίδος σωτηρίας καὶ ῥώσεως αὐτῶν, σοὶ ἀποδιδοῦσι τὰς εὐχὰς αὐτῶν τῷ αἰωνίῳ ζῶντι

Sacerdos.

[1] Sursum corda.

Populus:

Habemus ad Dominum.

Sacerdos:

Gratiarum actiones submittamus Domino Deo nostro.

Populus:

Dignum & iustum est.

Sacerdos orat.

Verè dignum & iustum est, decorum & salutare, tibi semper & vbique gratiarum actiones submittere, Domine sancte Pater omnia gubernans, omnipotens & æterne Deus per Dominum nostrum Iesum Christum; per quem gloriam tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt potestates, Cœli, cœlorúmque virtutes, ac beata Seraphim socia exultatione deseruiunt & colunt: cum quibus & nostras voces vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes:

Clara voce.

Victorialem hymnum canentes, clamantes:

Populus:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, *&c.*

Sacerdos deinde orat.

Te igitur benignissime pater per Dominum nostrum Iesum Christum supplices rogamus & deprecamur vt accepta habeas & benedicas hæc dona, hanc oblationem, hanc sanctam hostiam, irreprehensam. In primis quæ tibi offerimus pro sancta tua Catholica & Apostolica Ecclesia, pacificare, custodire, adunare, gubernare dignare omnes terrarum fines, vnà cum seruo tuo Papa & Patriarcha nostro. N. méque misero & indigno. Memento [2] Domine seruorum tuorum & ancillarum tuarum, & omnium adstantium, quorum tibi fides nota est, & manifesta in te affectio, qui quidem tibi offerunt hanc hostiam laudis pro seipsis, & suis omnibus, pro redemptione animarum & corporum, pro spe salutis & incolumitatis suæ. Tibi reddunt vota sua æterno & viuo

1 Præfatio est Latinis, vt & Mediolanensi Ecclesiæ, quæ ad verbum ferè vbique respondet Latinæ, nisi quòd variat Præfationem pro tẽpore, aut Sanctis, vt & Ecclesia Lat. licèt non ita frequẽter, potissimum post Pelagij 1. reformationem S. Can. Missæ

2 In Ambrosiano legitur, oratio pro amicis viuis & circumstantibus.

Accipite & bibite ex eo omnes. Hic est enim calix sãguinis mei, noui & æterni Testamenti, mysterium Fidei, qui pro vobis, *& quæ seq.* Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta eiusdẽ Christi Filij tui Domini nostri, tam beatæ Passionis, necnon & ab inferis resurrectionis, sed & in Cœlos gloriosæ Ascensionis, offerimus præclaræ Maiestati tuæ de tuis donis ac datis, Hostiam † puram, † Hostiam † sanctam: Hostiam † immaculatam: Panem † sanctum, vitæ æternæ, & Calicem † salutis perpetuæ: supra quę propitio ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere; sicut accepta habere dignatus es munera tua iusti Abel, & Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech sanctum sacrificium, immaculatam hostiam, supplices te rogamus, omnipotens Deus, iube hęc perferri per manus Sãcti Angeli tui in sublime Altare tuum * in conspectu diuinę Maiestatis tuę, vt quotquot ex hac Altaris participatione sacrosanctum Filij tui † Corpus & † Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, Per Christum Dominum nostrum, Amen. Memento etiam Domine famulorum famularúmque tuarum, qui nos pręcesserunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis. N. & N. * *& quæ sequuntur.* Nobis quoque peccatoribus famulis tuis, de multitudine miserationũ tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis & martyrib. cum Ioãne, Stephãno, Matthia, Barnaba, Ignatio,

Ἐκφώνως.

Πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ταῦτα ὁσάκις ἂν ποιῆτε, εἰς τὴν ἐμὴν μνήμην ποιεῖτε. Ὅθεν μνημονεύοντες, Κύριε, ἡμεῖς οἱ σοὶ δοῦλοι, ἀλλὰ καὶ ὁ λαός ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ σου, τοῦ κυρίου δὲ ἡμῶν καὶ Θεοῦ, τοῦ τε μακαρίου πάθους, καὶ μὴν καὶ τῆς ἐκ τοῦ ᾅδου ἐγέρσεως, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐνδόξου ἀναβάσεως.

Ἐκφώνως.

Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν σοὶ προσφέροντες καὶ σά.

Ὁ λαός. Σὲ ὑμνοῦμεν σὲ εὐλογοῦμεν.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Τὰ σὰ ἐκ τῶν σῶν προσφέρομεν τῇ ἐνδόξῳ μεγαλωσύνῃ σου, ἐκ τῶν σῶν δωρεῶν καὶ χαρισμάτων, θυσίαν καθαράν, θυσίαν ἁγίαν, θυσίαν ἄμωμον, ἄρτον ἅγιον ζωῆς αἰωνίου, καὶ ποτήριον σωτηρίας ἀενάου· ὑπὲρ ὧν ἵλεως καὶ εὐμενεῖ τῷ προσώπῳ ἐπισκέψαι καταξιώσῃς, καὶ προσδέξασθαι, καθὼς κατηξίωσας τὰ δῶρα τοῦ παιδός σου τοῦ δικαίου Ἄβελ, καὶ τὴν θυσίαν τοῦ πατριάρχου ἡμῶν Ἀβραάμ· καὶ ὥσπερ σοι προσήνεγκεν ὁ ἀρχιερεύς σου Μελχισεδὲκ ἁγίαν θυσίαν, ἄμωμον προσφοράν, ἱκετεύοντές σε δεόμεθα παντοδύναμε Θεέ, κέλευσον ταῦτα διακονηθῆναι διὰ χειρὸς ἁγίου ἀγγέλου σου εἰς τὸ ὑψηλόν σου θυσιαστήριον, ἐνώπιον τῆς θείας μεγαλειότητός σου, ἵνα ὅσοι δήποτε ἐκ τούτου τοῦ θυσιαστηρίου μερίδα ἁγίαν τοῦ σώματος τοῦ υἱοῦ σου καὶ τοῦ αἵματος ληψώμεθα, πάσης ἐπουρανίου εὐλογίας καὶ χάριτος ἐμπλησθῶμεν διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἐκφώνως.

Ἐν πρώτοις μνήσθητι κυρίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου.

Ἐνταῦθα ἀναφέρει τοὺς ζῶντας.

Ἡμῖν δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀναξίοις δούλοις σου, τοῖς εἰς τὸ πλῆθος τοῦ ἐλέους σου ἐλπίζουσι μέρος τι καὶ κοινωνίαν χαρίσασθαι καταξίωσον, μετὰ τῶν ἁγίων σου ἀποστόλων καὶ μαρτύρων, μετὰ Ἰωάννου Στεφάνου, Ματθαίου, Βαρνάβα, Ἰγνατίου,

Clara voce.

Bibite ex eo omnes. Hic est sanguis meus. [1]

Populus: Amen.

Sacerdos orans addit.

Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facite. Vnde recordantes Domine, nos serui tui, sed & populus tuus sanctus, Christi tui, Domini autem nostri & Dei, beatæque passionis, atque ab inferis Resurrectionis, sed & gloriosæ in Cœlos Ascensionis.

B *Clara voce.*

Tua ex tuis tibi offerimus, per, *&c.*

Populus:

Te laudamus, Te benedicimus, *&c.*

Sacerdos adprecatur.

Tua ex tuis offerimus venerandæ Maiestati tuæ de donis tuis & charismatis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æter-
C næ, & Calicem salutis perpetuæ. Super quæ propitio & sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti dignatus es, dona pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ: & quemadmodum tibi obtulit primus Sacerdos tuus Melchisedech sanctum Sacrificium & immaculatam hostiam, supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc administrari [2] per manum sancti Angeli tui in illud sublime altare tuum coram diuina maie-
D state tua, vt qui ex hoc altari portionem sacram corporis Filij tui, siue sanguinis sumpserimus, omni cœlesti benedictione & gratia repleamur, Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Clara voce.

In primis memento Domine
E Archiepiscopi.

Hic commemorat viuos.

Nobis igitur peccatoribus & indignis famulis tuis, in multitudine tuę miserationis sperantibus, portionem aliquam & societatem largiri digneris, cum sanctis Apostolis tuis, & martyribus; cum Ioanne, Stephano, Matthæo, [4] Barnaba, Ignatio,

1 S. Crucis cõsignatio super Calicem similiter est in Mediolanensi Canone Ambrosiano, vt & in Canone S. Barnaba similiter Latinis legitur mysterium Fidei. Qui, *& quæ seq. cui annexitur:* Mãdans quoque & dicens, Hæc quotiescunque, *&c. addens memoriam passionis Resurrect. & aduentus ad iudicium. Sed Latinus Canon, hic consentit Græco S. Petri.*

2 Seu, In ministerium & cultum præsentari.

3 In conspectu tremidæ Maiestatis tuæ, habet Ambr. & paulo pòst, Ex hac Altaris sanctificatione, planè sensu eodem, licèt in Missa ordine legatur participatione. Sic & alibi eiusdem Missa Ambr. à seipso variant verba paucula; sed eodem planè sensu cum Rom.

** Hac sancta Crucis signacula exstant & in Ambrosiano.*

4 Fortè legendu Matthia, suprà enim Matthæi fuit memoria.

1 *Ad verbum Romano Canoni congruit Ambroſianus D. Barnabæ pro mortuis. Vt & Anaphora Syrorum per Andream Maſiũ edita. D Iacobi Canon pro viuis offerẽs addit, Et in requiem animarũ eorum, qui ante nos dormiunt. Sic & poſt Conſecrationem orat vt ſpiritus orthodoxorum Deus faciat quieſcere in regione viuentium, in regno ſuo, in ſinu Abrahæ &c. Ita & Athenien. apud D. Dionyſium Areopagitam.*

2 *Signacula in Crucis eadẽ in Ambroſiano.*

3 *Hic chronus, Kyrie eleiſon, in Liturgia D. Iacobi 12. reperitur, in Baſiliana quinquies recinitur: cui Diaconus toties orationem piorum virorum ſuccinit. Sed in Ambroſiano.*

4 *Diaconi vox eſt in Baſiliano vnde hæc ſupplenda*

5 *Sic & in Ambroſiano.*

6 *Andrea, addit Latinus Canon. vt & Ambroſianus qui & nomen Diui Ambroſii attexit.*

7 *Sic Græca, neſcio an deprauata, cùm ſequentia ſanant, magis Latino Canoni, in diebus. Certè Romano conſentit Ambroſianus.*

A Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia, Barbara, Iuliana, glorioſiſſimorum martyrum quadraginta, & omnium tuorum ſanctorum: Quibus cum nos ſocia, non actiones conſiderans, ſed remiſſionis peccatorum, quæſumus, veniam dona per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, per quem hæc omnia, Domine, bona ſemper præbes, ſanctificas, viuificas, benedicis, & præſtas nobis.

Tenenſque panem Sacerdos ſignat Calicem dicens:

Per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo eſt tibi Deo & Patri omnipotenti in vnitate Spiritus ſancti, omnis honor & gloria.

Clara voce.

C In ſecula ſeculorum.

Populus: Amen.

Sacerdos, clara voce, Oremus.

Populus: Kyrie eleiſon. *ter.*

Sacerdos, clara voce.

Diuina doctrina eruditi, & ſalutaribus admonitionibus docti, audemus dicere.

Populus: Pater noſter.

Sacerdos, clara voce.

D Quoniam tuum eſt regnum, & poteſtas, & gloria. Pax omnibus. Capita.

Sacerdos adprecatur.

Libera nos, quæſumus Domine, ab omni malo, præſente, ac futuro, interceſſionibus immaculatæ & glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ, ſempérque virginis Mariæ beatorum tuorum glorioſorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & omnium ſanctorum tuorum, concede pacem in cordibus noſtris; vt protectione miſerationis tuæ adiuti, ex E noſtris eruamur peccatis, & ab omni perturbatione inueniamur ſecuri, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, cum quo viuis & regnas Deus noſter in vnitate Spiritus ſancti.

Clara voce

In omnia ſecula ſeculorum.

Populus: Amen.

A Ἀλεξάνδρου, Μαρκελλίνου, Πέτρου, Φηλικιτάτης, Περπετούας, Ἀγάθης, Λουκίας, Ἀγνῆς, Κηκιλίας, Ἀναστασίας, Βαρβάρας, Ἰουλιανῆς, τῶν πανενδόξων τεσσαράκοντα μαρτύρων καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων· μεθ' ὧν ἡμᾶς σύνταξον, μὴ ἐπισκέπτων τὰς πράξεις, ἀλλὰ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν δεόμεθα ἄφεσιν παράσχου διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ταῦτα πάντα, Κύριε, ἀεὶ τὰ ἀγαθὰ B χορηγεῖς, ἁγιοποιεῖς, ζωοποιεῖς, εὐλογεῖς, καὶ παρέχεις ἡμῖν.

Καὶ κρατῶν τὸν ἄρτον ὁ ἱερεὺς κατασφραγίζει τὸ ποτήριον, λέγων.

Δι' αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ ἐστί σοι τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τῷ παντοδυνάμῳ εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, πᾶσα τιμὴ καὶ δόξα.

Ἐκφώνως.

C Εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Εὐξώμεθα.

Ὁ λαός. Τὸ, Κύριε ἐλέησον γ'.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

Ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας διδαχθέντες, καὶ ἐκ τῶν σωτηριωδῶν ὑπομνημάτων παιδευθέντες τολμῶμεν λέγειν.

Ὁ λαός. Τὸ, Πάτερ ἡμῶν.

Ὁ ἱερεὺς ἐκφώνως.

D Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα. εἰρήνη πᾶσι. Τὰς κεφαλάς.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Ῥῦσαι ἡμᾶς δεόμεθα Κύριε, ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἐνεστῶτος καὶ μέλλοντος, πρεσβείαις τῆς ἀχράντου καὶ ὑπερδεδοξασμένης δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῶν μακαρίων σου ἐνδόξων ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων. παράσχου εἰρήνην ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἵνα τῇ σκέπῃ τοῦ ἐλέους σου βοηθούμενοι, ἐκ τῶν ἡμε- E τέρων ῥυσθῶμεν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐκ πάντων θορύβων εὑρεθῶμεν ἀμέριμνοι, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου.

Ἐκφώνως.

Εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anaſtaſia & omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium, non æſt[illegible]ator menti, ſed ve[illegible] quæſumus largitor admitte, Per Chriſtum Dominũ noſtrum. Per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, ſancti[illegible]cas, † viuificas † benedicis † & præſtas nobis. Per ipſum & cum ipſo eſt tibi Deo Patri omnipotenti, in vnitate Spiritus ſancti omnis gloria. Per omnia ſecula ſæculorũ. Amen.

Oremus Præceptis ſalutaribus moniti & diuina inſtitutione formati, audemus dicere, Pater noſter, &c.

Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis præteritis, preſentibus & futuris, intercedente beata & glorioſa ſemper virgine Dei genitrice Maria cum beatis Apoſtolis tuis Petro & Paulo atque Andrea, & omnibus ſanctis: da propitius pacem in diebus noſtris, vt ope miſericordię tuę adiuti & à peccato ſimus liberi, & ab omni perturbatione ſecuri, Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuũ, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

* Pax Domini sit semper obiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, miserere nobis.
Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis, Pacem relinquo vobis. &c. Domine Iesu Christe Fili Dei viui, qui ex voluntate Patris. *& quæ sequuntur.*

Ὁ ἱερεὺς ποιεῖ εὐχήν.

Πρόσχες Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου.

Ζήτει. προεγράφη εἰς τὴν Λειτουργίαν τοῦ ἁγίου Βασιλείου.

Ὁ διάκονος. Πρόσχωμεν.

Ὁ ἱερεὺς ὑψοῖ τὸν ἄρτον, λέγων.

Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις.

Ὁ λαός. Εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς υἱὸς ἅγιος, ἓν πνεῦμα ἅγιον, εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου. ἀμήν.

Εἶτα λέγει κοινωνικόν.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς.

Καὶ μετὰ τὸ πάντας μεταλαβεῖν, ὁ ἱερεὺς θυμιῶν, λέγει.

Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς ὁ Θεός. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἡ δόξα σου. καὶ μετὰ τὸ θυμιᾶσαι. Ἐκφώνως.

Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὁ λαός. Πληρωθήτω τὸ στόμα ἡμῶν.

Ὁ διάκ. Ὀρθοὶ οἱ μεταλαβόντες τῶν θείων, ἀχράντων, ἐπουρανίων, ζωοποιῶν, φρικτῶν μυστηρίων ἀξίως ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ. ἀντιλαβοῦ, σῶσον. καὶ τὰ λοιπά. Καὶ ὁ ἱερεὺς εὔχεται.

Communio Sacerdotis. Postcommunio, (quæ pro tempore variat) est oratio publica quæ sacram sequitur mysteriorum Communionem apud Latinos & Mediolanenses.

Αὕτη ἡμᾶς, δεόμεθα, ἡ κοινωνία Κύριε, καθαρεύσῃ ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ οὐρανίων ἀγαθῶν ποιήσει εἶναι μετόχους διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ ζῇς καὶ βασιλεύεις ὁ Θεὸς εἰς ἑνότητα πνεύματος ἁγίου, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἐκφώνως.

Ὅτι σὺ ὁ ἁγιασμὸς ἡμῶν, καὶ σοὶ τὴν δόξαν

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ διάκονος. Ἐν εἰρήνῃ προέλθωμεν.

Ὁ ἱερεὺς λέγει εὐχὴν ὄπισθεν.

Εὐλογητὸς ὁ Θεός, δι' οὗ τὸ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα, καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα μεταλαβεῖν κατηξιώθημεν, αὐτὸς εὐλόγησον καὶ διαφύλαξον πάντας ἡμᾶς, καὶ ἀξίους ποίησον τῆς ἐπουρανίου σου βασιλείας, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν

A *Sacerdos orat*

[1] Intende Domine Iesu, Christe, Deus noster, de sancto habitaculo tuo.

Quære antè scripta est in D. Basilij Liturgia.

Diaconus: Attendamus.

Sacerdos sustollit panem, dicens:

Sancta sanctis.

Populus: Vnus Pater sanctus, vnus Filius sanctus, vnus Spiritus sanctus, in vnitate Spiritus sancti, Amen.

Deinde legit Communionem, [orationem

B *quæ ad sacram Eucharistiæ participationem populum præparat.]*

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Postquam omnes Communionem acceperint, Thymiama spargit, dicens:

Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

Et post Thymiama sparsum, clara voce.

[2] Benedictus iugiter Deus noster, nunc & semper, & in omnia sæcula,

C *&c.*

Populus: Impleatur os nostrum.

* *Diaconus:* Erecti qui diuinorum, immaculatorum, cœlestium, viuificorum, tremendorum mysteriorum fuimus participes, digne in omnibus gratias agamus Domino.

Tum illud, Suscipe, salua.

Tum orat Sacerdos.

[3] Hæc nos, Domine, quæsumus, communio purget ab omni inquinamento carnis & spiritus, & cœle-

D stium bonorum faciat esse consortes: Per Dominum nostrum Iesum Christum, Quo cum viuis & regnas Deus in vnitate Spiritus sancti in sæcula sæculorum.

Clara voce.

Quoniam tu es sanctificatio nostra, & tibi gloria. *Pop.* Amen.

Diaconus: In pace procedamus.

Sacerdos retro precatur.

[4] Benedictus Deus, per quem immaculatum corpus & sanguinem ipsius participare dignati sumus, ipse

E benedicat & custodiat nos omnes, & dignos faciat cœlesti suo regno, nunc, & semper, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde, [5] Plenitudo legis & Pro-

1 Harum orationum loco habet Romanus Canō precē ad Dominum Iesum Christum pro Ecclesia sua pace atque gubernatione, vt & Ambrosianus, qui & alterā subtexit similē. D. Marci Liturgia prolixas habet preces ad sanctā cōmunionē paraſceuaſticas, quibus ante illud, Sācta sanctis, subtexit Kyrie eleiſon tergeminum.

2 Sic & Ambrosiano, vbi additur. Et cōmunicatio: Item illud, offerte vobis pacē) quod vestigium est prisci illius osculi casti.

3 Hæc innocatio Christi non legitur in Ambrosiano, sed post preces ad sanctam Communionē præparātes cualyo pysorati ñculo subtexitur. Plenius aut in est in D. Iacobi Liturgia.

4 Tota extat in Chrysostomiana Cuius loco in Romana & Ambrosiana similes pij voti preces exstāt ad sanctā Communionē præparātes.

5 Initium est Græcis nota Liturgicæ orationis, ex qua hucrepetebāt. Sic enim

ANNOTATIONES IN LITVRGIAM D. PETRI APOSTOLI.

VVilhelmo Lindano, Episcopo Gandau. autore.

Oratio ad panis propositionem.

Pag 4.

IDEM est Romanæ Missæ exordium, si quis incorrupto æstimare volet iudicio. Licèt enim ea passim nunc temporis exordium capere videatur à sacra Confessione de coram Altari, tamen Romana Missa, quæ non priuatim, sed publicè ac legitimè, si antiquitatem Apostolicam spectes, agitur, initium habet ab ista, cuius Liturgia D. Petri meminit, oblatione siue præsentatione atque illatione panis ad sacrum Altare per Diaconum facta. Reliqua enim omnia seorsim more prisco extra altare nunc Romæ (vt olim) geruntur, ad quod tum demum accedit Sacerdos, quando Offertorium est legendum, siue post Euangelium, & Apostolicum symbolum decantatum. Post Missam enim Catechumenorum, siue totius scholæ audientium, Energumenorum atque Pœnitentium, ista oritur Missa, quæ Fidelium olim vocabatur: quæ à priori diuini Officij parte discreta erat, & Catechumenorum vulgò dicebatur, quibus erudiendis & in Christo educandis atque formandis vacabat potissimùm. Eundem in modum & D. Marci Euangelistæ Liturgia suum habet exordium à Missa Fidelium. [*Sicut ouis ad lanienam.* Hæc ad religiosam Christiani sacrificij parasceuem pertinent, vt & alia multa: in quibus & Latini, immo & Græci ipsi non parum variant, cùm magis sint priuatæ pietatis ac religiosæ meditationis, quàm Apostolicæ traditionis. sic & illud: *Vnus militum, &c.* eòdem pertinet, sicuti & plurima alia Parasceuastica, quod ampliùs nō monebimus. Hæc qui desiderat videre paulatim à Sanctis Patribus aucta, consulat Basilianam, aut Chrysostomianam à nobis pridem conuersam, vbi pleniora omnia, & castigatiura de Græco expressa, quā habet Erasmus. Certè & Latinis olim fuit vsitata similis oratio, quæ huius militis, effusique in Cruce sanguinis meminit. Ea etiamnū exstat in antiquissimo codice Reuerendissimi Domini Aug. Card. Truchesij, quem anno 57. Dilingæ, quando SS. Theologiæ Professorem cum Reuerendo admodum viro D. Petro Soto agebamus, nobis descripsimus. Titulus erat: *Codex benedictionum & consecrationum Ecclesiæ.* In eo sic legitur: Post acceptum Calicem (ante cōsecrationem legitur) Domine Iesu Christe qui in Cruce positus, de latere tuo sanguinem & aquam, vnde tibi Ecclesiam consecrantes, manare voluisti, suscipe hoc sacrificium, *&c.* Sic & in antiquiss.* Diptychis Ecclesiæ S. Gregorij, quæ in littore magis Oceani, siue Byßchagiæ, apud Portugallette, videre est similem precandi formulam. Erant distinctæ, sesquipedem ferè altæ, hoc est, plicatiles duæ valvulæ, quæ post sacrificium claudebantur: hæ antiquissima certè manu descripta, & passim exolera, Missæ Latinæ Canonem continebant à Præfatione quam vocat Ecclesia. Vbi post Præfationem die Pentecostes sic legitur: Miscetur aqua cum vino. De latere Domini nostri sanguis & aqua exisse perhibetur, & ideo pariter cōmiscemus. Misericors Deus vtrumq; ad medelam animarum nostrarū sanctificare dignetur. Quod in Græco exemplari nostro legitur εἶμα, proculdubio est scribæ lapsus, turpisque menda, quales non paucæ occurrunt in nouitiis scribarū ætatis nostræ apographis & descriptis. Græci enim studiosi, lucro & quæstui non parum dediti, passim magis τὸ καλλιγραφεῖν, quam ὀρθογραφεῖν student, vt & in Italia nobis viri doctissimi sunt conquesti, vnde parum solliciti de cōferendis ad prototypon exēplaribus, emptori obtrudunt libellos malè castigatos, & interdum mutilatos. Istud huic nostro exemplari euenisse liquet hoc loco, & aliquot subsequentibus. *Deinde erat precem Propositionis siue Oblationis Panis & Vini. Domine Deus noster.* In huius locum Latinus Canon Roman. nunc habet, Suscipe sancta Trinitas: quæ sola ex aliis nunc legitur, cùm olim varia solerent recitari, quæ Græcis magis videntur respondere. Sed hæc, vt diximus, priuatæ fuerunt pietatis. Ideóque pro loco & tempore variè à variis adhibita. *Tres facit Pœnitentias.* Videtur accipiendum de tribus in terram geniculationibus, quæ piæ reuerentiæ causa in Dei cultum & religiosam venerationem fiebant, vt & in Liturgia diui Chrysostomi non semel occurrit. Latinis appellantur Prostrationes veniæ, *&c.* Quòd Sacerdos suæ sibi conscius fragilitatis, lapsúum & indignitatis, animo non minùs quàm humili corpore sibi à clementissimo Patre veniam postulat, ac pro reatuum culpa sibi merita deprecatur supplicia. *Sursum corda.* Initium est Præfationis Sacerdotalis ad sacram Actionem, siue cœlestem diuinorum mysteriorum consecrationem, qua mentes auditorum à terrenis ad diuina cœlestiáque meditanda excitantur. Quod apud Græcos legitur, [*Populus.* Habemus ad Dominum,] Apostolicæ antiquitatis nota est. Sic enim olim tota respondebat Ecclesia: apud posteriores, Clerus & populus: sicuti & ad hunc vsque diem apud Mediolanenses audire est illum Threnum, (Kyrie eleison) vnà cum Clero etiam pias clara voce ingeminare matronas. Postea verò non sine causa soli Clero hoc respondendi officium est commissum: quod nunc passim solis relinquitur cantoribus aliquot, ita omnibus paulatim in deterius degenerantibus, *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Hoc trishagion Latinis & Græcis delibatum est, partim ex Angelica

Idem est exordiū Missæ Latinis, & huic D. Petri Liturgia.

Offertorium est Apostolicæ Missæ initiū: qua Fideles [illegible] catechumenorum quo olim erudiebat.

** Diptycha etiamnū Lindano visa in Byßchagia Hispania, quæ à siluis nomen habet Germanicum, olim Asturia.*

Græcum exēplar Lindani non est castigatum.

Pag. 15.

Pag. 16.

illa D. Esaiæ visione, partim ex Mosaica diuorum festorùm celebratione. *Hic commemorat Dormientes.* Quæ hic oriatur mendæ suspicio, quòd non diserta fiat piorum in fide defunctorum fratrum memoria, vide cap. Apoc. 2. vbi diffusè hanc rem discussimus. Quòd post absolutam Christiani sacrificij actionem, modò Latinè legimus Euangelium D. Ioannis Apostoli, aut aliud subinde, quando in Dominicam solenne incidit festum, non est à nouitatis excogitatum. Inuenimus in antiquissimis Græcorum Liturgiæ formulis, post ἀπολυτικὸν, quod nos dimissorium dicimus, à missione populi, siue à dimittendo, post peractum sacrificium populo, pios Patres legisse quædam quæ appellant, ὀπισθάμβωνον, quasi dicas lectionem quæ pòst recitanda: alij reddendum contendunt vaticinium, quòd olim aliqua legebatur Prophetia post absolutum Christianum sacrificium, ad pios populi discessuri animos in fide constabiliendos, sed quod postremò recitabatur.

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ Η ΘΕΙΑ Λειτουργία.

S. GREGORII PAPÆ QVEM DIALOGVM GRÆCI COGNOMINANT, diuinum Officium, siue MISSA.

C. V. IO. A S. ANDREA ERVDITISS. AC RELIGIOSISS. Ecclesiæ Paris. Canonico FED. MORELLVS.

Ex editione Parisiensi Fed. Morelli, ann. 1595. Typogr. Reg.

EN Corollarium τῶν λειτουργιῶν, *à te profectum, fidei meæ commissum, ad te reuertitur, & cultiore habitu, typisque informatum. Sic Hesiodus præcipit,* Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον. *Et hoc quoque munere locupletabitur Orientalis Ecclesiæ* γαζοφυλάκιον. *& simul euelletur scrupulus ex animo* εὐλαβῶν, *qui omnia tuta timent, cùm illam* γνησίαν *D. Petri* λειτουργίαν, *& hanc Gregorianam Græcè à Ge. Codino* κατὰ πόδα *expressam, inter se contulerint. Tu V. C. ex eorum numero qui Sæpe sui memores alios fecère merendo; tuere tua, & vtere, fruere tuis: & nos, vt facis, ama. bene vale,* σμικρὰ μεγάλα.

Cum interpretatione Græca Georgij Codini.

Ο ΜΕΛΛΩΝ ἱερεὺς ἱερουργῆσαι, ἐνδὺς τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, καὶ στὰς ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου λέγει.

Ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός.

Ὁ δὲ ὑπηρέτης ἀποκρινέσθω αὐτῷ τὸ λοιπόν.

Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

Εἶτα κλίνας ἑαυτὸν ὁ ἱερεὺς λέγει.

Ἐξομολογοῦμαι τῷ Θεῷ καὶ τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ Μαρίᾳ, καὶ πᾶσιν ὑμῖν ἀδελφοί, ὅτι ἥμαρτον σφόδρα λόγῳ, ἔργῳ, διανοίᾳ καὶ ῥαθυμίᾳ. Τούτου χάριν δέομαι ὑμῶν, δεήθητε ὑπὲρ ἐμοῦ, τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ἀποκρινέσθωσαν οἱ παρεστῶτες διὰ τοῦ ὑπηρέτου.

Οἰκτειρήσαι σε ὁ παντοδύναμος κύριος· καὶ παράσχοι σοι ἄφεσιν τῶν ἁμαρτημάτων σου πάντων· καὶ ῥύσαιτό σε παντὸς κακοῦ σώσαι τε, καὶ βεβαιώσαι

A SACERDOS *Missam celebraturus, sacra veste indutus, & stans ante altare dicit.*

Confitemini Domino quoniam bonus.

Minister autem respondeat illi, quod sequitur.

Quoniam in sæculum misericordia eius.

Deinde inclinans seipsum Sacèrdos dicit:

Confiteor Deo & beatæ virgini Mariæ & omnibus vobis fratres, quia peccaui nimis, verbo, opere, cogitatione & omissione. Ideo precor vos, vt oretis Deum pro me.

Tum respondeant qui adsunt, per ministrum.

B Misereatur tui omnipotens Deus, & tribuat tibi remissionem peccatorum tuorum, liberet te ab omni malo, saluétque te, &

A Εἶτα ποιεῖ τὴν προσκομιδήν, καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον, καὶ κατέχων ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις, καὶ μικρὸν ἀνάγων αὐτό, λέγει.

Deinde oblationem peragit, & accipiens calicem, manuque eum tenens vtraque, ac paululum eleuans, dicit:

Πρόσδεξαι τὴν προσφορὰν ταύτην ἁγία Τριάς, ἣν σοι προσφέρω εἰς ἀνάμνησιν τοῦ πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ παράσχου ταύτην ἐνώπιον τῆς σῆς δόξης εὐπρόσδεκτον ἀναβιῶσαι· ἔλεόν τε μετὰ σοῦ καὶ σωτηρίαν αἰώνιον, πᾶσι τοῖς εἰς σὲ πιστεύουσι κατεργάσασθαι.

Suscipe sancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, & concede vt acceptabilis in conspectu gloriæ tuæ ascendat, & misericordiam apud te ac salutem æternam omnibus in te credentibus operetur.

B Μετὰ δὲ τὸ ἀπονίψασθαι, συνάψας τὰς χεῖρας πρὸς τὸ στῆθος, ἐλθών τε εἰς τὸ μέσον τοῦ θυσιαστηρίου ἐκχέων τὴν προσευχήν, λέγει.

Postea verò quàm manus lauit, eásque ante pectus iunxit, ad medium progressus altare, effundens orationem dicit:

Ἐν ψυχῇ συντετριμμένῃ καὶ πνεύματι ταπεινώσεως προσδεχθείημεν ἐνώπιόν σου Κύριε, καὶ οὕτω γένοιτο ἡ θυσία ἡμῶν, ὥστε παρὰ σοῦ σήμερον προσδεχθῆναι ἐν ἀρεσκείᾳ.

In spiritu humilitatis & in animo contrito suscipiamur à te Domine, & sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Domine Deus.

Μετὰ τοῦτο ὀρθώσας ἑαυτόν, καὶ πρὸς τὸν λαὸν ἐπιστραφείς, λέγει.

Postea seipsum erigens & ad populum conuertens ait:

Εὔξασθε ἀδελφοί, ἵνα ἡ ἐμὴ ὁμοίως καὶ ἡ ὑμετέρα θυσία ἔναντι κυρίου εὐπρόσδεκτος γένηται.

Orate fratres vt meum pariter ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Dominum. C

Εἶτα λέγει τὴν εὐχήν.

Deinde dicit orationem.

Κύριε ὁ Θεὸς ἁγίασον δεόμεθά σου ταύτης τῆς προσφορᾶς τὴν θυσίαν τῇ ἐπικλήσει τοῦ ἁγίου ὀνόματός σου, καὶ δι' αὐτῆς τελείωσον ἡμᾶς, ὥστε προσαγαγεῖν σοι ἡμᾶς αὐτοὺς δῶρον αἰώνιον, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Sanctifica quæsumus Domine Deus noster per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam, & per eam perfice vt offeramus nosmetipsos tibi munus æternum, Per Dominum nostrum Iesum Christum.

Λεγέτω δὲ αὐτὴν μυστικῶς. εἶτα ἐκφωνεῖ.

Dicat autem illam secretò. Deinde elata voce ait:

Εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
Ὁ λαός. Ἀμήν.
Ὁ ἱερεύς. Ὁ κύριος μεθ' ὑμῶν.
Ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.
Ὁ ἱερεύς. Ἄνω τὰς καρδίας.
Ὁ λαός. Ἔχομεν πρὸς τὸν κύριον.
Ὁ ἱερεύς. Εὐχαριστήσωμεν τῷ κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν.
Ὁ λαός. Ἄξιον καὶ δίκαιόν ἐστιν.

Per omnia sæcula sæculorum.
D *Populus*: Amen.
Sacerdos: Dominus vobiscum.
Populus: Et cum spiritu tuo.
Sacerdos: Sursum corda.
Populus: Habemus ad Dominum.
Sacerdos: Gratias agamus Domino Deo nostro.
Populus: Dignum & iustum est.

Ὁ ἱερεὺς ἐπεύχεται.

Sacerdos orat.

Ἀληθῶς ἄξιον καὶ δίκαιον, πρέπον τε καὶ σωτήριον, ἡμᾶς σοι πάντοτε καὶ πανταχοῦ χάριτας ὁμολογεῖν, ἅγιε Κύριε, πάτερ παντοκράτορ, θεὲ αἰώνιε· ὃς σὺν τῷ μονογενεῖ σου υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ σου πνεύματι, εἷς ὑπάρχεις Θεός, εἷς κύριος, οὐκ ἐν ἑνὸς προσώπου μονάδι, ἀλλ' ἐν μιᾶς οὐσίας τρισὶ προσώποις. ὃ γὰρ ἀποκαλύψαντός σου πιστεύομεν, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ σου, τοῦτο καὶ περὶ τοῦ ἁγίου σου πνεύματος ἀδιακρίτως ἐχω-

Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & vbique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, E æterne Deus, qui cum vnigenito Filio tuo & Spiritu sancto tuo vnus es Deus; vnus es Dominus, non in vnius singularitate personæ, sed in vnius substantiæ tribus personis: quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu

Populus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, pleni sunt cœli & terra gloria tua, *&c.*

Sacerdos secretò.

Te igitur clementissime ac misericors Pater, per Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus, vti accepta habeas, & benedicas, hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia, illibata, imprimis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica: quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum, vnà cum famulo tuo Papa nostro, N. & Rege nostro, N. & omnibus orthodoxis Catholicæ & Apostolicæ Fidei cultoribus. Memento Domine famulorum tuorum cunctorum atque cunctarum, & omnium [*tibi astantium*] quorum tibi fides cognita est & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ, tibique reddunt vota sua æterno Deo viuo & vero.

Communicantes & memoriam venerantes in primis gloriosæ & semper virginis Mariæ genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi: & beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum Petri & Pauli, Andreæ, Iacobi, Ioannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Simonis, Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Ioannis & Pauli, Cosmæ & Damiani, & omnium sanctorum tuorum: quorum meritis precibúsque concedas, vt in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Domine, vt placatus accipias, diésque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus benedictam, adscriptam, rationabilem acceptabilémque facere digneris: vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filij tui Domini nostri Iesu Christi. Qui pridie quàm pateretur accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas: & eleuatis oculis in cœlum, ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens:

Hoc loco Sacerdos accepto ambabus manibus suis, pane, ipsum attollit sursum respiciens ad Orientem, eumque toti populo ostendens, ait secretò:

A Ὁ λαός. Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, κύριος Σαβαώθ. πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου.

Καὶ τὰ λοιπά. Ὁ ἱερεὺς μυστικῶς.

Σοὶ τοίνυν ἐπιεικέστατε καὶ εὔσπλαγχνε πάτερ προσπίπτοντες αἰτούμεθα καὶ ἱκετεύομεν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἵνα μετ' εὐμενείας προσδέξῃ καὶ εὐλογήσῃς τὴν προσφοράν, ταῦτα τὰ δῶρα, ταύτην τὴν ἁγίαν καὶ ἄψαυστον καὶ καθαρωτάτην θυσίαν, ἥν σοι προσάγομεν ἐν πρώτοις ὑπὲρ τῆς ἁγίας σου καὶ Καθολικῆς ἐκκλησίας, ἣν ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ καταξίωσον εἰρηνοποιῆσαι, διατηρῆσαι, ἑνῶσαι, καὶ B ποιμᾶναι, ἅμα τῷ δούλῳ σου Πάπᾳ ἡμῶν τῷ δεῖνι, καὶ τῷ βασιλεῖ ἡμῶν καὶ πᾶσι τοῖς ὀρθοδόξοις τοῖς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως λατρευταῖς. Μνήσθητι Κύριε τῶν δούλων σου πάντων καὶ πασῶν, καὶ πάντων τῶν περιεστώτων σοι· ὧν ἡ πίστις ἔγνωσταί σοι καὶ εὐλάβεια δήλη· ὑπὲρ ὧν σοι προσφέρομεν, ἢ καὶ ἐκεῖνοι προσάγουσί σοι ταύτην τῆς αἰνέσεως τὴν θυσίαν ὑπέρ τε ἑαυτῶν καὶ τῶν ἰδίων πάντων, ὑπὲρ ἀπολυτρώσεως τῶν ψυχῶν αὐτῶν, ὑπὲρ ἐλπίδος τῆς σωτηρίας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὑγείας αὐτῶν, ἀποδιδόντες σοι τῷ αἰωνίῳ καὶ ἀληθεῖ καὶ ζῶντι Θεῷ τὰς εὐχὰς αὐτῶν. κοινωνοῦντες καὶ τὴν C μνήμην σέβοντες, ἐν πρώτοις, τῆς ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, τῆς μητρὸς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν μακαρίων ἀποστόλων, καὶ μαρτύρων, Πέτρου, καὶ Παύλου, Ἀνδρέου, Ἰακώβου, Ἰωάννου, Θωμᾶ, Ἰακώβου, Φιλίππου, Βαρθολομαίου, Σίμωνος, Θαδδαίου, Ματθίου, Κλήτου, Κλήμεντος, Ξύστου, Κορνηλίου, Κυπριανοῦ, Λαυρεντίου, Χρυσογόνου, καὶ Παύλου, Κοσμᾶ, καὶ Δαμιανοῦ· καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ὧν ταῖς ἀγαθοεργίαις καὶ δεήσεσι χάρισαι ἡμῖν ἐν πᾶσι καὶ διὰ πάντων τῷ D τῆς σῆς βοηθείας ὑπερασπισμῷ τετειχισμένους ὑπάρχειν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἀμήν.

Ταύτην τοίνυν τὴν ἡμετέραν τῆς οἰκίας σου δουλικὴν προσφορὰν δεόμεθά σου Κύριε μετ' εὐμενείας προσδέξασθαι, τάς τε ἡμέρας ἡμῶν ἐν τῇ σῇ τηρῆσαι εἰρήνῃ, καὶ τῆς αἰωνίου κατακρίσεως ἡμᾶς λυτρώσασθαι, καὶ ἐν τῇ τῶν ἐκλεκτῶν σου ποίμνῃ εὐδοκῆσαι ἡμᾶς συναριθμηθῆναι· ἣν δὴ προσφορὰν ποιῆσαι καταξίωσον Κύριε εὐλογημένην, ἀπογεγραμμένην, βεβαίαν, E λογικὴν καὶ εὐπρόσδεκτον, ὥστε γενέσθαι ἡμῖν σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὃς πρὸ τοῦ παθεῖν λαβὼν ἄρτον εἰς τὰς ἁγίας καὶ προσκυνητὰς αὐτοῦ χεῖρας, καὶ ἀναβλέψας τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν εἰς σὲ τὸν πατέρα αὐτοῦ τὸν παντοκράτορα Θεόν, καὶ εὐχαριστήσας, εὐλογήσας τε καὶ κλάσας, δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων.

Ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ λαβὼν ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον ταῖς δυσὶ χερσὶν αὐτοῦ ὑψοῖ αὐτὸν ἄνω βλέπων κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἐμφανίζων τοῦτον παντὶ τῷ λαῷ, λέγει μυστικῶς τό,

Λάβετε, φάγετε. τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου.

Ὁμοίως δὲ μετὰ τὸ δειπνῆσαι λαβὼν καὶ τοῦτο τὸ λαμπρότατον ποτήριον εἰς τὰς ἁγίας αὐτοῦ χεῖρας ὁμοίως εὐχαριστήσας, ὁμολογήσας, εὐλόγησε καὶ δέδωκε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγων, Λάβετε καὶ πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες, τοῦτό ἐστι τὸ ποτήριον τοῦ αἵματός μου τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ μυστήριον τῆς πίστεως, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν καὶ πολλῶν ἐκχεόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

Ὑψῶν δὲ καὶ τὸ ποτήριον ὁμοίως, καθὼς καὶ τὸν ἄρτον, λέγει.

A Accipite & manducate: Hoc est corpus meum.

Simili modo postquam cœnatum est, accipiens & hunc præclarum calicem in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens, benedixit deditque discipulis suis, dicens, Accipite, & bibite ex eo omnes: Hic est enim calix sanguinis mei noui & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Eleuans autem calicem eodem modo quo panem, ait:

B Ὁσάκις γὰρ ἂν τοῦτο ποιῆτε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν τοῦτο ποιῆτε. ὅθεν καὶ ἡμεῖς οἱ σοὶ δοῦλοι, Κύριε, καὶ ὁ λαός σου ἐστὶν ὁ ἅγιος, μεμνημένοι αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς σου υἱοῦ, κυρίου δὲ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τοῦ μακαρίου πάθους, ἔτι τε τῆς ἐκ τοῦ ᾅδου ἀναστάσεως, καὶ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἐνδόξου ἀναβάσεως, προσφέρομεν τῇ μεγαλοσύνῃ σου ἐκ τῶν σῶν δωρεῶν, καὶ χαρίτων, θυσίαν ἁγίαν, ἄρτον ἅγιον ζωῆς αἰωνίου, καὶ ποτήριον σωτηρίου διηνεκοῦς· ἐφ' ἃ ἵλεῳ καὶ εὐσπλάγχνῳ προσώπῳ ἀξίωσον ἐπιβλέψαι, καὶ προσδέξασθαι, ὥσπερ τὰ δῶρα τοῦ δικαίου παιδός σου Ἄβελ, καὶ τοῦ Πατριάρχου ἡμῶν Ἀβραὰμ θυσίαν, καὶ ὅσοι προσήνεγκεν ὁ ἀρχιερεύς σου Μελχισεδὲκ, θυσίαν ἁγίαν, θυσίαν ἄμωμον· προσαιτοῦντες δεόμεθά σου, Κύριε, πρόσταξον ἀπενεχθῆναι ταῦτα διὰ χειρὸς ἀγγέλου σου εἰς τὸ ὑπερουράνιόν σου θυσιαστήριον ἐνώπιον τῆς σῆς μεγαλειότητος· ἵνα πάντες ὅσοι τῇ μετοχῇ τοῦ ἁγίου τούτου θυσιαστηρίου, τοῦ ἁγίου καὶ ἱερωτάτου σώματος, καὶ αἵματος τοῦ υἱοῦ σου κοινωνῶμεν, πάσης εὐλογίας, καὶ χάριτος οὐρανίου * πληρούμενοι, δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores, Domine, nos serui tui, sed & plebs tua sancta, eiusdem Christi filij tui Domini nostri, tam beatæ passionis, necnon ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus Maiestati tuæ, de tuis donis ac datis, Hostiam puram, Hostiam sanctam, Hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ: supra quæ propitio ac sereno vultu respicere
C digneris, & accepta habere, sicut munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium Patriarchæ nostri Abrahæ, & quod tibi obtulit summus Sacerdos tuus Melchisedech: sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in supercœleste altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, vt quotquot ex hac altaris participatione sacro-sanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, per eundem Christum Dominum no-
D strum. Amen.

Μνήσθητι καὶ τῶν δούλων σου πάντων, καὶ πασῶν, οἳ μετὰ τοῦ σημείου τῆς πίστεως προαπῆλθον ἡμῶν, καὶ ὕπνον εἰρήνης κεκοίμηνται· καὶ δεόμεθά σου, ἵνα πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ ἀναπαυσαμένοις χάριν ἀναψύξεως καὶ φωτὸς, καὶ εἰρήνης, παράσχῃς δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Memento etiam Domine famulorum tuorum, cunctorum atque cunctarum, qui * nos præcesserunt cum signo Fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus locum refrigerij, lucis, & pacis, vt indulgeas deprecamur, per eundem Christum Dominum nostrum.

* fort. πληρωθῶμεν.

* Præmortui sunt.

Ἡμῖν τε τοῖς ἁμαρτωλοῖς δούλοις σου τοῖς περὶ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἀποστόλων, καὶ Μαρτύρων, Ἰωάννου, Στεφάνου, Ματθίου, καὶ Βαρνάβα,
E Ἰγνατίου, Ἀλεξάνδρου, Μαρκελλίνου, Φηλικιτάτης, Περπετούας, Ἀγάθης, Λουκίας, Ἀγνῆς, Καικιλίας, Ἀναστασίας, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων, ὧν τῇ ἑται-

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam, & societatem do-
E nare digneris cum tuis sanctis Apostolis & Martyribus, cum Ioanne, Stephano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia, &

Deinde elata voce ait:
Per omnia secula seculorum.
Populus: Amen.
Sacerdos: Oremus: Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati audemus dicere: Pater noster qui es in cœlis, *& cætera vsque ad*, Sed libera nos à malo.

Id enim à populo dicitur: Et rursus Sacerdos ait:

Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus & futuris: & intercedente beata & gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis, & omnibus sanctis, da propitius pacem in diebus nostris: vt ope copiosæ misericordiæ tuæ adiuti, & à peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi: Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti, nunc, & semper, & per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde: Pax Domini sit semper vobiscum.
Populus: Et cum spiritu tuo.

Dein de Sacerdos diuidit panem in duas partes: quarum alteram rursus in duas, & dimidium totius cum alterius partis dimidio manu sinistra tenet, reliquum autem in calicem immittit dicens, bis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Tertiò verò dicit:

Agnus Dei, qui tollis peccatā mundi: dona nobis pacem.

Deinde dicit:

Hæc commistio sancti * & sacri corporis Domini nostri Iesu Christi: Fiat autem mihi, & omnibus accipientibus, ad sanitatem mentis & corporis salutaris præparatis, ad consequendam vitam æternam, per Dominum nostrum Iesum Christum. Amen.

Sacrosancti.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu sancto, per mortem tuam mundum viuificasti, libera me per hoc sacrosanctum corpus & sanguinem tuum, ab vniuersis malis & ab omnibus iniquitatibus meis, & fac me tuis inhærere* mandatis, & à te nunquam separari permittas: Qui viuis & regnas cum Patre in vnitate Spiritus sancti, in sæcula sæculorum. Amen.

Obedire.

Corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat me in vitam æternam. Amen.

A

Εἶτα ἐκφωνεῖ.

Εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Ὁ λαός. Ἀμήν.

Ὁ ἱερεύς. Εὐξώμεθα· ταῖς σωτηριώδεσιν ἐντολαῖς διδαχθέντες, καὶ τῇ θείᾳ παραδόσει τυπωθέντες τολμῶμεν λέγειν· Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ τὰ ἑξῆς μέχρι τοῦ, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Τοῦτο γὰρ λέγει ὁ λαός. καὶ πάλιν ὁ ἱερεύς.

Ῥῦσαι ἡμᾶς δεόμεθα Κύριε παντὸς κακοῦ παρελθόντος, παρόντος καὶ μέλλοντος καὶ μεσιτευούσης τῆς μακαρίας ἀειπαρθένου καὶ ἐνδόξου θεοτόκου Μαρίας, καὶ τῶν B μακαρίων σου ἀποστόλων καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων δώρησαι ἔλεος καὶ εἰρήνην ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, ἵνα τῇ βοηθείᾳ τῶν πλουσίων σου οἰκτιρμῶν, πάσης τε ἁμαρτίας ῥυσθῶμεν, καὶ ἀπὸ πάσης ταραχῆς ἀπτόητοι διαφυλαχθῶμεν, δι' αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὃς μετὰ σοῦ ζῇ καὶ βασιλεύει ἐν ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Εἶτα. Ἡ εἰρήνη τοῦ κυρίου εἴη πάντοτε μεθ' ὑμῶν.

καὶ ὁ λαός. Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου.

C Εἶτα διαιρεῖ ὁ ἱερεὺς τὸν ἄρτον εἰς δύο μερίδας, ὧν τὴν ἑτέραν πάλιν εἰς δύο καὶ τὸ διχοτόμημα δηλονότι τοῦ ὅλου καὶ τὸ ἥμισυ κατέχει τῇ ἀριστερᾷ χειρί, τὸ δὲ λοιπὸν ἐμβάλλει τῷ ποτηρίῳ, λέγων δίς.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἐλέησον ἡμᾶς.

Τὸ δὲ τρίτον λέγει.

Ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, δώρησαι ἡμῖν εἰρήνην.

Εἶτα ἐπιλέγει.

Αὕτη ἡ ἕνωσις τοῦ ἁγίου καὶ ἱεροῦ σώματος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· γένοιτο δὲ καὶ ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς μετέχουσιν εἰς ὑγείαν ψυχῆς τε καὶ σώματος· σωτηριώδης ἑτοιμασία πρὸς τὸ τυχεῖν καὶ λαβέσθαι τῆς αἰωνίου ζωῆς, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀμήν.

Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ υἱὲ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ βουλήσει τοῦ πατρὸς καὶ συνεργείᾳ τοῦ ἁγίου πνεύματος διὰ τοῦ θανάτου σου τὸν κόσμον ζωοποιήσας, ῥῦσαί με διὰ τούτου τοῦ ἁγίου σου σώματος καὶ αἵματος ἀπὸ παντὸς κακοῦ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν μου, καὶ ποίησόν με ἀεὶ ταῖς σαῖς ὑπακούειν ἐντολαῖς, καὶ μηδέποτε D συγχωρήσῃς μοι σοῦ χωρισθῆναι· ὃς ζῇς καὶ βασιλεύεις μετὰ τοῦ πατρὸς ἐν ἑνότητι τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρήσαι με εἰς τὴν αἰώνιον ζωήν. ἀμήν.